
COLL. REG. MED. LOND.
MDXVIII
Ο ΒΙΟC
ΒΡΑΧΥC Η
ΔΕ
ΤΕΧΝΗ
ΜΑΚΡΗ

PRAXEOS MEDICAE
VNIVERSAE PRAECEPTA

AVCTORE

IOSEPHO FRANK

IOANNIS PETRI FILIO, AVGVSTISSIMO IMPERATORI ET TOTIVS ROSSIAE AVTOCRATORI A CONSILIIS STATVS, EQVITE ORDINIS ST. ANNAE, ST. WLODIMIRI, THERAPIAE SPECIALIS ET CLINICES IN CAESAREA VNIVERSITATE VILNENSI PROFESSORE EMERITO, I. R. INSTITUTI SCIENTIARUM, LITERARUM ET ARTIUM LONGOBARDI, PLURIMARUMQUE ACADEMIARUM ET SOCIETATVM MEDICARUM SODALI.

PARTIS TERTIAE VOLVMINIS SECVNDI

SECTIONIS SECVNDAE FASCICVLVS PRIOR.

CONTINENS

DOCTRINAM DE MORBIS SYSTEMATIS HEPATICI ET PANCREATIS.

LIPSIAE

T. O. WEIGEL.

1843.

PRAXEOS MEDICAE VNIVERSAE PRAECEPTA

AVCTORE

IOSEPHO FRANK

IOANNIS PETRI FILIO, AVGVSTISSIMO IMPERATORI ET TOTIVS ROSSIAE AVTOCRATORI A CONSILIIS STATVS, EQVITE ORDINIS ST. ANNÆ, ST. WLODIMIRI, THERAPIAE, SPECIALIS ET CLINICES IN CAESAREA VNIVERSITATE VILNENSI PROFESSORE EMERITO, I. R. INSTITVTI SCIENTIARVM, LITERARVM ET ARTIVM LONGOBARDI, PLVRIMARUMQVE ACADEMIARVM ET SOCIETATVM MEDICARVM SODALI.

MONOGRAPHIAE DE MORBIS SYSTEMATIS HEPATICI ET PANCREATIS.

LIPSIAE

T. O. WEIGEL.

1843.

Lectoribus

S. D.

JOSEPH FRANK.

Onus quod humeri post assiduum, triginta annorum exantlatum laborem, jam ferre recusabant, restauratis nunc viribus, nobis iterum imponimus. Ante omnia autem Viro claro et amico, qui elaboratione Tractatus de morbis intestinorum vices nostras egit, publicas reddimus gratias. Spem alimus, doctrinam de affectibus hepatis èt pancreatis, quae modo prodit, praecedentibus non fore posthabendam. Deo annuente, propediem altera, ad lienis et peritonaei pathologiam et therapiam respiciens, sequetur. Interea nos Vestrae commendamus benignitati et indulgentiae.

Ad ripas Larii Anno MDCCCXLII.

De Morbis Hepatis.

CAPUT I.

Consideratio anatomica, physiologica et pathologica systematis hepatici.

§. 1.

Systematis hepatici dignitas et structura.

1. Quin vel minimum de ventriculi et intestinorum dignitate derogemus, *hepar* ut cavitatis abdominis patrem familias considerare possumus. Comparationis eiusmodi veritas ex sequenti systematis hepatici consideratione anatomica, physiologica et pathologica elucebit. Dignitas.

2. Quemadmodum enim anatomia praecipuum universae pathologiae sistit fundamentum, ita et doctrinae de morbis systematis hepatici [1]). Quae cum ita sint, ante omnia viris, qui illius anatomiam peculiari studio excoluere [2]), grati animi tributum absolvendum. Structura.

 3. Con-

1) Frid. Hoffmann de morbis hepatis ex anatome deducendis. Halae 1726. Opp. T. VI.

2) Mundinus Pod. de corpor. human. anat. Rostock. 1514; — Columbus Cremonensis de re anatomica Lib. XV. Paris. 1562; — Vesalius Opp. anatom. omnia; — Laurentius Histor. anatom. hum. corp. Francf. 1600, Cap. XIX; — Riolanus Opp. omn. anatom. Paris 1650; — Glisson anatome hepatis. Opp. anatom. Lugd. Batav. 1691. Vol. II — Malpighi de hepate, in eiusdem de viscerum structura

Situs. 3. Constat hepar esse corporis humani viscus maximum, ponderosissimum et durissimum [3]), illudque hypochondrium [4]) ita occupare, ut a tergo a columna vertebrali, a fronte a musculis abdominalibus anterioribus, superne a diaphragmate, dextrorsum a costis spu-

exercitat. Bonon. 1666. Opp. Lond. 1686. T. II; — W. ROLFINK diss. de hepate. Jenae 1653; - C. BIERWIRTH De hepatis structura eiusque morbis. Lugd. Batav. 1706; — J. B. BIANCHI op. citando; — A. HELVETIUS diss. de structura hepatis. Lugd. Batav. 1711; — WAINEWRIGHT *anatomical treatise on the Liver, with the diseases incidental in it. London* 1722 (1737); — G. BRITTEN diss. de hepatis fabrica et bilis natura. Lugd. Batav. 1739; — J. A. M. BERTRANDI diss. anatomicae duae de hepate et oculo. Taurini 1748; — A. FRANKENAU Hepatis historia anatomica. Lugd. Batav. 1748; — J. G. GÜNTZ Observationes circa hepar. Lipsiae 1748; — FERREIN *sur la structure des viscères nommés glanduleux et particulièrement sur celle des reins et du foie*, in *Memoires de l'Académie de Paris* 1733. 1749; — MORGAGNI Adversar. III. Epistol. anatom. I. II.; — W. M. AMBODICK De hepate diss. anatom. physiolog. Argentorat. 1775; — H. F. AUTENRIETH *über die Rindesubstanz der Leber*, in REIL's *Archiv für die Physiologie B.* 7; P. P. MARIA *Essai sur le foie. Turin* 1811; — M. MAPPES diss. de penitiore hepatis humani structura. Tübing. 1817 et in MECKEL's *Archiv* B. 6. p. 552. — H. BERMANN diss. de structura hepatis venaeque portarum. Würceburg. 1818; — A. LANGIEWICZ diss. de hepate. Breslau. 1820; — JOHN MÜLLER de penitiore hepatis structura in eiusdem Commentar. anatom. de glandular. secernent. structura penitior. Lips. 1830. p. 67; Tab. VIII. IX.; — F. KIERNAN *the anatomy and physiology of the Liver* in *philosophical Transactions* 1833. P. II. p. 711—770. Tab. XX; — C. F. KRAUSE *Vermischte Beobachtungen und Bemerkungen* in MÜLLER's *Archiv für die Physiologie*. 1837 p. 10; — LAMBRON *sur la structure intime du foie. Archives générales de médecine* 1840. aliique passim citandi.

3) Jam GALENUS (De usu partium. Cap. XVII) hepar pro viscere „omnium gravissimo et durissimo" definivit. *Kaved* (כָּבֵד) in idiomate hebraico simul *hepar* atque *ponderosum* seu grave significare, mihi retulit cl. KOHEN in epistola Venetiis a. 1840 scripta. Operi citando GUGLIELM. THOMSON p. 296 duae Tabulae, quae *pondus hepatis* in variis vitae periodis exhibent, adnexae sunt.

4) „Notum est, *hypochondrium*, absque ulla additione, apud HIPPOCRATEM, semper significare hypochondrium dextrum." SWIETEN Commentaria in HERM. BOERHAAVE. T. III. §. 923.

spuriis atque sinistrorsum et inferius a reliquis ventris visceribus custodiatur. Inaccessibile ita est vicissitudinibus atmosphaerae et temperaturae, plurimorum morborum aliis in visceribus immediatis caussis.

4. Hepar quoad *formam* nullam admittit comparationem. Angustum in parte sinistra et anteriore, crassum est in dextra et postica. Exhibet faciem anteriorem convexam, posteriorem concavam. Hac in superficie tres conspiciuntur foveae, quarum una respicit ventriculum, secunda intestinum colon ascendens, et tertia extremitatem superiorem renis dextri. Facies hepatis concava praeterea scissuram offert horizontalem, quae scissura hepatis partem inferiorem in lobum dextrum et sinistrum separat. Scissura horizontalis ab altera transversali in duas partes fere aequales dividitur; scissura transversalis in medio a sinu venae portae et ab arteria hepatica excavata est. Pars haec media inter duas jacet prominentias, quae *portae* dicuntur. Harum prominentiarum anterior parva est, posterior major, triangularis. Haec pro tertio hepatis lobo habita *Spigelii* nomen obtinuit. Ante scissuram transversalem, dextrorsum, fovea apparet cystidi felleae dicata. Lobus hepatis dexter fere totum hypochondrium ejusdem lateris occupat. Lobus sinister partem epigastrii detinet, ac interdum usque ad lienem extenditur. Respectu pathologico maxime memorabilis est contiguitas jecoris cum tot tantisque visceribus, ex qua oriuntur 1° magna in illius morborum sede determinanda difficultas; 2° facilis morborum ex uno viscere in alterum transitus, et 3° peculiaria morborum ipsius hepatis symptomata, pro varia quam occupant amplissimi visceris parte. Forma.

5. Ja-

Ligamenta. 5. Jecur fere totum membrana subtili, peritonaei propagine, obductum est. Inde formantur quatuor potissimum *ligamenta* (superius, inferius, laterale dextrum et sinistrum) quibus illud diaphragmati imprimis et cartilagini ensiformi alligatur firmaturque. Connectitur praeterea hepar vasorum ope cum confinibus partibus et quidem venae cavae productione cum septo transverso, per venam umbilicalem cum umbilico perque portae venam cum liene, pancreate, mesenterio, omento, ventriculo, et denique interventu ductuum biliariorum cum ipso duodeno. Irritis illis suspensoriis et fulcris, hepar plus quam reliqua viscera, a violento corporis exercitio, a nisu in ponderibus elevandis, a lapsu ab alto eiusdemque generis violentiis concutitur [5]). Porro *rheuma*, ut in omnes membranas serosas et musculares, sic etiam in hepatis involucra et suspensoria imperium exercet. Quoad connectiones cum reliquis abdominis visceribus, dum ipsa aegrotant [6]), hepar, fulcrum quod inde accipit, magno sane pretio emit. Diximus illud saepe a latice seroso aut purulento in pleurae dextro cavo collecto ac super diaphragma gravitante deprimi.

Arteriae. 6. Hepar sanguinem accipit ab *arteria hepatica*, coeliacae ramo, concurrentibus arteriis coronaris ventriculi sinistra, phrenica et mammaria interna. Arteria hepatica largitur arteriam gastro-duodenalem

et

5) „*In all violent movements of the body, in the case of blows etc, the liver, from its great size, weight, and inelastic structure is especially exposed to injury. It acquires an increased momentum from movements communicated to the body by falls, leaping, the motion of the sea, by walking, riding* etc." Conwell op. citando p. 1.

6) Praeceptorum P. II. Vol. II. Sect. I. Cap. XI. §. LIV. 4.

et coronariam dextram ventriculi, intrat in hepar per eius foramen transversum, seseque dividit in duos ramos, quorum dexter major, minorve sinister. Ex ramo dextro oritur arteria cystica. Ambo dein rami arteriae hepaticae in fossa transversa, a septo celluloso, *capsula Glissonii* [7]) dicta, circumdati, in plures iterum ramos subdividuntur. Ramuli isti juxta parietes canalium biliariorum et venarum decurrunt. Etiamsi arteria hepatica, diametri dumtaxat linearum duarum cum dimidio, volumini hepatis non respondeat; potest tamen hoc viscus sanguine arterioso abundare, dum reliqui duo arteriae coeliacae rami, obstaculum sese in ventriculum vel in lienem deplendi experiuntur, aut dum cor morbosum, cruorem vi inconsueta in aortam, indeque in arterias coeliacam et hepaticam pellit.

7. Maximam autem cruoris partem hepar obtinet a *vena portae* [8]) arbori aequiparata, cujus rami ad Venae.
jecur, radices vero ad abdominalia viscera distribuerentur. Radices eiusmodi sunt venae meseraicae, haemorrhoidales internae, epiploicae, gastricae variae, pancreaticae et splenicae. Venae portae truncus, diametri pollicis cum dimidio, inter hepar et lienem, capsulae memoratae Glissonii inclusus jacet pone intestinum duodenum. Lato sinu in adultis sese in jecur immergit et in duos ramos principes dispartitur, dextrum breviorem, atque sinistrum longiorem, in quem, si de foetu loquamur, vena influit umbilicalis, in recens nato coalescens: praeterea ex sinu venae portae parva emer-

7) Pétrequin in *Gazette médicale de Paris*. 1839. no. 16.

8) C. Hoehlein Descriptio anatomica systematis venae portarum in homine et in quibusdam brutis. Cum tabulis. Mogunt. 1808.

emergit vena, *ductus venosus* nuncupata, quae directe in venam cavam desinit. Deinceps in eo quoque singularis est venae portae structura, quod, licet valvulis destituatur, tunicam tamen venarum crassiorem et arteriarum aequalem, paullo antequam hepar subit, induat, eademque vestita quaquaversum feratur. Haec omnia perpendenti elucebit, sanguinis ex abdomine per hepar adscensum jam per se laboriosum, difficillimum evadere, ubi thoraces vel fasciae pectus et ventrem constringunt. Nec mirabitur ille, venas jecinoris inde cruore redundare ac turgere.

Continuatio

8. Sanguis ab vena portae jecinori adductus, per venulas minimas majoribus venis tandemque tribus tubis *venis hepaticis* vocatis [9]), infunditur. Venae hepaticae desinunt in venam cavam inferiorem, quae sese margini posteriori hepatis, ubi incisum est, immergit, et cruorem cordi dextro committit. Caussae itaque depletionem venae cavae in cordis atrium dextrum impedientes [10]) necessario congestionem sanguinis in hepate gignunt.

Finis.

9. Ex dictis patet: 1° plethorae hepaticae duplicem exstare fontem, alterum arteriosum, alterum venosum; et 2° hepar arctissimum cum corde vasisque majoribus alere commercium. Plus sane non requiritur, ut saepe saepius morborum inflammatoriorum praeda fiat.

Vasa capillaria.

10. Ad illos morbos magis magisque intelligendos, praeterea ratio habenda est *vasorum capillarium*, rete

9) Bertin *Memoire sur les reines hépatiques* in *Memoires de l'Académie des Siences année* 1763.

10) Praeceptorum P. II. Vol. II. Sect. I. Cap. VIII. §. XXXIII. 2. cap. X. §. XLVII. 8 — P. II. vol. II. Cap, V.XII.

rete formantium microscopii auxilio, per mirabiles injectiones a RUYSCH, LIEBERKÜHN, LOEWENHOECK, PROCHASKA, PANIZZA, KIERNAN aliisque peractas, evidentissimarum. Incertitudo, utrum vasa capillaria arteriae hepaticae, textus cellulosi intermedii ope, dumtaxat cum vasis capillaribus venae portae, aut etiam cum illis venarum hepaticarum communicent, non impedit, quominus intelligamus eorum in morbis hepatis dignitatem. Praeter plethoram vasis tam delicatis facile vim inferentem: ea maxime arthritidi, ac dyscrasiis scorbuticae et carcinomaticae obnoxia credimus.

11. Hepatis *vasa lymphatica* copiosa sunt et conspicua [11]). Occupant illius superficies, praesertim ligamentum suspensorium, nec non interiora. Ex his per glandulas lymphaticas intermedias recta pergunt via ad ductum thoracicum, quem vasa lymphatica superficiei convexae, in pectoris tantum cavo adtingunt. Irritamenta localia, scrophula et scirrhus systemati lymphatico in genere infensi, in illo hepatis magnam ludunt scenam [12]). Vasa lymphatica.

12. „*Nervi* denique per hepatis compagem distributi sunt pariter multi et eximii [13]).“ Ex plexu coe- Nervi.

11) Innotuerunt opera FALLOPII, ASELLII, VESTINGII, BARTHOLINI, RUDBECKII, MACKII, RUYSCHII, HEWSONII, MECKELII, ASSALINII, LUPII, ac praesertim CRUIKSHANKII (*anatomy of the absorbent Vessels of the human body. London* 1786, versio Germanica cum notis auctore CH. F. LUDWIG. *Leipzig* 1789) et MASCAGNII (Vasorum lymphaticorum corporis humani historia et inographia. Senis 1787. Editio. 2a 1795.)

12) Non sine stupore in KRÜGERI dissertatione de ictero Lipsiae 1785. p. XI. lego: „lymphatica hepatis vasa, fabrica, directione atque usu cum reliquis conveniunt, *et parum a medico hepatis morbos investigante attendi merentur*“!

13) Fr. HOFFMANN l. c. — Nescio mehercle qua mensura ii

coeliaco et immediate etiam ex pari nervorum octavo ortum ducentes, *plexum hepaticum* efformant, cujus propagines arteriam hepaticam, venam portae, venas hepaticas et vasa lymphatica, ad ultimos eorum ramulos sequuntur. In his nervis inque consensu quem eorum caussa hepar cum cerebro [14]), medulla spinali, cuti [15]) reliquisque partibus alit, fons multorum jacet morborum, scalpello anatomico, nisi aliquando respectu effectuum, minime adtingendorum.

Substantia. 13. *Substantia* hepatis constat *ex textu celluloso*, nomine capsulae Glissonii vasa sanguinea ambiente, nec non *ex lobulis* seu *acinis*, corpusculis scilicet oblongis, teretibus, triquestris [16]), complanatis, longitudinis vix lineae, latitudinis tertiae lineae partis, quorum basis immediate venis hepaticis adhaeret, quibus *venularum centralium* ope junguntur [17]). Separantur invicem a textu celluloso, *tela interlobulari* dicto, quae tela

utantur, qui, hepatis nervos volumini visceris non respondere, asserunt. Id nec ex cadaverum sectione, nec ex operibus anatomicis elucet inter quae adire placeat Wrisbergium (Haller primae lineae physiologiae p. 388), Mayerum (*Beschreibung des menschlichen Körpers B. 8. p.* 203.), Walterum (De nervis thoracis et abdominis. Tab. IV.); Langenbeck Icones anatomicae. Neurologia Fasc. II et III.

14) Baehrens Dissert. de consensu capitis cum visceribus abdominalibus. Berolini 1811; — Nodalle Dissert. de hepatis in morbis praecipue sympathia. 1816.

15) De hac *sympathia cutanea-hepatica* loquuntur praesertim scriptores de morbis hepatis regionum tropicarum ut Johnson (op. citando) et M. Hasper (*Bemerkungen über den Einfluss tropischer Klimaten auf Europäische Constitutionen, besonders in Bezug auf die Leber*; in *Hufeland's Journal der praktischen Heilkunde. B.* 69. 1829. *p.* 42. 50.)

16) Malpighi (Op. Editionis Londinensis p. 61) lobulorum „figuram hexagonam vel plurium laterum esse," dicit.

17) Kiernan l. c.

tela si maceratione destruatur, lobuli venis hepaticis per venas centrales adhaerentes conspiciuntur [18]). Mira sane haec bilis officinae structura est, cui praesertim plethora [19]) et carcinoma insidiantur.

Ductus biliarii.

14. Ex dictis lobulis sive aciuis *ductus biliarii* seu *biliferi* ortum ducunt. Invicem iterum iterumque juncti tandem ramos quatuor, in duos desinentes efformant. Ex his aute ingressum vasorum sanguiferorum in fissuram transversam, *ductus hepaticus* (*porum hepaticum*) crassitiei calami scriptorii minoris et longitudinis circiter trium digitorum transversorum componitur; qui canalis, *cystico* junctus, *ductum choledochum* constituit. Hic, cystico longior et amplior, versus regionem abdominis epigastricam dirigitur, hanc ubi attigerit, duplicaturam illam mesenterii, quam triangularem vulgo appellant, intrat, et in media fere intestini duodeni, ibi absconditi, longitudine, tunicas eiusdem, obliqua directione perforat, ab acinis pancreatis circumdatur, et cum eius ductu, illuc quoque tendente, in cavum modo adducti intestini foramine prominente hiat. Praeterea vero est, orificio horum ductuum minima quaedam ruga ab interna hujus canalis membrana efformata, quae valvulae eo loco sitae vices sus-

18) Müller's *Physiologie B.* 1. *Abth.* 2. 1834. p. 428; — Krause l. c.

19) „*a great volume of blood is continuously poured through these acini, and the quantity is augmented in a certain ratio corresponding with the amount of fluids received into the stomach. The very complex and minute organization of these acini, and the increased volume of fluid frequently poured into them are causes often competent to render some of them impervious.*“ Conwell op. citando p. 58.

sustinet. Ductus hepaticus, cysticus et choledochus iisdem constat membranis ac *vesicula fellea* [20]).

Vesicula fellea.

15. *Cystis* haec, piro aequiparata cujus pedunculus canalis cysticus foret, sita est in fovea hepatis facie inferiori insculpta. Dividitur in fundum, corpus et collum. Facies postica cellulosae ope annectitur hepati; anterior intestinum colon et duodenum respicit. Componitur *tribus membranis*, videlicet: 1° *serosa*, externa, peritonaei propagine, quae tamen, ubi vesicula fellea hepar immediate tangit, desideratur; 2° *fibrosa* media, *tendinea* seu potius *musculari*, fibris enim constat (etsi non sint rubrae) rotundis ac mollibus ut in veris musculis [21]); et 3° *mucosa*, interna [22]) sat fir-

20) Nemo anatomicorum, ni fallor, haec clarius exposuit Brüningio (Tractatus de ictero spasmodico infantum. Vesaliae et Lipsiae 1772. p. 153): „memorabilis profecto modus est, inquit, quo choledochus hic ductus duodeno jungitur. Simulac ad primam circiter flexuram intestini ductus hic pertingit, externa statim eius tunica tunicae duodeni extimae continuatur; quo facto muscularem alteram ab eodem hoc intestino similiter mutuat. Transeunt nempe a musculari tunica duodeni, quot ad formandam membranam muscularem cystidis ductuumque biliariorum requiruntur, fibrae descendunt ad ipsum vesicae felleae fundum, inde reduces in fibras musculares intestini denuo continuantur. Aliae longitudinales duodeni musculares fibrae ab invicem secedentes ductum ipsum intercipiunt, sinu fovent, plicamque istam formant, quae in interna duodeni superficie, hic loci conspicua, ostiolum excretorii hujus ductus velat, illudque, si a quacunque causa fibrae hae tenduntur, omnino claudit: A spiralibus intestini fibris muscularibus nonnullae statim ipsi ductui choledocho impenduntur, ad imam cystidis basin producendae; aliae ostiolum hujus ductus circum ambientes, sphincteris officio prius funguntur, antequam cum sociis suis ductum communem intrent. Par omnino ratio est tunicarum reliquarum tam nerveo vasculosae, quam villosae. Continuantur etiam hae in membranas ductus choledochi, eique ut et cystidi felleae vasa sua et nervos communicant. Nacta tamen est cystis eiusque ductus ex hepate quoque tam vasa quam nervos."

21) I. Engelbert Diss. de irritabilitate vesicae felleae. Groningae 1806. Et Lenhossek (Physiologia medicinalis,

firma, rugosa et glandulis [23]) notata. Membranae eiusmodi textu celluloso invicem nectuntur, in quo potissimum vasa tam sanguinea quam lymphatica decurrunt [24]). Proveniunt: *arteriae, gemellae* dictae (quoniam in utroque vesicae felleae latere una decurrit), ab arteria hepatica; *venae*, a porta; *vasa lymphatica* *) a hepatis illis; *nervi* a plexu hepatico. Normale cystidis felleae cavum, capax duas vel tres uncias bilis continendi. Eius collum in canalem producitur angustum, in initio suo paululum inflexum, qui, postquam aliquot digitorum transversorum longitudinem est adsecutus, cum hepatico ductu paullo antea memorato, firmissime unitur ac, ut diximus, nunc communem illum canalem choledochum sistit.

16. Quivis triplex genus membranarum, quibus ductus biliarii et cystis fellea componuntur, perpendens, intelliget, partes hujuscemodi obnoxias esse, quoad membranam serosam et fibrosam, *rheumati*; respectu membranae fibrosae, *spasmo* et *paralysi*; atque relate ad membranam mucosam *catarrho*, nec non innumerabilibus eiusmet affectionum sequelis, textui celluloso praecipue infensis. Nec arthritis, scorbutus, scrophula, carcinoma, quae arteriis, venis, vasis lym- Animadversiones.

Vol. III. p. 118) opinionem HALLERI, cystidem felleam fibris muscularibus praeditam esse defendit.

22) C. F. WOLFF De vesiculae felleae humanae ductusque cystici superficiebus internis; in Actis Academiae Petropolitanae. Ann. 1779. T. I. II.

23) *F. VICQ. - D'AZYR Observations sur les glandes de la vesicule du fiel;* in *Histoire de la Société R. de Médecine de Paris. Années* 1777 *et* 1778.

24) F. A. WALTER De Structura hepatis et *vesiculae felleae*; in Annotat. Academic. Berolinensibus. 1786.

*) Perbelle delineata sunt a WERNER et FELLER: Vasorum lacteorum et lymphaticorum anatomico-pathologica descriptio. Lipsiae 1784.

lymphaticis et nervis in genere insectantur, ductus biliferos et cystidem felleam immunes relinquunt. Accedunt bilis (de qua in paragrapho sequenti) perversa secretio et excretio, eiusque retentio, coagulum et induratio. Quorum malorum ut in primo limine recta formari possit idea, comparatio systematis hepatici cum systemate uropoëtico, ad quam jam PETIT [25]) et MORGAGNI [26]) alludunt, maxime juvat. Analogia inter haec systemata adhuc evidentior foret, si vasa bilifera a hepate directe cystidem felleam adeuntia [27]), ut in bovibus aliisque nonnullis accidit animalibus [28]), in homine etiam probari potuissent. Sed et sine hoc respondent hepar, renibus; ductus hepaticus, uretheribus; cystis fellea, vesicae urinariae; ductus cysticus et choledochus urethrae, atque bilis, urinae [29]).

§. II.

Systematis hepatici functiones.

Hepar. 1. *Hepar* a remotissimis usque temporibus non solum medicorum [1]), sed et philosophorum [2]), haurus-

25) *Mémoires de l'Académie R. de chirurgie de Paris. T. 1. p. 269. Article II. Parallelle de la retention de la bile et des pierres de la vesicule du fiel, avec la retention d'urine et les pierres de la vessie.*

26) De sedibus et causis morborum. Epist. XXXVII. articul. 11.

27) BIANCHI opp. citando. T. 1. P. 1. Cap. XX.; — WESTPHAL Dissert. de existentia Ductuum hepatico-cysticorum in homine. Gryphswaldae 1742; — DOMINICI GUSMANI GALEATTI De viarum inter hepar et vesiculam felleam communicatione; in De Bononiensi scientiarum et artium Instituto atque Academia. T. II. P. I. p. 133; — I. CP. ANDR. MAYER De Ductibus hepato-cysticis. Frankf. ad Viadrum 1788.

28) K. METZGER Anatomiae hepatis comparatae specimen. Regiomont. 1796.

29) W. BORDEU (*Maladies chroniques* p. 486) huic comparationi favet.

1) MOLL Diss. brevis veterum de hepate doctrinae explicatio.

ruspicum [3]) et poetarum [4]) adtentionem capessivit. Operi praxi medicae unice dicato illorum opiniones pro-

2) „ARISTOTELES *hatte bereits die Leber als das blutreichste Eingeweide dargestellt (τὸ ἧπαρ αἱματικώτατον τῶν σπλάγχνων)... Man betrachtete dieses Organ als den Sitz der Begierden (ψυχῆς ἐπιθυμιη). Diese Lehre ist besonders von* PLATON *und* TIMAEUS *ausgebildet worden... Damit stimmt die Theorie der Neuplatoniker und der spätern Pythagoraeer überein.* (STOBAEUS Ecl. physic. I. 52). *Interessant ist es, dass die Chinesen schon vor alter Zeit die Leber als die Ursache und als den Anfang aller Färbung des organischen Körpers betrachteten.* (CLEYER Specimen medicum Sinic. Frankfurt 1682. P. II. p. 25)." NAUMANN opp. citando p. 102 — 104.

3) Extispices accuratissime inquirebant utrum hepar fuerit normale aut a natura alienum indeque desumebant aut laeta aut tristia. Tristia fuere, si morbum illo in viscere detegebant; laeta vero ubi pingue erat et nitidum; dubia denique, ubi geminum extorum caput, i. e. duplex hepar, vel cujusvis partis decessio apparuit. Cfr. ARISTOTELES Hist. animal. Lib. II. Cap. XV. et PLINIUS natur. histor. lib. XI. cap. LXXIII. — Subtiliores hepatis disquisitiones extispices instituisse, testimonium affert vetus LUCANI interpres (Pharsal. Lib. I.). „Diversae, inquit, sunt venae, quas hauruspices cellas dicunt, et hostium et amicorum et alia hujusmodi, cum ergo accipiunt jecinora, intelligunt, quae cella nec eat, quae pars saliat, igitur dum vident de hostili parte venarum pulsus emergere, significare praelium recognoscunt." Cfr. MOLL l. c. „Veteres oppida aut castra condituri inspiciebant jecinora pecorum quae pascebantur in his locis; quae si livida et vitiosa deprehendebant solum vertebant aliò commigrantes; si sana, ibi munitiones et habitationes constituebant, rati similem salubritatem corpora hominum consecutura." Riolan l. c. cap. XIX. Cfr.. VITRUVIO *Architettura Libr. I. cap. 4.*

4) „*Quell' audace Titano che osò ascendere sino alla sede di Giove a rapire il sacro fuoco, e che non pago di cio osò anche schernirlo, doveva essere dannato al maggiore dei tormenti; e fu percio dato il suo fegato a perpetuo pascolo d'ingordo avoltojo. La mitologia con questo tratto ci simboleggia l'importanza del nostro viscere, e le fiere doglie, che produrre sogliono gli sconcerti suoi.*" A. FINIZIO *Sull' influenza che ha l'epate sul carattere e le passioni dell' uomo. Napol.* 1839. — *Legitur apud* HOMERUM (Il. λ.):

ἀκόντισε δουρὶ φαεινῷ
καὶ βάλε Φαυσιάδην Ἀπισάονα ποιμένα λαῶν
ἧπαρ ὑπὸ πραπίδων ὥς ἄρ' ὑπὸ γούναι' ἔλυσε.

apud HORATIUM (Epist. I. 18. 12.). „Non ancilla tuum jecur ulcerat ulla puerve;" (Od. I. 25. 15.):" „cum tibi flagrans amor saeviet circa jecur ulcerosum;" (Od. IV. 1. 12); „Si torrere jecur ulcerosum;" apud JUVENALEM: „quid referam quanta siccum jecur ardeat ira?" .. apud OVIDIUM (in Epistol.):

prosequi non decet, quod partim etiam de physiologorum commentationibus [5]) valet. Rebus certis standum, hepar glandulam sistit, bilis secretioni, ex sanguine venae portae [6]) peculiaris sane conditionis [7]), dicatam. Praeterea verisimile est quod cruor hac secretione a principiis quibusdam superfluis et retentione nocivis, liberatur [8]); quotidiana saltem experientia docet, secretione bilis languente aut suppressa, morbos ad *cachexias* pertinentes, caput attollere. Credimus jecur

„Devovet absentes, simulacraque cerea fingit
Et miserum tenues in jecur urget acus."
apud MARTIALEM (Lib. XIII.): „aspice quam tumeat magno jecur ansere majus."

5) BERGMANN Diss. cogitata circa hepatis usum physiologicum. Jen. 1798; — POWELL *observations on the bile* 1800. — LOBINSER Diss. de functione hepatis sana et laesa. 1817. — L. A. WALTHER Diss. de physica hepatis dignitate. Halae 1818; — D. G. EVERSMANN Diss. physiologica et semiotica hepatis. Beroli 1820; — J. R. VAN MAANEN Commentatio de functione hepatis. Lugd. Batav, 1822. — VOISIN *Nouvel apperçu sur la physiologie du foie. Paris* 1833; — BENJ. PHILIPPS *on the functions of the liver*; in *London Medical Gazette* T. 12. et FRORIEP's *Notizen aus dem Gebiete der Natur- und Heilkunde.* B. 40. N. 21; — JUDA's in *Gazette médicale de Paris.* 1835. No. 16; — MARCO PAOLINI *Ricerche fisiologiche interno il fegato,* in *Bulletino delle scienze mediche di Bologna, Sessione 16ma 17. Marzo.* 1836; — MÜLLER *Physiologie B. I. Abth.* 2. 1834. p. 428; et eiusdem: *Archiv für Anatomie und Physiologie* 1838.

6) *J. F. SIMON Expériences sur la séparation de la bile,* in *Nouveau Bulletin de la Société Philomatique. Août* 1825 et *FRORIEP l. c. B.* 12. *p.* 7; — et illius *chemische Untersuchung des arteriösen, venösen und Pfortaderblutes. SCHMIDTS Jahrbücher. B.* 29. *p.* 275.

7) *SCHULTZ chemische Analyse des Pfortaderblutes* in *RUST's Magazin für die gesammte Heilkunde. B.* 44. *Heft* 1.; — *Einige Bemerkungen über d. Beschaffenheit des Pfortaderblutes*; ex: *An inquire into the nature and properties of the blood in health and disease, by the late* CH. TURNER THACKRAH, *new Edition enlarged and revised by* TH. G. WRIGHT, *London* 1834, in BEHREND's *allgemeinem Repertorium der medicinisch-chirurgischen Journalistik des Auslandes. Jahrgang* 6. *No.* 10. *p.* 149.

8) PH. C. HARTMANN Diss. de bile sanguinis, ultimi alimenti excrementum. Regiomont. 1700; — E. PLATTNER in versione germanica Rationis medendi HAENII. T. II. p. 360; —

cur sistere sanguinis mole exundantis diverticulum; quam BIANCHI [9]) et F. HOFFMANNI [10]) opinionem admittimus experientia freti, plethorae universalis indicia a hepate impervio plerumque inseparabilia esse [11]).

2. Maxime autem *bilis*, curiositatem physiologorum [12]) et chemicorum [13]) excitavit. Probabile est eam Bilis.

DOEMLING: *Ist die Leber ein Reinigungsorgan? Wien* 1798; — J. H. HESS Diss. de functione hepatis duplic. Lugd. Batav. 1813; — BENJ. PHILIPPS l. c.; — S. SOUTENDAM Diss. de hepate, organo corporis humani depuratorio tam in statu sano, quam in aegroto. Lugd. Batav. 1827; — G. H. BELL op. citando p. VI. („*The function of that great viscus seems to be necessary in removing certain impurities from the blood*"); — H. ANCELL *Lancet Vol.* 23. 1839. *No.* 11. PH. C. HARTMANN's *Hypothese über die assimilativ blutbereitendo Function der Leber, dargestellt von* E. R. LOEFFLER *Leipz.* 1838; — PREISS *Bemerkungen über die assimilative und bluthereitende Kraft der Leber* etc., in CASPER *Wochenschrift No.* 22.

9) Op. citando P. I. Cap. XXIII. „sanguinis diverticulum esse unà cum liene quotiescunque, vel copia, vel rarefactione auctus hic liquor ultra molem ordinariam ulteriores etiam, amplioresque vias exigit cursui suo.")

10) l. c. („deinceps utilissimum quoque hepatis est munus, quod sanguinis mole exundantis praebeat diverticulum.")

11) „... experientia constat, crebrius sanguinis contingere stillicidia, si hepar obstructum aut lien infarctu laborat, nullam aliam ob causam, quam quod obice hic posito, cruor ad alia loca impetuosus divertat ibique erumpat." FRDR. HOFFMANN l. c.

12) SYLVIUS DE LE BOE Disputat. medica de bilis ac hepatis usu. Amstelod. 1679; — GREULICH Χοληλογια, seu themata paradoxa de bile sana et aegra. Frankf. 1682; — BAGLIVI Opp. omnia. Amstelod. 1695. Diss. III. De bilis natura, usu et morbis; — RAMSAY Diss. de bile. Edinb. 1757; — SCHROEDER Experimenta ad veriorem bilis indolem declarandam capta. Goetting. 1764; — DUSSARUS Diss. med. An bilis nec acida, nec alcalina? Paris 1769; — GEBER in Actis Taurinensibus T. I.; — J. MACLURG *Experiments on the human bile and reflexions on the biliary secretion* 1772; — UTENDORFER Experimenta nonnulla et observationes de bile. Argentorat. 1774; — VAN BACHANTE de natura bilis; 1778; — WILLINK Specimen medicum de bilis physiologia et pathologia 1778; — J. CH. REIL Tractatus de Polycholia. Halae 1782; — J. T STRAEHL Diss de bilis natura. Goett. 1787; — G. M. RICHTER Experimenta circa bilis naturam; acced. H. F. DELII de bile humana epistola. Erlang. 1788; — S. GOLDWITZ *Neue Versuche zu der wahren Physiologie der Galle. Bamberg* 1789; — J. J. PLENK

eam recenter secretam et directe a hepate ad duodenum perductam, ideoque *hepaticam* nuncupatam, principio quo pollet leniter amaro ciborum desiderium excitare ac qualitate sua saponem aemulante [14]), unà cum succo pancreatico ad conversionem alimentorum in chymum conferre [15]); bilem autem per remoram in cystide [16]) magis amaram et acriorem factam, faecum elaborationi inservire ac intestina ad motum peristalticum stimulare. Sic potissimum arguimus quum, languente hepatis secretione, desiderium quoque ciborum eorumque concoctio langueant, ac hisce incommodis (nisi caussa secretionem perturbans aliter imperet) optime usu medico bilis, aut pharmacorum leni prin-

Hydrologie des menschlichen Körpers. Wien. 1795; — J. F. G. Rubb Diss. bilis physiologiam et pathologiam exhibens. Goetting. 1797; — Fr. Pegiorbtti Diss. de bile. Patavii 1834. Aeeedunt de physiologia hepatis auctores.

13) Cadet *Expériences chimiques sur la bile de l'homme et des animaux*, in *Mémoires de l'Académie R. des sciences* 1767 p. 471; — Fourcroy *Système des connaissances chimiques.* Vol. 10. p. 14. *Paris* 1801; — Thènard *Memoires de physique et de chimie de la Société d'Arceuil. Vol.* 1. *Paris* 1807; — Berzelius *Thierchemie* 1807 et *annales de chimie et de pharmacie.* T. 33 p. 139; — Tiedemann *und* Gmelin *die Verdauung nach Versuchen.* 1827: — Schultz De alimenterum eoneoetione p. 71; — Treviranus *Biologie B.* 4. p. 316; — Couerbe *Annales de chimie et de physique* 1831.

14) Leonardi *Artikel Galle*, in Macquer *Chymisch. Wörterbuch.* Saponaceam quidam bilis indolem negarunt Roederer. (Experimenta eirea bilis naturam. Argentor. 1767) et Cadet (l. e.); ast admittunt tamen naturam alealinam. Illa nuperrime extra dubitationis aleam ponitur a Berzelio (*sur la composition de la bile* in *Annales de Chimie et de Pharmacie. Vol.* 33 *Cahier.* 2. p. 139.)

15) J. G. Woertmann Diss. de bile utilissimo ehylopoieseos instrumento. Lugd. Batav. 1739; — J. Outman van Aalst Diss. de chylopoiesi. ibid. 1758; — W. Munniks Respond. van der Leen Diss. de bilis indole eiusque in chylificatione utilitate. Groening. 1787; — G. G. Ploucquet Diss. sistens experimenta eirea bilis vim ehylificam. Tübing. 1792.

16) Ten Haaf Diss. de bile cystica vulgo dicta. Lugd. Bat. 1772.

principio amaro dotatorum unà cum sapone occurratur; quumque, impedito bilis cysticae ad duodenum accessu, color faecum a norma recedere soleat, et alvi tarditas sequatur, quibus malis (nulla obstante contraindicatione) pharmaca potentius amara, et motum peristalticum intestinorum excitantia, levamen afferunt. Interim absit ut instabilibus physiologiae fundamentis pathologicum superstruamus aedificium [17]).

§. III.

Systematis hepatici morbi.

1. Etsi jecur, vesica fellea et ductus biliarii nequaquam ad viscera pertineant, quorum actio, neque per horae momentulum sine interitus discrimine suspendi possint; attamen ad vitam conservandam adeo sunt necessaria, ut vitiata et laesa, sanitas mox turbetur, et innumerabilia inde nascantur mala. Quam facile autem et crebro illa organa vitientur laedanturque, tam ex tractatibus Fr. Hoffmanni [1]) et J. Ayre [2]), quam ex ipsis *Praeceptis* nostris elucet. Vix enim in iis morbi meminisse licuit, in quo hepar et bilis scenam Extensio.

B 2 non

17) *„J'ai souvent remarqué, que les changemens d'opinion en physiologie ont donné lieu à d'autres changemens facheux et assez généraux dans la clinique parmi les jeunes médecins: au lieu que, lorsque la pratique n'est fondée que sur le résultat des observations, non seulement elle n'éprouve pas de pareilles vicissitudes, mais elle tend encore à se perfectionner.“* Portal op. citando p. XI.

1) De morbis ex hepatis vitio. Halae 1726. opp. T. VI. No. XVII p. 232; — de bile medicina et veneno corporis. ibid. No. X. p. 160.

2) *Praktische Bemerkungen über die gestörte Absonderung der Galle abhängig von Krankheiten der Leber und der Verdauungswerkzeuge. Deutsch bearbeitet von* Justus Radius. *Leipz.* 1822.

non luderent, quod imprimis palam fit ex tractatibus de febribus [3]) intermittentibus [4]) et continuis [5]), de febre flava [6]) de typho [7]), de exanthematibus et impetiginibus [8]), de morbis cerebri [9]), nervorum [10]), narium [11]), pulmonum [12]), cordis [13]), oris et fauci-

3) Legisse non poenitebit PORTAL (op. citando p. 451): *De l'état du foie pendant, avant et après des fièvres intermittentes, remittentes et exacerbantes.*

4) Gastricis (Praeceptorum P. I. Vol. I. Sect. I. Cap. II. §. XVI. 1.) earumque recidivis. (l. c. §. XXIX. 1)

5) Gastricis biliosis (Praecept. P. I Vol. I. Sect. II. § XXIII. 4. 14.) et nervosis inde ortis (l. c. Cap V. §. XXX. 8).

6) Praeceptorum P. I. Vol. II. Sect. II. Cap. II. §. XI. 2. §. XIII. 3.

7) Ibid Cap. I. §. III. 5.

8) RETZ *Des maladies de la peau... qui précèdent les affections du foie. Paris.* 1790; — PORTAL op. citando. p. 334. („... *le foie n'est pas dans son état naturel dans la plupart des maladies de la peau avant qu'elles se montrent, pendant qu'elles ont lieu, et quelquefois après qu'elles ont disparu, soit qu'on juge par le résultat de l'ouverture des corps... soit qu'on en juge par les symptômes et l'altération plus ou moins grande de la bile et des affections morbifiques du foie.*") Probatur id a tractatibus meis de erysipelate (P. I. Vol. I. Sect. II. Cap. XI. §. LXI. 2.), de chloasmate (P. I. Vol. III. Sect. II. Cap. III. §. VII. 2. et VIII. 3.), de lepra (ibid. Cap XX. §. LX. 8.) etc. Nomine *morbi hepatici (male di fegato)* salutatur leprae species in urbe Comacchio (ad mare adriaticum quo loco id flumen Padum accipit) endemica. Hunc morbum hucusque descriptum non esse doleo. Caeterum cl. Bononiensi professori MEDICI (*cenni fisiologici, patologici e terapeutici intorno la malattia conosciuta nella città di Comacchio sotto il nome di male di fegato. Bologna* 1835) opportunitatem attulit demonstrandi, hanc lepram non esse generis phlogistici, ut medicus, a doctrina *del Controstimolo* obcaecatus contenderat.

9) Nexum inter morbos hepatis et cerebri, quem BERTRANDI, POUTEAU, ANDOUILLE, FABRE, MAXWELL (ll. citandis) aliique patefecerunt. elucet ex doctrinis encephalitidis Praeceptorum P. II. Vol. I. Sect. I. Cap. III § XLV. 8. § XVI. 11) apoplexiae (ibid. Cap. V. §. XXVI. 1.), agrypniae (ibid Cap. VII. § XXV. 3.), vertiginis (ibid. Cap. XVI §. LXIX. 2.), hypochondriasis (ibid. Cap. XVII. §. LXXIII. 2), maniae (ibid. Cap. XXVI. §. CIII. 3. § CIX. 7.) etc.

10) De spasmis (P. II. Vol. I. Sect. II. Fascic. A. Cap. XIV. §. LXX. 4.)

11) De epistaxi (P. II. Vol. I. Sect. II. Fasc. B. Cap. XXVII. §. CXXXVI. 3.)

cium [14]), oesophagi [15]), ventriculi [16]), intestinorum [17]), et magis magisque palam fiet ex doctrina morborum systematis uropoetici, uterini etc. BOERHAAVIUS itaque non exageravit asserendo [18]), inter centum morbos chronicos vix unum a hepatis affectione omnino alienum esse. Idem de morbis acutis, regionum saltem tropicarum [19]) aliarumque calidarum et humida-

12) Peripneumonia (P. II. Vol. II. Sect. I. Cap. VIII. §. XXXII. 2. § XXXIV. 8. 9. 20), pneumonorrhagia (ibid. Cap. IX. § XL 16.), phthisis (ibid. Cap. X. § XLIV. 6. §. XLVII 8. §. LI. 9.), dyspnoea (ibid Cap XII. §. LIX 12.), asthma (ibid. Cap. XIII. §. LXII. 9.), tussis (ibid. Cap. XIV. §. LXIV. 12.).

13) Angor pectoris (P. II. Vol. II. Sect. II. Cap. XI. §. XLIV. 3.), motus inordinati cordis et arteriarum (ibid. Cap. XVII. §. LXIX. 2. §. LXXI. 7.).

14) Odontalgia (P. III. Vol. I. Sect. II. Cap. XIX. §. LXXVI. 5. 6), angina (ibid. Cap. XXXIV. § CXXXI. 1).

15) Dysphagia (P. III. Vol. I. Sect. II. Cap. III. §. X 3.).

16) Multa ad nexum ventriculum inter et hepar spectantia tradidit SALLIN. (Ex *Séance publique de la faculté de médecine en l'Université de Paris le 5. Novembre* 1778. p. 67. in *Sammlung auserlesener Abhandlungen für praktische Aerzte. B. 7. St.* 2. p. 246) pluraque obveniunt ubi locutus sum de bulimia et anorexia (P. III. Vol. I. Sect. II. Cap. XVI. §. LIV. 6. §. LVI. 4.) de polydipsia, adipsia et hydrophobia (ibid. cap. XVII. §. LVIII. 8 §. LX. 3. § LXI. 3.), de dyspepsia (ibid Cap XVIII. § LXIII 2.), de cardialgia et neuralgia coeliaca (ibid. Cap. XIX. §. LXVIII. 3. §. LXX. 8. 20.), de nausea et vomitu (ibid. Cap. XXI. §. LXXVIII. 2.), de haematemesi et morbo nigro (ibid. Cap. XXII. §. LXXXIV. 2. §. LXXXV. 3).

17) P. III. Vol. II. Sect. II. passim.

18) Institutiones medicae. No. 350.

19) CLARK *Observations on the diseases in long voyages to hot countries.* p. 267. („*In hot climates of all viscera in the human body the liver is most subject to diseases. It suffers from obstruction, inflammation and suppuration.*"); — NICCOLO FONTANA *Osservazioni intorno alle malattie che attaccono gli Europei nei climi caldi e nelle lunghe navigazioni fatte nel suo viaggio alle Indie Orientali dell' anno* 1776 — *al* 1781. *Livorno* 1781. Versio germanica Stendal 1790; Versio gallica curante KÉRAUDREN Paris. 1818; — JOHNSON *The influence of tropical Climates. London* 1827; — HASPER l. c. — STEPH. MATTHEWS *Observations on hepatic diseases incident to Europeans in East Indies. London* 1783; —

darum [20]) affirmare potuisset. Dicant porro chirurgi, quale imperium hepar et bilis post graves operationes et in ulcera, praesertim crurum, exercent!

Doctrinae cultores.

2. Mirum itaque non est, medicos ab antiquissimis usque temporibus morbis systematis hepatici praecipue operam navasse. Quid HIPPOCRATES, ARETAEUS, CELSUS, COELIUS AURELIANUS, GALENUS, AETIUS, ALEXANDER TRALLIANUS etc. hac in re praestiterunt, passim a nobis indicabitur. Restauratis scientiis, concessaque facultate cadavera aperiendi, morbos, de quibus agitur, illustrarunt BENIVIENUS [21]), FALLOPIUS [22]), VESALIUS [23]), SCHENKIUS [24]), FORESTUS [25]), SENNERTUS [26]), BALLONIUS [27]) aliique [28]), imprimis autem THOMAS BARTHO-

20) J. JOHNSON *The atmosphere and Climate of Great Britain as connected with derangement of the Liver. London* 1819.

21) De abditis nonnullis ac mirandis morborum et sanationum causis. Florentiae. 1507.

22) Observationes anatomicae. Venet. 1561.

23) Epistola de radice chinae; Examen Observationum FALLOPII. Venet. 1564; et op. c.

24) Observationes medicae e clarissimorum medicorum veterum simul et recentiorum scriptis captae. Basil. 1584. Vol. II. Francfurt. 1600. ibid. 1665.

25) Observationum et curationum medicarum Lib. XXXII. Francf. 1602 — 7. Vol. IV.

26) Practicae medicinae Lib. IV. Wittemb. 1628. 1635. Vol. IV.

27) Epidemiarum et ephemeridum Libr. Paris 1640. Paradigmata et historiae morborum ob raritatem observatione dignissimae. ibid. 1648. Opp. Venet. 1734. IV. Praef. THEOD. TRONCHIN. Genev. 1762. Vol. IV.

28) SEITZ Tab. II. Curatio morborum stomachi et *hepatis*. Argent. 1534; — VISCERUS De differentiis et causis affectuum jecinoris praeter naturam. Tubing. 1580; — MAURIT. VAN REVERHORST De motu bilis circulari eiusque morbis. Lugd. Bat. 1692; — J. M. HOFFMANN Disquisitio corporis humani anatomico-pathologica, rationibus et observationibus veterum et recentiorum singulari studio collectis confirmata. Altdorf 1713. Cfr. auctores citati de hepatis anatomia.

tholinus[29]), Theodor. Kerkringius[30]), Theoph. Bonetus[31]) et Gregor. Horst [32]). Desiderabatur adhuc monographia de morbis hepatis, quam lacunam adimplevit Joan. Bapt. Bianchi [33]), Taurinensis eximius anatomicus et medicus [34]). Doctissimum eius opus, quatenus primum in re ardua experimentum, indulgenter dijudicari debuisset, quo sub respectu si peccaverit Morgagni [35]), id aemulo quodammodo condonari posset, secus autem Hallero [36]), et minime omnium Portalio [37]). — In morbis systematis hepatici respectu anatomico-pathologico illustrandis maximam par-

29) Historiarum anatomicarum rariorum Cent. VI. Hafniae 1654 — 1661. Vol. III.; — Epistolar. medicarum Cent. IV. Hafn. 1663 — 67. Vol. IV; — Acta medica et philosophica Hafniensia. Hafn. 1675. — De anatome practica ex cadaveribus morbosis adornanda consilium. Hafn. 1674.

30) Spicilegium anatomicum continens observationum anatomicarum centuriam. Amstelodam. 1670; Lugd. Batav. 1729.

31) Sepulchretum anatomicum seu anatomia practica ex cadaveribus morbo denatis. Genevae 1679. Vol. II. edit. aucta a Manget. Lugduni 1700. Vol. III.

32) Diss. de quibusdam *hepatis* et lienis affectibus. Gies. 1609; — Observationum medicinalium singularium Lib. IV. Acced. Epistolar. et consultat. Liber. Ulm. 1626; — Specimen anatomiae practicae. Francf. 1678.

33) Historia hepatica, seu de hepatis structura, usibus et morbis. Aug. Taurinorum 1710. ibid. 1716, Genevae 1725; qua utor editione.

34) De vita et gestis doctissimi hujus viri legi meretur: *Biografiá medica Piemontese. Vol.* 2. p. 16. *Torino* 1825.

35) Epistolae anatomicae duae. Lugd. Batav. 1728 (Unice refutationi operis citati Bianchii dicatae sunt, atque Editorum praefatio verum sistit libellum famosum.)

36) Method. studii medic. Boerhaavii. De anatomia T. I. p. 373 („In ea historia (hepatica) invenio varia quae minime placent... cavillos meros et audaciam miram in carpendis scriptoribus, observationem propriam, utilemque vix ullam.").

37) Op. citando p. X. („*Son travail* (*de* Bianchi) *ne peut être d'aucun avantage aux praticiens, et il peut, au contraire, conduire à des erreurs facheuses, ceux qui ne le sont pas.*")

partem habuerunt MORGAGNI [38]) et LIEUTAUD [39]). Illorum morborum therapiam excoluit TACCONI [40]), cui succcessere ANDREE [41]), HEBERDEN [42]) aliique simul ad bilis morbosam conditionem respicientes [43]). Nonnul-

38) In Adversariis III.; — et maxime in opere de sedibus et causis morborum per anatomen indagatis. Patavii 1765.

39) Historia anatomico-medica, sistens numerosissima cadaverum humanorum extispicia, quibus in apricum venit genuina morborum sedes. Paris. 1767. Vol. II. Editio SCHLEGELII Longosaliss. 1786 — 87.

40) De variis hepatis aliorumque viscerum affectibus observationes. Bononiae. 1740. Continetur etiam in: *Memorie sopra la fisica e storia naturale di diversi valent' uomini.* T. 1. p. 297. *Lucca* 1744.

41) *Considerations on bilious diseases and some particular affection of the Liver and the Gall-bladder.* 2. *edit.* Versio italica: *Osservazioni sulle malattie chroniche del fegato, con note del Sig^e^* MARTIN *e delle osservazioni sull' epatitide del Sig^e^* CLARK. *Pavia* 1793. Cfr. *Samml. auserl. Abhand. f. pr. Aerzte. B.* 14. p. 56.

42) *On the diseases of the Liver*, in *Medical Transactions published by the College of Physicians. Vol.* 2. *London.*1772.

43) GOBLICKE Diss. de singularibus hepatis humani in statu naturali et praeternaturali. Francf. 1736; — PH. G. SCHROEDER de alienata bilis qualitate, ubi viridis est alvo excretorum aut vomitu rejectorum color. Goetting. 1767; — CRAWFORD *Essay on the nature and cure of the diseases incident to the liver. Lond.* 1772; — BATH *on the nature and quality of diseases of the Liver and bilary ducts. Lond.* 1777; — POWEL *Observations on the bilis, its diseases and oeconomy of the Liver. Lond.* 1800; — J. CH. IKEN Diss. de morbis hepatis. Jen. 1802; — HEBSER Diss. de hepatis affectionibus. Argent. 1782; — EHRENBERG Diss. de mixtione formaque hepatis laesa. Hal. 1802; — REGNAULT *sur les altérations du foie. Paris* 1820; — G. F. KLETTEN de constitutione morborum atrabilaria sero autumno propria. Wittenb. 1806; — J. AYRE op. cit. — J. STEARN *On the functions and diseases of the Liver. Philadelphia Journal for medical and physical sciences. By* CHAPMAN 1822. Vol 4; — PEMBERTON *über verschiedene Krankheiten der Abdomi-nal-Eingeweide. A. D. E. Gotha* 1818; — NIC. STEININGER Diss. de morbis biliosis. Heidelb. 1825; — BAILLIE in *Lo. ndon medical and physical Journal. December.* 1825; — T. J. GRAHAM *Observations illustrative of the nature and treatment of the prevailing disorders of the stomach and L. ver. Lond.* 1825; — BOISMONT *Observations sur quelques m. aladies du foie; Archives générales de médecine* etc. *T.* 16; — J. ABERCROMBIE *Patholog. und praktische Untersuchungen über die Krankheiten des Magens, des Darmkanals, der L. ber und des Unterleibs.*

nulli speciatim vitia cystidis felleae [44]) et affectus venae portae [45]) persequuti sunt. Succèssit aestimatione dignus de hepatis morbis tractatus auctore G. SAUNDERS [46]). Interea progressus anatomiae pathologicae [47]), A. PORTALIO viam ad optimum de hoc argumento opus [48]) conficiendum straverunt. Progressu eiusmodi non cessante, ut opera FARRE [49]), BOUILLAUD [50]), ANDRAL [51]) et CRUVEILHIER [52]) testantur at-

A. D. E. Bremen 1830; — LEUSCHNER Diss. de cognoscendis hepatis morbis. Berol. 1834; — MAURIT. PATZECK Diss. anatomia pathologica hepatis. Budae.

44) J. A. MARÉCHAL *quelques remarques sur les maladies de la vésicule biliaire. Paris* 1811.

45) STAHL Diss de vena porta, porta malorum. Hal. 1668; — FUCHS Diss. de affectibus cum vena portarum connexionem habentibus. Argent. 1718; — JUNKER Diss. de vena porta, porta salutis. Hal. 1742; — BARTHOLD Diss primae lineae morborum venae portae. Viennae 1777; — HARTMANN Diss. de vena porta, porta bonorum. Francf. 1786; — WESENER *Versuch eines Beytrages zu der Lehre von den Krankheiten des Pfortadersystemes.* HUFELAND's *Journal der praktischen Arzneykunde. B.* 68. 1829. *St.* 2. p. 31.

46) *On the structure and diseases of the Liver. London* 1793; Versio germanica *Dresden* 1795 et 1804. Versio gallica, qua utor: *Traité de la structure, des fonctions et des maladies du foie, et recherches sur les propriétés et les parties constituantes de la bile et des calcules bilaires, traduit de l'Anglais sur la troisième édition et augmentée de plusieurs notes par* P. THOMAS. *Paris* 1804.

47) SANDIFORT Observationes anatomico-pathologicae. Lugd. Batav. 1777; — MATTHIEU BAILLIE *Morbid anatomy of some of the most important parts of human body. Lond.* 1793. Versio germanica cum egregiis notis SOEMMERRINGII. Nov. Edit. 1820; altera similis operà ZANNINI. Venet. 1815; — XAV. BICHAT *Anatomie générale. Paris* 1800. Vers. germanica auctore PESTEL. *Leipz.* 1826; — A. PORTAL *Cours d'anatomie médicale. Paris* 1804. *T.* 5.

48) *Observations sur la nature et le traitement des maladies du foie. Paris* 1813.

49) *The morbid anatomy of the liver, being an inquiry into the anatomical character, symptoms and treatment of certain diseases, which impair or destroy the structure of that viscus. Ordo I. Tumor P. I. On the tubera circumscripta and tubera diffusa. Lond.* 1812 *II. Plates; P. II. On the varieties of the tubera diffusa. Lond.* 1815. Cfr. *Sammlung auserlesener Abhandlungen f. pr. Aerzte.* B. 25. p. 1. B. 33. p. 191.

50) *Considérations sur un point d'anatomie pathologique du*

atque segete circa morbos systematis hepatici accedente, quam sedulitati medicorum in India Orientali aevo nostro [53]) praxin exercentibus debemus, inter quos J. CRAWFORD [54]), J. JOHNSON [55]), C. A. CHISHOLM [56]), J. ANNESLEY [57]), G. H. BELL [58]) et W. E. E. CONWELL [59]) nominasse sufficiet, monographiae majoris momenti expectari potuissent, quam quae hisce ultimis annis prodierunt [60]). BONNETI enim opusculum [61]), etsi non spernendum, titulo monographiae *completae* morborum hepatis non respondet. Epitomen potius quam mono-

gra-

foie; Mémoires de la Société médicale d'Emulation T. 9. p. 170. 1826; — *Recherches cliniques pour servir à l'histoire de la pathologie du foie et de ses annexes. Journal complémentaire des sciences medicales. T.* 24 *Cahier.* 113. p 84.

51) *Clinique médicale: Maladies de l'abdomen. Paris.* 1827.

52) *Anatomie pathologique du corps humain. Paris* 1829 — 1835.

53) De antiquioribus vide Praeceptorum P. I. Vol. 1. Sect. 1. Conspectum historiae et literaturae praxeos medicae §. IX. 7. §. X. 7. 9.

54) *Essay on the nature, causes and cure of disease, incident to Liver in hot climates. Lond.* 1772.

55) *A Treatise of derangement of the Liver, internal organs and nervous system pathological therapeutical. Lond.* 1817.

56) *Manual of the climate and diseases of tropical countries. Lond.* 1822.

57) *Researches into the causes, nature and treatment of the more prevalent diseases of India and of warm climates generally. Illustrated with cases, post mortem examinations and numerous coloured engravings of morbid structure. Lond.* 1828.

58) *A Treatise on the diseases of the Liver and on Bilious complaints; with observations on the management of the health of those who have returned from Tropical climates and on the diseases of infancy. Edinburgh* 1833.

59) *A treatise on the functional and structural changes of the Liver, in the progress of disease, and on the agency of hepatic derangement in producing other disorders. With numerous cases exhibiting the invasion, symptoms, progress, and treatment of hepatic diseases in India. Lond.* 1835.

60) „*On possède des matériaux immenses sur les maladies du foie, et pas un seul traité complet où soient classées méthodiquement, et d'une manière lumineuse les maladies de ce viscère*" MÉRAT *Dictionaire des sciences médicales* T. 16. p. 89.

61) *Monographie complète sur les maladies du foie. Bruxelles* 1836. *Nouv. édition. Paris* 1841.

graphiam de illis morbis sistit liber a doctoribus OLIVIER, ADELON, FERRUS et BÉRARD editus [62]). GUGLIELMUS THOMSON in tractatu suo practico de morbis hepatis et viarum biliariarum [63]) opiniones quidem aliorum medicorum, potissimum Angliae et Galliae erudite exponit, sed proprias omnino retinet. Variegati nimis sunt et sejuncti tractatus de morbis hepatis, cystidis felleae et ductuum biliferorum in Dictionariis et Encyclopaediis medicis [64]). Unitate quoque caret doctrina de qua agitur in libris elementaribus et compendiis medicis (exceptis quodammodo illis NAUMANNI [65]) et STOKES [66])) quatenus morbos, prout ad inflammationes, profluvia, retentiones, neuroses etc. pertinent, in diversis voluminibus explicant. Monographiam de morbis systematis hepatici, universae pathologiae et therapiae speciali alligatam, inter libri elementaris confinia scribentes, en quam inivimus viam.

§. IV.

Ordo rerum pertractandarum.

1. Doctrinas medico-practicas dumtaxat quatenus Generatim.

62) *Monographie der Krankheiten der Leber, nebst anatomischen und physiologischen Anmerkungen über dieses Organ, nach der zweiten französischen Ausgabe übersetzt von Dr.* BERNARD. *Berlin* 1838. Continet praeterea: *Abhandlung über Anatomie und Physiologie der Leber von* KIERNAN, *vorgelesen in der Royal-Society.*

63) *Practical Treatise on the Diseases of the Liver and biliary passages. Edinburgh* 1841.

64) MÉRAT et LARREY in *Dictionnaire des sciences médicales*; — LETFELD in *encyclopädischem Wörterbuch der medicinischen Wissenschaften*; — Plurimi in *The Encyclopaedia of practical medecine edited by* JOHN FORBES, ALEX. TWEEDIE, JOHN CONOLLY; — JAMES COPLAND *Encyclopaedisches Wörterbuch der practischen Medicin. A. d. E. von Dr.* M. KALISCH.

65) *Handbuch der medicinischen Klinik. B.* 5. *Berlin* 1835.

66) *Lectures on the theory and practice of medecine. The London medical and surgical Journal.* ll. citandis.

nus ad lectulos aegrotorum utilitatem adferunt, aestimantes; nosologorum fugimus multifarias divisiones et subdivisiones [1]). Eadem ratione ducti, abusui anatomiae

1) Luculentissimum eiusmodi alucinationis exemplum exhibet P. CARTELLIERI Systema nosologicum hepatis. Pragae 1832, cuius en Specimen: „*Synopsis* systematis nosologici morborum hepatis. *Classis I. Neuropathiae. Genus I. Hyperaesthesia hepatis.* Spec. 1. h. h. idiopathica, 2. h. h. symptomatica. *Genus II. Hepatalgia:* Spec. 1. h. neurica, 2. h. chololithea, 3. h. cacoplastica. *Genus III. Spasmus hepatis. Genus IV. Apoplexia hepatis.* Spec. 1. a. h. sanguinea, 2. a. h. neurico-asthenica. *Classis II. Haematopathiae. Genus I. Symphoresis. Subgenus* 1. S. arteriosa. Spec. 1. S. a. hypersthenica 2. S. a. erethistica. *Subgenus* 2. S. venosa. Spec. 1. S. v. activa, 2. S. v. passiva. *Genus II. Inflammatio hepatis.* Subgenus 1. Hepatitis profunda. Spec. 1. h. p. arteriosa, 2. h. p. venosa, 3. h. p. neuritica. Varietates definitae a) ab inflammationis loco: Var 1. phlogosis lateris gibbi, 2. phl. imi, 3 phl. lobi sinistri, 4 phl. portionis dorsalis. 5. phl. cholocystidis. b) a tempore quo constit phlogosis Var. 1. hepatitis acuta, 2. h. chronica. c) ab influxu epidemico et climatico. Var. 1. hep. venosa epidemica nostras. 2. hep. tropica. Subgenus 2. Perihepatitis. *Genus III. Haemaiostasis.* Spec. 1. 2. *Genus IV. Haemorrhagia.* Spec 1. h. hep. activa, 2. h. h. passiva, 3. h. h. apoplectica, 4. h. h. diaeretica, 5. h. h. diabrotica. *Classis III* Ordo I. *Organomorphoses. Tribus I.* Posthuma phlogosium organica. Spec. 1. parectama, 2. scleroma, 3. pyoma, 4. gangraena. *Tribus II. Dystrophiae. Genus I.* hypertrophia; *II.* atrophia. *III.* cacotrophiae. *A. Exalloxes.* Species 1. emphraxis, parabysma. Subspecies 1. hepatemphraxis venosa, varietas. 1 h. dialeipyrectica, 2. h. lymphatica, 3. h. hypertonica. Spec. 2 malacia. 3. oedema, 4. emphysema. 5. piosis, 6. metapiocerosis *B. Pseudoplasmata.* Species 7. tubercula, 8. melanoses, 9. pseudoplasma encephalodes, 10. scirrhus, 11. cirrhosis. *Appendix* Entozoa hepatis. 1. distoma hepaticum. 2. echinococcus humanus. *Ordo II. Dysecrises. Genus I.* polycholia. *Genus II.* cholischesis. Subgenus 1. chol. hepatica, Spec. 1. ch. h. spastica, 2. ch. h. hepatoplegica, 3 ch. h. symphoretica, 4. phleboctatica, 5. phlogistica, 6. organomorphia. Varietates. Subgenus 2. chol. haematica. Subgenus 3. chol. aporica. Spec. 1. ch. ap. emphractica, 2. ch. ap. stenotica, 3. ch. ap. thliptica, 4. ch. ap. spastica, 5. ch. ap. artretica. *Genus III. Cacocholia.* Spec 1. pachycholica. 2. leptocholia, 3. drimycholia. a) drim. simplex, b) d. acida, c) d. alcalina, d) putris. Spec. 4. cacocholia lithogenes."

Minus absona sequens est CONWELLI (l. c. 93.) tabula nosologica:

Synoptical Table of the Diseases of the Liver.

Diseases of the Liver.

Deranged functions.

The hepatic secretion is diminished, impaired, or impeded at times in these different modes, all of which are marked by a deficiency of healthy bile in the gastro-intestinal tube.
- 1. Languor or decreased secretion, called torpor of the Liver.
- 2. Partial suppression of the biliary secretion.
- 3. Biliary concretions impeding the transit of bile.
- 4. Retention of bile in the biliary vessel.
- 5. Secretion of bile defective in quality.
- 6. Accumulation of bile in the biliary apparatus.

The hepatic secretion becomes superabundant; or it may be transmitted into the hepatic veins and become blended with the circulating blood.
- Excessive secretion of bile.
- Jaundice.

The following forms of disease are produced by functional derangement of the Liver: —
- Hepatic dyspepsy. — Muco-intestinal capillary derangement and honey-comb ulcers in the ileum, — the suite or consequence of previous disease, rarely idiopathic.
- Ephemeral bilious fever. — Preternatural irritation, originating from cerebral or abdominal stimuli, as solar heat, excess of repletion, etc.
- Common bilious fever. — Sanguineous congestion with deranged function of the liver and gastro-intestinal irritation.
- Hepatic diarrhoea. — Muco-intestinal exhalants preternaturally stimulated by irritation.
- Acute hepatic dysentery. — Pustular ulceration of the mucous lining in the coecum and large intestines.
- Chronic hepatic dysentery. — Passive or chronic inflammation of the mucous coat lining the large intestines.

Blood may accumulate in the hepatic parenchyma.
- Congestion of blood in the liver. — Sense of tension, with hepatic derangement and fulness, producing febrile excitement.

Diseases, that produce serious derangement of the hepatic functions.
- Congestive bilious fever *). — Congestion of the Portal vessels, especially of their extremities, in the mucous coat-lining the lower part of the ilium (usually ulcers) and tending to cerebral engorgement.
- Congestive nervo-bilious fever **). — Congestion of the Portal vessels, especially of their extremities, in the inferior part of the ileum (and generally ulcers), hepatic derangement, inflammation of the interior surface of the arteries, and great tendency to cerebral engorgement and effusion.
- Mercurial erethism. — Irritation of the gastro-intestinal capillary System, violently affecting the nerves, with tendency to cerebral engorgement and effusion.

Inflammation.

Acute.
- Of the hepatic envelope.
- Of the hepatic parenchyma. — Abcess.

Chronic.
- Of the hepatic parenchyma. — With increase of volume, With decrease of volume — and structural change. — Produce intestinal and Rheumatic diseases.

*) Ordinary Jungle or Hill fever.
**) [illegible]

miae pathologicae, obstamus, quatenus ex hepatis colore et consistentia diversis, semper peculiares statuere conatur morbos: sunt enim fortuita saepe phaenomena [2]). Nobis in ordinandis morbis systematis hepatici imprimis pro norma inservierunt *dolor, status hypochondrii dextri, ac conditio corporis universi.* In ea nimirum perseveramus opinione, morbos non sistere entia, quae instar animalium, vegetabilium et mineralium in ordines, classes, genera et species dividi possunt; sed modificationes tantum vitae et structurae, mini-

2) Kerkring (Observation. anatom. LXXVII) de sectione cadaveris sermonem instituens, ubi corruptum hepar ingentem emittebat foetorem, monet: „de qua hepatis corruptione, ne forte ea imponat medicis existimantibus, dum eam in cadavere inveniunt, hominem istum diuturna illius labe laboravisse; addo me tertio in equis atque aliis animalibus, qui concitato nimis cursu, ut saepe contingit, extincti erant, eodem quo conciderant die, hepar vidisse ita foetidum, itaque putrefactum, ut nec partes cohaererent, et naribus eam afflarent mephitim, quae vel constantissimum exanimaret: atqui fuerant equi isti valetudine integra, fortes, bene pasti, bonam prae se ferentes corporis habitudinem, unde colligere licet, viscus hoc ita subitae obnoxium esse colliquationi, ut brevissimo temporis spatio, crasim omnem suam possit amittere.“ Jure hinc Spitta (*die Leichenöffnung in Bezug auf Pathologie und Diagnostik.* p. 394): „*Ein Rückschluss aus der allgemeinen Beschaffenheit der Leber. aus ihrer Farbe, ihrem Umfange und ihrer Consistenz, auf eine vorhergegangene Krankheit darf gewiss nur mit sorgfältiger Umsicht versucht werden. Die durch Lebensalter, äussere gewohnte Einflüsse und besonders durch zahlreiche sympathische Beziehungen einerseits bedingte, anderseits durch die verschiedenartige Einwirkung der Verwesung veranlasste grosse Veränderlichkeit dieses Organes erheischt eine solche Warnung. Die ziemlich dunkelrothe Farbe derselben bei Kindern spielt bei Erwachsenen mehr und mehr ins Gelbliche, das nach langwierigen Krankheiten und bei allgemeiner kachektischer Anlage oft in einem hohen Grade vorherrschend gefunden wird, und regelmässig in Greisen, bei gleichzeitiger Steigerung des Cohaesionsgrades des Parenchyms, sich immer mehr dem Grau nähert.*“ — Plura de hoc argumento inveniuntur apud Haller Elem. physiol. T. VI. p. 455; — Meckel *Handbuch der pathologischen Anatomie. B.* 2. *Abth.* 2. p. 301; — Georget *de la folie* p. 397.

minimis rerum discriminibus separatas, saepeque invicem confluentes. Sequitur inde, diversa quibus distingui solent nomina, non altius quam merentur, aestimanda esse.

2. More nostro solito, a *vitiis congenitis* incipimus [3]). Majoris ea hic sunt momenti, quum jecur in oeconomia embryonis ac foetus principatum habeat. — Vitia congenita.

3. Caput sequens de *hepatalgia*, seu *dolore hepatis* agit. Tametsi enim *dolor* morbus non sit, sed morborum symptoma „cum vero veluti distinctus ab aliis et tanquam solitarius, imo primigenius perspici morbus queat, si eo modo invaserit, ut neque praeviam in viscere sensibilem affectionem habuerit, neque post se relinquat: in hac conditione *de dolore hepatis*, tanquam de peculiari abstractoque ab aliis affectu mentio injicienda" [4]). — Hepatalgia.

4. Quoniam in morbis systematis hepatici, ubi *dolor* per se filum ad diagnosin eruendam non suppeditat, illud saepe a *volumine visceris aucto* obtinetur, *infarctui* caput quartum dicavimus. — Infarctus

5. *Calculus biliaris*, quum veluti medium inter hepatalgiam et infarctum teneat, illius, *affectuumque affinium*, doctrina in capite quinto sequitur. — Calculus biliaris.

6. Notiones in capitibus praecedentibus traditae sternunt viam ad doctrinam *hepatitidis eiusque exituum*, capitis sexti argumentum. — Hepatitis.

7. Quum vero inter illos exitus *abscessus hepatis* et — Phthisis hepatica.

3) Doleo cl. Puchelt in volumine operis mei ab eo elaborato (P. III. Vol. II. Sect. I. Cap. II.) solis non stetisse vitiis structurae *congenitis*, sed omnia conformationis vitia comprehendisse; unde doctrinam singulorum tubi intestinalis morborum anticipavit et intellectui difficiliorem reddidit.

4) Bianchi Op. c. T. I. p. 436.

et *phthisis hepatica* eminentissimum occupent locum, separatim in capite septimo illustrabuntur.

Affectus carcinomatici. 8. *Affectus carcinomatici*, morbis hucusque traditis coronam imponentes, re ipsa doctrinae finem imponunt.

Icterus. 9. Verum soliti symptomata morborum ita considerare, ac si morbos per se constituerent [5]), eo minus respectu *icteri* a consuetudine recedimus, quum ille 1° phaenomena peculiaria, scitu dignissima exhibeat; 2° filum ad reconditos morbos indagandos subministret; 3° opportunitatem doctrinam morborum systematis hepatici epilogandi offerat; et 4° non solum ex istis morbis derivandus sit.

CAPUT II.

De vitiis congenitis systematis hepatici.

§. V.

Hepar.

Generatim. 1. Si perpendamus maturam hepatis in embryone evolutionem [1]), maximum illius, relate ad reliqua viscera

5) Praeceptorum etc. P. I. Vol. 1. Sect. I. Praefatio.

1) Danz *Grundriss der Zergliederungskunde des neugebornen Kindes in den verschiedenen Zeiten der Schwangerschaft. Mit Anmerkungen von* Soemmerring. *Frankf. u. Leipz.* 1793. §. 179. 289; — Soemmerring Icones embryonum humanorum. 1799; — Senff Nonnulla de incremento ossium foetus. 1801; — Lobstein *über die Ernährung des Fötus. Uebersetz. von* Kestner. 1804; — Lucae *Grundriss der Entwickelungsgeschichte des menschlichen Körpers.* 1819; — Burdach De foetu humano adnot. 1828; — Robert Lee *Observations on the functions of the intestinal canal and Liver of the human foetus. Philosophical Transactions of the Royal society for the year* 1829. *p.* 121; — Joh.

cera et ad universum corpusculum pondus [2]), peculiarem, quo sanguinis circuitus in foetu utero incluso perficitur modum [3]), morbos quibus jecur hoc in antro subjicitur [4]), ac saepe cum peritonaeo communes habet

Müller *Bildungsgeschichte der Genitalien.* 1830; — Velpeau *Embryologie ou onologie humaine.* 1835.

2) J. Seb. Schumann De hepatis in embryone magnitudinis causa, ejusdem functione tum in foetu tum in homine nato. Breslau. 1817; — F. G. Gmelin Diss. sistens observationes ponderis absoluti hepatis ad pondus corporis totius. Tübing. 1831.

3) Wolff Nov. Commentar. Acad. Petropolitanae. Vol. XX. p. 357; — Sabatier *Mémoires de l'Académie de Paris* 1774; *p.* 198; — J. Fr. Meckel *Archiv für die Physiologie. B.* 2. *p.* 402; — H. F. Kilian *über den Kreislauf des Blutes in dem Kinde, welches nicht geathmet hat.* 1826; — Burdach *Physiologie als Erfahrungswissenschaft. B.* 2. *p.* 506; — Müller *Handbuch der Physiologie. B.* 1. *Abth.* 1. *p.* 302.

4) Duettel (Praeside Fr. Hoffmanno) Diss. de morbis foetus in utero materno. Hal. 1702; — Valentini Diss. de morbis embryonum. Giess. 1704; — Schurig Embryologia historica medica. Sect. IV. Dresd. 1732; — Raulin *Traité des maladies des enfans. Paris* 1768; Vers. Germanica Lipsiae 1769; — Oehme Diss. de morbis recens natorum chirurgicis. Lips. 1773; — Ziehrold De notabilibus quibusdam, quae foetui in utero contingere possunt. Hal. 1778; — Hoogeveen Tractatus de morbis foetus humani. Lugd. Batav. 1784; — Engelhart (Praeside Gruner) Diss. sistens morbos hominum a prima conformatione usque ad partum. Jen. 1792; — Fleisch *Handbuch der Kinderkrankheiten. Leipz.* 1803; — Chaussier *Discours prononcé à l'hospice de la maternité année* 1812; *Procès verbal de la distribution des prix aux élèves-sage-femmes de l'hospice de la maternité année* 1812; *Bulletin de la faculté et de la société de médecine. Paris* 1813 *et* 1821; — Feiler *Pädiatrik. Sulzbach* 1814; — Oehler Diss. Prolegomena in embryonis humani pathologiam. Lips. 1815; — Murat *Dictionnaire des sciences médicales. Paris* 1812. *T.* 16. *art. foetus*; — F. B. Osiander *Handbuch der Entbindungskunst. Tübing.* 1819; — Jœrg *Schriften zur Beförderung der Kenntniss des Weibes und Kindes. Th.* 2. *Leipz.* 1818; — Seeligmann Diss. de morbis foetus humani. Erlang. 1820; — Mende *Ausführliches Handbuch der gerichtlichen Medicin. Leipz.* 1822; — Zuccarini *Einiges zur Beleuchtung der Krankheiten der menschlichen Frucht. Erlang.* 1824; — Hufeland's *Journal der prakt. Heilkunde. B.* 64. 1827. *Januar*; — Meissner *Kinderkrankheiten. Leipz.* 1828; — Hardegg De morbis foetus humani. Tübing. 1828; — Billard *Traité des maladies des enfans. Paris* 1828; — Andral *Anatomie pathologique. Paris* 1826; — Cruveilhier

bet [5]), si haec, inquam, perpendamus, dubitare amplius non licebit, hoc viscus sibi magnam partem in elaboratione corporis humani et in praedispositione eius ad morbos vindicare. Suspicio latentis vitii primae conformationis in morbis jecinoris potissimum alenda, dum sub eorum curriculo, phaenomena inconsueta, debitis locis indicanda, in conspectum veniunt. De turbis ex mutatione circuitus cruoris post ligaturam funiculi umbilicalis [6]), in paragraphis de ictero embryonum et recens natorum [7]), quaestio erit.

Atrophia. Defectus. Duplicitas. Translatio.

2. In monstris, potissimum acephalicis, *hepatis* tam *atrophia* [8]) quam *defectus* [9]) pluries observati sunt. Qui

Op c.: — Bergk De morbis foetus humani. Lips. 1829; — Zurmeyer De morbis foetus. Bonnae 1832; — Grætzer *Abhandlung über die Krankheiten des Fötus. Breslau* 1837.

5) J. Simpson *Edinburgh medical and surgical Journal. October* 1838.

6) Quoniam dum neonatus solvitur a placenta, affluxus sanguinis ad hepar per venam umbilicalem (quae huic visceri plus cruoris largiebatur, quam reliqua vasa sanguinea simul sumta) illico sistitur; H. Fr. Autenrieth (Anleitung für gerichtliche Aerzte. 1806. p. 180.) et Th. R. Beck (*Elements of medical Jurisprudence. Vol.* 2. 1823.) putarunt, hepar infantis ante partum emortui ponderosius esse, quam illud neonati post ligaturam funiculi umbilicalis. Memorabile hoc pro medicina forensi argumentum dilucidatum est a K. Schæffer: *Die Leberprobe, eine Bestättigung der Lungenprobe in medicinisch-forensicher Beziehung. Tübing.* 1830; Cfr. Hesselbach *Bibliothek der deutschen Medicin u. Chirurg.* 3. *Jahrgang* 1830, 4. *Heft*, p. 133; et Omodei *Annali universali di medicina. Vol.* 64. 1832. p. 314.

7) Cap IX. §. LIV. LV.

8) Curtius De monstro humano. Lugd. Bat. 1762.

9) Gœller Miscell. Acad. natur. curios. Dec. II. ann. II. obs 143; — Schellhammer ibid. ann. IX. obs. 148; — *Journal de Trevoux* 1706. *Juillet*; — *Breslauer Sammlungen* 1722. *Juli. p.* 626; — Winslow *Histoire de l'Acad. R. des sciences. Paris* 1740. p. 586; — Le Cat *Philosophical Transactions. Vol.* 56; — Cooper ibid. Vol. 65. P. 1. p. 311; — Gilibert *Sammlung prakt. Beobachtungen und Krankengeschichten. Leipz.* 1792. *p.* 97; — Daniel *Samml. medicinischer Gutachten. p.* 275. *Tab. V.*; — Arnold *Medicinische chir. Zeitung.* 1831. *B.* 4. *No.* 95; — Meckel *Handb. der patholog. Anatom. B.* 1. p. 602.

Qui aliàs eiusmodi defectum adnotarunt [10]), dubium movent se jecur sub pseudomembranis reconditum, aut ab abscessu consumptum, non animadvertisse. Dubium tamen hoc eo minus rerum anatomicarum magistrum C. BAUHINIUM respicit, quum praeter hepatis (et lienis) in hydropico defectum, notaverit, venam cavam, instar venae portae, originem ex visceribus abdominalibus traxisse [11]). De *hepate duplici* MORGAGNI [12]) spondet auctoritas. Cum illo *lobuli hepati accessorii* [13]) non sunt confundendi. In *viscerum abdominalium translati one* [14]) hepar aliquando hypochondrium sinistrum occupat [15]).

3. *Herniaè hepatis* [16]) (certe non semper con- Herniae.

C 2

geni-

10) ZACUTUS LUSITANUS Prax. admirabilis. Lib. II. obs. 38; — SCHENK Obs. med. Lib. III. Sect. II. obs. 7. T. IV. p. 8.

11) LIEUTAUD Hist. anatom. medica. T. I. p. 190; Cfr. KIESELBACH Observatio de defectu hepatis connato. *Edinburgh. Review. Jan.* 1840.

12) De sed. et caus. morb. Epist. XLVIII. art. 55. („Ventris dissectio ostendit *duplex huic infanti fuisse jecur*, alterum in sede consueta parvum potius, quamvis in praelongos lobos divisum; alterum majus sed informe, quod per crassam interjectam membranam, cum illo conjunctum, trunco venae portarum annexum, in cavam autem suas venas infra illud alterum jecur immittens, eo se extendebat, ut adhaerens sibi peritonaeum adjectosque huic tendines extrorsum urgeret, tumorem efficeret, de quo dictum est.")

13) VETTER *Aphorismen aus der pathologischen Anatomie.* p. 214 („*auch wir bewahren ein kleines am Rande der Leber nur vermittelst einer Haut anhängendes Leberchen: hepar succenturiatum*"); — Cfr. CLARUS *Annalen des klinischen Instituts am Johannis-Spital in Leipzig. B.* 1. p. 128.

14) Praeceptorum P. III. Vol. I. Sect. II. Cap. XII. § XLII. 1.

15) GEMMA Lib. II. artic. Cyglogmon p 75 et COSMOCRIT. Lib. I. Cap. 6; — SCHENK Observat. Lib. III. obs. 9; — BLEGNY Zodiac. Gallic. ann. II. p. 128.

16) SENNERT Medic. pract. Lib. IV. Cap. 4, — BLANCARD Opp. medic. theoret. practica. T. II. p. 392; — GESNER *Breslauer Sammlung* 1724. *Tent. XXVIII. art.* 9; — MERY *Mémoires de l'Acad. R. des Sciences.* 1716. *p.* 136; — LACHMUND Miscell. Acad. natur. curios. Dec. I. ann. III. obs. 103; — STRIGELIUS ibid. Dec. I. ann. II. obs. 88; —

genitae) ad diaphragma [17]), abdomen [18]), et umbilicum [19]) contingere possunt. De his ultimis, praeter allata [20]), plura habentur exempla, sedulo a VOIGTEL [21]) collecta.

Figura, color, consistentia. 4. Sicuti reliquae corporis humani partes, inter sanitatis limites, quoad volumen a norma deflectere solent, ita et hepar [22]). De *fissuris* [23]) monuit MORGAGNI [24]) „eas saepe a primordiis exstare"; quod ipse etiam de *foramine* ad marginem inferiorem jecinoris obser-

REISEL ibid. Dec II. ann. VII. obs. 6; — SCHÆFFER Acta Acad. natur. curios. Vol. III. obs. 1; — RITTER ibid. Vol. VIII. obs. 88; — SCHULZ ibid. p. 502; — SCHAARSCHMIDT *Verzeichniss der Merkwürdigkeiten bei dem anatom. Theater zu Berlin.* 1750. p. 13; — MARIGUES VAN DER MONDE *Recueil périodique.* 1755. *T.* 2. *Janvier p.* 31. *T.* 3. *Decembre. p.* 433; — RŒDERER Programm. Observat. de foetu. Goetting. 1758. p. 4; — HALLER Opuscul. pathologic. obs. XXIX; — SAMUEL DE WIND *Abhandl. der Seeland. Gesellschaft zu Vliessingen. Uebersetz. von* BŒHM. *B.* 1. *T.* 1; — SŒMMERRING *Beschreibung und Abbildung einiger Misgeburten. Tab. VIII. u. X.*

17) Praeceptorum etc. P. II. Vol. II. Cap. I. §. II. 1; — PORTAL *Maladies du foie p.* 11; — *Gazette médicale de Paris* 1839. *No.* 12.

18) Praeceptorum etc. P. III. Vol. I. Sect. II. Cap. XIII. §. XLIII. Hepatocele ventralis SAUVAGESII Nosol. method. Cl. I. genus LIII. Spec. I. GALLICE: *Hernie du foie ventrale.*

19) ibid. §. XLV. Hepatocele umbilicalis. SAUVAGESII L. c. spec. 2. GALLICE: *Hernie du foie, hepatocèle ombilical.*

20) ibid. 4.

21) *Handbuch der pathologischen Anatomie. B.* 3. *p.* 6.

22) „Magnus quidem in externis nostrorum corporum partibus occurrit varietas; sed interna quoque, si diligentius animadvertamus, haud raro non exigua inter se discrepant varietate; ... nunc de varia dumtaxat figura jecoris illud ex parte confirmabamus quod generatim RIOLANUS scripsit, ubi *non diffiteor,* inquit, *hepatis figuram in plurimis variare.*" MORGAGNI Epist. anatom. I. 12.

23) LIEUTAUD Op. c. Lib. I. Sect. VI. obs. 826; — MORGAGNI De sed. et caus. morb. Epist. XLVIII. 17. Ep. LXV. 8; — BLANE *Medical and chirurg. Transactions. Vol.* 2. p. 18. et *Samml. auserl. Abhandl. für prakt. Aerzte.* B. 20. p. 576.

24) Op. c. Epist. XXXVIII. 42.

observato contendit [25]). De majori *loborum numero* [26]), id sponte intelligitur [27]). Aliquoties hepar solito aut largius [28]), aut magis convexum [29]), deteximus. Semel margo illius inferior inter lobum dextrum et sinistrum arcum [30]) atque margo anterior falcem [31]) referebant. Maxime autem jecur, etsi sanum, *pondere* variat. In adultis a duobus ad quinque libras aestimari solet [32]), quo tamen ultimo in casu jam aut pulmonem dextrum molestat [33]), aut ventriculum, cui aliquando adnatum est [34]), comprimit [35]), e loco movet [36]), aut cum liene coalescit [37]), aut reni dextro vim infert [38]); aut, quod sae-

25) Epist. III. 4. („Habebat praeterea *foramen*, ibi deficiente ab orto usque, ut videbatur, substantia, in convexa facie, digiti pollicis intervallo supra imum limbum, quod in sinum patebat pro fellis vesicula excavatum.")

26) J. Bouillaud *Recherches clin. pour servir à l'histoire de la pathologie du foie l. c.* („*Chez un homme de 54 ans, que j'ouvris en 1822, le foie était composé de cinq lobes bien distincts... le lobe de Spiegel, très-petit, ne tenait du reste au foie que par une sorte de pedoncle étroit, ce qui le rendait comme flottant.*")

27) Jam Vesalius (De corp. hum. fabric. Lib. V. Cap. VII.) monet, lobos hepatis saepe variare.

28) Morgagni Op. c. Epist. XIX. 58. E. XXI. 30. E. XXVI. 31.

29) idem, ibid. Epist. XXXVIII. 34.

30) idem, ibid. Epist. LXV. 8.

31) idem, ibid. Epist. XXXVIII. 42.

32) Soemmerring *Eingeweidlehre* p. 179.

33) Offredi Miscell. Acad. natur. curios. Dec. I. ann. IX. obs. 178.

34) Schenk l. c. Lib. III. obs 59. p. 582. („Superior et exterior pars ventriculi, hepati extrinsecus erat adnata.") „Credo ego, ait C. Bauhinius, naturalem fuisse illam accretionem et in utero materno acquisitam." Cfr. Troschel Diss. de alieno situ part. abdom. in Haller Disput. ad morbor. historiam et curationem facientium. T. IV. p. 199.

35) Hufeland's *Journal B. 6. St. 3. p.* 623 (quaedam de conditione morbosa suspicio.)

36) Bouillaud l. c.

37) Fr. Kaltschmied Programm. de raro coalitu hepatis et lienis, in cadavere invento. Jen. 1752. in Haller Disput. T. VI. p. 396. (Omnia evincebant haec viscera „non casu quodam post partum coalita esse, sed prima statim formatione coaluisse.")

38) Inferre non potuit apud Schenk l. c. p. 748. No. 3. (he-

saepissime accidit, sub costis plus minus emergit. Eviratis hepar minimum esse asseritur [39]), cui opinioni non adstipulamur [40]). In feminis id certe minus quam in maribus [41]), et maximum in infantibus. Permultum autem, ut diximus, differunt hepatis, etsi sani, *color* et *consistentia.*

§. VI.

Cystis fellea et ductus biliarii.

Vesiculae felleae defect., duplicitas, situs abnormis. etc.

1. Plurima *defectus cystidis felleae,* non indiscriminatim admittendi [1]), numerantur exempla [2]). Plerumque inde notabile non oriebatur sanitatis detrimentum [3]): supplebat enim ductus choledochus solito amplior

par magnum oblongum, et ad dextri renis locum exporrectum, *deficiente illo rene.*)

39) Glisson Anatom. hepatis. opp. omnia. Vol. II. p. 96.

40) Hepatis volumen praegrande in spadone, colicae ex calculo biliario obnoxio, inveni. Praeterea proclivitas eviratorum ad obesitatem, vix cum hepate parvo compatibilis foret.

41) Ackermann *über die körperliche Verschiedenheit des Mannes vom Weibe.* §. 63. p. 133.

1) Secto cadavere feminae in clinico Vindobonensi (circa annum 1797) diabete demortuae, locum vesiculae felleae dicatum vacuum invenimus. Minima vero vesicula in Glissonii capsula inclusa erat, quae ad collum suum cum ductu hepatico communicabat, ad latus vero duobus canalibus instructa erat, sese immediate in duodenum inserentibus.

2) Morgagni Op. c. Epist. XLVIII. 55. (etsi hepar duplex); — Jæger Resp. Elvert Diss. binae observationes de hepatitide cum naturali vesiculae felleae defectu. Tübing. 1780; — Ludwig Commentar. de rebus in scientiis natural. et medicina gestis. Lips. Vol. XVIII. p. 244; — Vandermonde *Recueil périodique T.* 4. *p.* 281; — Baldinger *Neues Magazin für Aerzte. B.* 1. §. 3. *p.* 274; — Cruikshank vid. Sœmmerring's *Anmerkungen zu* Baillie. *Anmerk.* 314; — Ziegler *Taschenbuch für Wundärzte. Altenb.* 1790. *p.* 131; — Sandifort Tabulae anatomicae Fasc. III. p. 24; — J. H. Wergne et L. O. J. Driguel *Mémoires de médecine militaire. T.* 20. *p* 406; — Amusat in *Bulletin des sciences médicales.* Mai 1831. *p.* 251; — E. Home citatur a Stokes *Lectures* etc.

3) Aegra quidem, de qua Wiedemann (Reil's *Archiv für die Physiologie. B.* 5. *St.* 1. p. 141.) refert, maniaca erat, ast rite procedebant functiones tubi intestinalis.

plior [4]), et aliquando a ductu pancreatico separatus [5]). Nec *cystis fellea duplex* inaudita [6]), modo accedente altera minima, membranis tenuibus instructa et bile serosa repleta [7]); modoque una cum altera communicante, spuria sine ductu excretorio [8]). Quoad *situm*, reperiebatur cystis fellea nunc ex transverso posita [9]), nunc ope duplicatione peritonaei, ligamentum efformante, pendula [10]), nuncque curvaturae majori ventriculi circa pylorum admota [11]). — *Translationem* ipsa cum hepate communem agnoscit. *Herniae* umbilicalis quoque particeps fuit [12]). Etiam *forma* cystidis felleae a normâ recedere potest; visa enim est fere rotunda [13]), et instar nunc cylindri [14]), nunc soleae ferreae [15]).

2. Erroribus formae *ductuum biliariorum* adscribi possunt eorum defectus [16]), numerus major [17]), insolita- Duct. biliarior. defectus, numerus major etc.

4) Huber *Philosophical transactions.* 1749. *obs.* 1. Vid. Leske *auserles. Abhandl. med. Inhalts aus den Philos. transactions. B.* 3. p. 52.
5) Soemmerring *Eingeweidlehre.* §. 88. p. 199.
6) Huber Act. acad. natur. curios. Vol. IX. obs. 102. p. 382; — Haller Element. Physiol. T. VI.
7) Blasius Observat. anatom. p. 128: Observat. medic. rariores. Part. IV. obs. X. p. 55. Tab. VI. Fig. 3.
8) Otto *Zweite Sammlung seltener Beobachtungen. Breslau* 1824. *No.* 61
9) Morgagni Op. c. Epist. XXIV. 16.
10) Soemmerring *Anmerk. zu Baillie. XII.*
11) M. J. Weber Nov. Act. phys. med. Acad. Caesar. Leopoldinae natur. curiosor. Bonnae 1823.
12) Günz Observat. anatomico-chirurgicae de herniis. Lips. 1744 p. 66.
13) Chambon de Montaux Observationes clinicae curationes morborum periculosiorum, aut phaenomena ipsorum in cadaveribus indagata referentes. Paris 1789, Versio German. *Leipz.* 1791. Bemerkung 166. p. 492.
14) Walter *Anatomisches Museum. B.* 1. p. 118. *No.* 224.
15) Schroer, Hufeland's *Journal. B.* 1. p. 409.
16) Ductus cysticus aberat teste Grandchamp. Hufeland *Neueste Annal. der französ. Arzneik. B.* 3. p. 103.
17) De ductibus biliariis *super-numerariis* mentionem injecerunt Bartholinus (Hist. anatom. rara. Cent. II. hist. 54. T. 1. p. 269.), Diemerbroeck et Pezold (Diss. de

litaque communicationes [18]) et divisiones [19]), nec illorum obliteratio [20]) et terminus caecus [21]) silentio praeteriri debent.

§. VII.

cholelitho. Argent. 1725): „Praeter ductum choledochum ordinarium, inquit, adhuc *insolitus* ex medio fellis folliculi recta in coli intestini partem ei accumbentem extensus erat."

18) Ductus nonnulli hepatici in ductum cysticum aperiebantur (Mayer Resp. Loewel Diss. de ductibus hepatico-cysticis. Traject. ad Viadr. 1783.); brevis canalis a cystide fellea ad ventriculum ducebat (Baillie l. c. p. 143.); ductus choledochus loco duodeni, stomachum adibat. (Vesalius op. c. Cap. III. p. 420. „Praeter has venas et arterias, ventriculo nullum aliud vas implantatur; et si forte meatum bilem deducentem aliquis in ventriculi fundum pertineat, id sane fit quam rarissime; et mihi semel hactenus dumtaxat, ejus generis tenuissimus meatulus occurrit in biliosissimo homine, quem et longis pontificiis navibus sectioni adhibuimus" — et Lieutaud Op. c. Lib. I. Sect. II. obs. 37—41. T. I. p. 19.)

19) Ductus choledochus, brevi ante introitum in duodenum bipartitus erat (Fallopius obs. anatom.; — Schenk Observat. Lib. III. Sect. II. obs. 73. p. 94; — Blasius Observat. anatom. p. 127. Tab. XV. Fig. 12. Observ. med. rar. IV. obs. 9. p. 55. Tab. VI. Fig. 4; — Vater Diss. de novo bilis diverticulo. §. 7.). De ductu choledocho in intestinum jejunum, altero in colon desinentibus, testatur Paw (Observat. anatom. obs. 15. p. 29.).

20) „Decimo octavo Aprilis 1669 dissecui puerum octo mensium, qui a primo partus tempore ejulatu horrendo, semper dies noctesque durante, valde molestus omnibus, imprimis parentibus, fuerat; adfuere saepius epileptici motus leviores. Tussis aderat continua, gravis; excretiones alvi frequentes erant, materiae spumosae, nigricantis, vomitus assumtorum continuus. Venter apertus bilis liquidioris quantitatem adeo magnam exhibebat, ut etiam repleri ea dicere licuerit. Vesica fellea excedentis erat magnitudinis, et hinc ex distentione ea praeternaturali porosa admodum, adeo quidem ut etiam transudationem bilis per poros tunicarum in cavum ventris manifeste observare possemus... In *ductu biliario cystico coalitio* satis evidens occurrebat, propter quam et bilis descendere, et stylus, per foramen, in duodeno notabile, intromissus, adscendere, inhibebantur." Blasius Observationes medicae rariores. P. II. obs. 4. p. 38.

21) Blundelli Observationem Stokes (l. c.) refert.

§. VII.

Anomaliae in vasis sanguiferis systematis hepatici.

1. De arteriae coeliacae defectu, ramis suis tribus directe et singulatim ex aorta prodeuntibus, jam dictum est [1]). Accedit origo *arteriae hepaticae* modo ex arteria mesaraica superiore [2]), modo ex arteria renali dextra [3]). Arteriae.

2. *Venae hepaticae* aliquando non sub diaphragmate, sed supra illud, duplici inde foro notato, in venam cavam depleutur [4]). Visae sunt venae hepaticae in unum truncum convenisse, qui, non more solito in abdominis antro sese in venam cavam exonerabat, sed ad latus sinistrum hujus vasis decurrens, diaphragma perforans, cordis auriculam venosam intrabat [5]). Legitur de *vena portae,* cruorem non ad hepar ducente, sed prope venas emulgentes terminata [6]). Et truncus venae portae per peculiare diaphragmatis foramen in pectore cum vena cava societatem inivit [7]). Nec hic terminantur insertionis venae portae in venam cavam modi [8]). Venae.

Caput III.

1) P. III. Vol. II. Sect. II. Cap. V. §. XVI. 1.
2) A. Kunst Diss. de quibusdam hepatis morbis. Basil. 1725.
3) Hyrtl *Von Anomalien des hepatischen Venensystems. Medicinische Jahrbücher des k. k. österreichischen Staates. B.* 20. *St.* 3. p. 425.
4) Morgagni Op. c. Epist. LX. 6.
5) Kunst l. c. Similes anomaliae describuntur quoque a Rothe. *Acten der Josephinischen Academie. B.* 1. p. 267; — Fr. Gurlt De venarum differentiis. Vratislaviae 1819. p. 22.
6) Abernethy *Surgical and physiological Essays. Lond.* 1793. Vers. German. auctore Brandis *p.* 155 et *Philosophical Transactions for the year* 1793. *p.* 1.
7) Huber Obvervat. anatomic. p. 34.
8) Lieutaud Histor. anatom. p. 190; — Lawrence in *Medical chirurgical Transactions. Vol.* 5. *p.* 174.

CAPUT III.

De hepatalgia.

§. VIII.

Definitio. Scriptores.

Definitio. 1. *Hepatalgia* [1]) est dolor e hepate, cystide fellea et ductibus biliariis, absque alio istarum partium evidenti morbo emergens.

Scriptores. 2. Latiori omnino sensu hepatalgiae vocabulum sumserunt, qui de hoc affectu scripsere [2]). Excipi debent BIANCHI [3]), FERREIN [4]), STOKES [5]) aliique commemorandi.

§. IX.

Symptomata. Caussae.

Symptomata. 1. Dolor modo totam superficiem hepatis convexam occupat, modo ex uno tantum eius loco, epigastrio potissimum, et jecinoris parte concava emergit. Extenditur ille nonnunquam ad collum, dextri praesertim lateris. Dolor hypochondrii nunc est constans, nunc

1) A *Ηπαρ*, hepar, et *Ἄλγος*, dolor. SYNON. Colica hepatica; ITAL. *Dolore di fegato, epatalgia*; GERM. *Leberschmerzen*; GALL. *Douleur de foie*; ANGL. *Pain in the Liver*.

2) ROLFINK Diss. pathologica IX. De dolore jecoris. Jenae 1637; — SAUVAGES Nosolog. methodica. Classis VII. Gen. 23; — HARTMEYER Diss. de colica hepatica. Jenae 1793; — SWEDIAUER Novum nosologiae method. systema. Class. III. Gen. 27; — M. G. SCHMIDT Diss. de hepatalgia. Lipsiae 1820.

3) Op. c. T. 1. p. 436.

4) *Mémoires de l'Académie des sciences*. 1766.

5) *Lectures on the theory and practice of medecine. London medical and surgical Journal*, et BEHREND *Repertorium der medicinisch-chirurg. Journalistik des Auslandes. Jahrg.* 5. *No.* 7. *p.* 251.

nunc ab intervallis liberis separatus; aliàs gravis, pressivus, tensivus; aliàs scindens, terebrans, acerrimus. Pars affecta aliquando adtactum respuit [1]); saepius vero admittit [2]), quin immo exposcit [3]). Nullum ea exhibet tumorem, nisi forte transitorium. Pulsus plerumque lentus, contractus. Plurimos molestant sternutationes, singultus, vox acuta [4]), angustia pectoris, vomitus et nonnullos convulsiones [5]) et lipothymiae. Evolvitur interdum icterus [6]).

2. Hepatalgiae pro re nata ansam porrigunt: compressio diuturna hepatis a flexione corporis in latus dextrum ad mensam scriptoriam, ad machinam acupingendo dicatam et a loricibus [7]); hypochondrii contusio; sup- Caussae.

1) Aegram novi quae sub hepatalgiae periodicae paroxysmo, jam manum ex longiquo loco dolenti admovendo ejulatus edebat. Nullum tamen aderat phlogoseos indicium, et aegra pharmacis narcoticis sanata est. Itaque nec Ferrein nec Stokes assentire possum, quatenus augmentum doloris sub attactu pro certo inflammationis signo habent.

2) „*J'ai vû des malades qui se laissaient toucher assez fortement le ventre, comme dans la colique métallique, sans prèsque augmentation de douleur.*" Portal Op. c. p. 190.

3) Aegrorum meorum nonnulli pugnos hypochondrio admovebant, aut abdomen fascia arcte circumdabant, Fernelii sic observationem in mentem revocantes ubi de colica pictorum monet: „Unicum tantum in accessione inventum est solatium, tres quatuorve robustos homines ventri superpositos sustinere." (Opp. de luis venereae curatione. Cap. VII.)

4) Spectatne huc Hippocratis (in Coacis) effatum? „Quibus acuta vox, hypochondria intrò cursum iis revulsa sunt."

5) Grbulichius (Diss. de bile) casum sequentem producit: „in hepatis regione monialis viginti quinque annorum circiter monstrabat quantum apice digiti tangebat, sibi praevium dolorem inferre, et hinc paroxysmum veluti epilepticum, quem in lecto sedens brachiorum agitatione et gemituosis expirationibus discutere solebat."

6) Cap. IX. §. LVII. De ictero spasmodico.

7) „*Die Eindrücke, welche (in der Leber) von den Schnürbrüsten entstehen, sind meistens so tief, dass sie bis in die Mitte der Substanz hinein sich erstrecken: bald laufen sie in die Länge, und dann finden wir oft mehrere; oder es liegt nur Ein solcher Eindruck in die Quer, welcher das Ende des fischbeinernen Harnisches bezeichnet.*" Vetter *Aphorism. aus der pathol. Anatomie.* p. 225. — „*L'usage des corsets chez*

suppressio haemorrhagiarum habitualium, praesertim haemorrhoidum et catameniorum; abusus liquorum fermentatorum, cofeae et theae; cibi praeter modum aromatibus conditi aut alia ratione qualitate et copia peccantes; obstructio diuturna alvi; mutationes repentinae atmosphaerae eiusque inusitatus calor; suppressa transpiratio; fuga praepostera impetiginum; impedita podagrae ad extremitates evolutio; masturbatio, coitus nimius; frequentissime autem animi pathemata ingrata, ut ira et zelotypia. Nec lienis morbi semper a hepatalgia alieni *).

Vermes. 3. Quum *vermes* (et insecta [8]) [9]) in organis systema hepaticum efformantibus saevos cruciatus excitare valeant, quin eorum praesentia determinatis hucusque signis cognosci queat; nihil impedit, quominus interea ad caussas hepatalgiae revocentur. Plus vice simplici *ascarides lumbricoides* sese ex intestino duodeno in ductus biliarios insinuasse vidimus, videruntque alii [9]).

Con-

les femmes, en diminuant le diamètre de la poitrine, pousse vers ses extrémités, et particulièrement vers l'inférieure, les organes qu'elle contient. Chez elles le foie dépasse souvent de plusieurs pouces les dernières côtes, et celles-ci impriment sur la face supérieure de cet organe un sillon plus ou moins profond " *Dictionaires des sciences médicales en* 18 *volumes, T.* 9. p. 203.

*) W. Wedel Ephem. Acad. natur. curios. ann. I. obs. 224. p. 336. Cfr. Cap. XVII.

8) Delhau Desfontaines *Observation d'une maladie extraordinaire suivie de la mort, occasionnée par la présence d'un insecte vivant dans la substance du foie, avec des remarques sur cette observation par* F. J. Double. Sedillot *Recueil périodique de la société de médecine de Paris. T.* 15. p. 43. 49.

9) Themel De tribus in ductu hepatico latentibus lumbricis. Acta acad. natur. curios. Vol. VIII. p. 29; — Nebel ibid. Vol. V. obs. 112; — Van Doeveren De vermibus intestinalibus hominum. Lugd. Batav. 1753; — Pallas De infestis viventibus intra viventia. Lugd. Batav. 1760; — Lieutaud Histor. anatom. obs. 907. T. 1. p. 267; — Brüning De ictero spasmadico infantum. p. 121; — Walter

Contigit eos ductum choledochum perforasse [10]), viam ad hepar [11]), ad vesiculam felleam [12]) et, nisi massae polyposae pro vermibus habitae fuerint [13]), ad venam portam [14]) inivisse. Quamvis legatur [15]) „vermes in hominum hepate ordinarios *cucurbitinos* esse"; et aegri nostri vel *taenia solio*, vel *bothryocephalo lato* laborantes, saepius de dolore constante hypochondrii dextri con-

Observat. anatomic. p. 53; — BROUSSAIS in GRAPERON *Bulletin des sciences médicales. T.* 1. p. 209.

10) *Fall einer Durchbohrung des gemeinschaftlichen Gallenganges von zwei Spulwürmern*; *von* J. F. FLOEGEL. *Medicinische Jahrbücher des k. k. österreich. Staates. B.* 18. §. 4. p. 567.

11) WIERUS De praestig. Daemon. Lib. IV. Cap. XVI. Opp. omn. p. 30 (vermes palmae longitudinis, alter in ductu choledocho, alter *in substantia hepatis*, erosa); — SCHENK Observat. med. Lib. III. Sectio II. obs. 33 et 34; — LIEUTAUD Op. c. obs. 837. T. 1. p. 247; — BARTHOLINUS Anatom. reform. Lib. I. cap. XIV. p. 86; — VAN DOEWERN Specim. observat. academic. p. 267; — BONET Sepulchr. anatom I. p. 844; — ROMBERG De verme in hepate. Miscell. Acad. natur. curios. Dec. III. ann. IX. et X p. 69; — BOND *and* HOLST *Account of a worm bred in the Liver. Medical observations by a society of Physicians in London. Vol. I.* d. 67. 75; — MEIBOMIUS de abscessuum internorum natura et constitutione. Dresdae et Lipsiae 1718. p. 71; — RUYSCH Observat. 64; — ROEDERER de morbo mucoso. p. 191; — P. KONING ex *Verhandlungen der Amsterdamer Aerzte. B.* 1. 1827; in GERSON *und* JULIUS *Magazin der ausländischen Literatur der gesammten Heilkunde. B.* 16. 1828. p. 307; — Ipse vidi hepar duobus in locis a vermibus perforatum. Praeparatum continetur in museo pathologico J. R. universitatis Ticinensis sub numero 360.

12) FABR. HILDANUS Observat. Cent. I. obs. 60; — G. J. BEUTH *Etwas vom Fieber. Leipz.* 1771. p. 106; — GREDING *Sämmtliche medicinische Schriften. Greiz* 1790.

13) „Quatuor teretes vermes in ipso *portae* trunco a se inventos memorat SPIEGELIUS: sed introitus, eisdem a SPIGELIO elfictus, scilicet per venarum mesaraicarum orificia, et aliae insuper circumstantiae non minus graves, *polyposa* potius ibidem inchoata et ampliata, hujuscemodi corpora evincunt, quam insecta, et vere viventia, ex intestinis prorepta." BIANCHI Histor. hepatic. T. I. Pars II. Cap. XI. p. 193.

14) BROWN'S *Morbid cases. Transactions of the medico-chirurgical society of Edinburgh. Vol. I.* 1824. *No.* 23. (Sexdecim vermes in ramis venae portae); et GERSON *Magazin* cit. B. 10. 1825. p. 356.

15) BIANCHI l. c. p. 192.

conquesti sint; nihilominus nullum eorum vermium illo in viscere cadavera nobis obtulerunt exemplum. Verisimiliter *cysticercus* pro taenia aut bothryocephalo imposuit [16]). Maxime vero adtentione nostra dignum est *distoma* [17]) *hepaticum* [18]), quod, nisi in jecinore humano [19]), ut in hepatibus ovium, bovium, caprarum, suum, equorum, leporum etc. obvenit, saltem in hominum cystide fellea occurrit [20]) et probe a medico cognosci debet [21]). Porro, quum *cysticercus cellulosae*

16) „*Bisweilen ist der Cysticercus so platt gedrückt und die Runzlen sind so regelmässig in einander geschoben, dass man ihn für wirklich gegliedert halten sollte, wenn nicht selbst manchmal mitten in diesen scheinbaren Gliedern Stellen vorkämen, die ganz blasigt aufgetrieben sind; welche aber auch beweisen, dass die Blase und der Körper aus ein und derselben Haut gebildet sind.*" Bremser *über lebende Würmer im lebenden Menschen. Wien* 1819. p. 239.

17) A *δις*, bis, *στομα*, os.

18) Rudolphi Entozoorum sive vermium intestinalium historia naturalis. Amstelodami 1808—1810. Vol. II. p. 352; — Bremser Op. c. p. 229. Tab. IV. Figur. 11—14 et Icones helminthum. Viennae 1824. Tab. IX. X. Delle Chiaje *Compendio di Elmintologia umana. Napoli* 1833. *Tab. II. Fig.* 12. Synonyma: *Fascia humana* (Gmelin, Caroli Linnaei Systema naturae. Lips. 1790. p. 3085. No. 2; — Brera *Memorie fisico-mediche sopra i principali vermi del corpo umano. Crema* 1811. *Tab.* 1. *Fig.* 22. 23.). *Planaria latiuscula* (Gœze *Versuch einer Naturgeschichte der Eingeweidwürmer thierischer Körper. Blankenburg* 1782.). *Fasciola hepatica* (Joerdens *Entomologie und Helminthologie des menschlichen Körpers. Hof* 1802. p. 64. *Tafel* 7. *Fig.* 13. 14. Gallis *La douve du foie* (Cuvier *Le règne animal distribué d'après son organisation. Paris* 1812. *T.* 4. p. 41); Italis *Biscinolo*; Hispanis *Caracolillos*; Germanis *Der Leberegel, der Leberwurm*; Anglis *The Liverfluke*; Batavis *Leverworm*; Danis *Faareflynder*; Suecis *Levermask*.

19) Admittit Brera; dubitat Bremser *über lebende Würmer*. p. 231.

20) Malpighi Opp. posth. Amstel. 1698. Tab. X; — Bidloo Vid. Clerici Historia naturalis et medica latorum lumbricorum in homine et alis animalibus nascentium. Genev. 1715; — Wepfer Ephemer. Acad. natur. curios.

21) „*Distomatum hepaticorum* in vesica fellea hominis inventorum longitudo est 1—4 linearum et latitudo ½—1 lineae. Sunt lanceolati utraque extrema parte quidpiam ob-

sae [22]) in tela cellulosa musculorum, in cerebro, pulmonibus et intestinis hominum detegatur; ab eorum hepate quoque haud alienus esse posset eiusdem generis species, *cysticercus fascicularis* [23]) seu *fina hepatica* [24]), hucusque dumtaxat in murium jecinore inventus. Respectus quoque habendus est alterius speciei entozoorum cysticorum, videlicet *echinococci* [25]), utpote

tusi. Porus anticus plerumque oblique interne prospicit. Collum est subconicum, ex albo flavescens. Porus ventralis quidpiam prominet; sed directio non semper eadem. Inferius animadvertuntur maculae albidae obscurae; tunc sequitur convolutum flavescentium aut brunescentium vasorum, quae verosimiliter ovaria sunt. Vasa utroque latere decurrentia tubum alimentarium formare videntur." Duce Bremser, in Layeri egregia dissertatione sistente Historiam Entozoorum corporis humani. Pragae 1831. p. 48; Cfr. Slawikowski *Abhandlung über die Würmer im Menschen. Wien* 1819. p. 69.

22) Gmelin l. c. p. 3059; — Joerdens l. c. p. 57. Tab. V. Fig. 12—16; — Brera l. c. p. 130. Tab. III. Fig. 5; — Rudolphi l. c. p. 226; — Bremser l. c. p. 237. Tab. IV. Fig. 18—26. Germanice: *Die Finne, der Blasenschwanz.* „Hic vermis est in capsula, quae, juxta Bremser, magis organo quam vermi appertinet, quo sedem suam figit; nam vasa insuper decurrunt, et capsula solum laceratione fibrarum, quibus est adnexa, ab organo separari potest. Capsula aperta apparet vermis libere in illa jacens. Interna facie est capsula penitus glabra et paululum humoris continet. Dum vermis ex capsula provenit, plerumque caput et collum, imo ipsum corpus in vesicam revolutum habet. Sedes harum partium dignoscitur ex loco albo, opaco, duriusculo. Sub pressione inter digitos corpus, caput et collum protrudi possunt. In verme protruso facile cernitur caput tetragonum, collum brevissimum, corpus annulatum, et improprie sic dicta cauda vesicalis transparens; nam nihil aliud est, nisi in vesicam extensa continuatio corporis corrugati." Layer l. c. p. 56.

23) Bremser *über lebende Würmer* p. 238. Icones Tab. XVII. Fig. 3—9.

24) Brera l. c. Ordo II. Fischiosonii (*Vermi vescicolari*). Gen. III. Capsolari. Spec. Fina epatica.

25) Bremser *Lebende Würmer* p. 241; — Brera *Memoria* p. 149. *Fischioma policefalo.* p. 164. *Tab. III. Fig.* 1—3. *Fina idatoide.* Acephalocystis Lænnec. (*Memoire sur les vers vésiculaires et principalement sur ceux qui se trouvent dans le corps humain. Lû à la séance du 26 pluviose. An XII.* 1804.) Germ. *Hülsenwurm.*

pote qui non solum in hepate animalium (*Echinococcus veterinorum* [26])), sed etiam in illo hominum (*Echinococcus humanus* [27])) hospitatur [28]). Tam *cysticercus*, quam *echinococcus* probe distingui debent a *hydatidibus* vita expertibus et ad hydropem saccatum pertinentibus, de quibus alibi [29]). Hydatides, liberae in capsulis propriis inclusae, sine nexu cum capsula aut viscere, pro *vermibus* habentur [30]); dummodo microscopii ope characteres exhibent, tam ordinis entozoorum cysticorum [31]), quam generis cysticerci [32]) et echinococci [33]), illosque specierum homini addictarum [34]).

Dolen-

26) Bremser Icones. Tab. XVIII. Fig. 3—13.
27) Bremser *Lebende Würmer.* Tab. 4. Fig. 27—32; — Delle Chiaje l. c. Tab. V. Fig. 4. 5.
28) Bonet Sepulchr. Lib. III. Sect XXXI. obs. 21. §. 6. 7; — Felix Plater Observat. Lib. III. p. 617; — Haen Ratio medendi. T. VII. p 125, — Ruysch Thesaurus. T. 1. No. XII; — Tyon Lumbricus hydropicus, or *an Essay to prove that hydatides often met with in morbid animal bodies, are a species of worms*, or *imperfect animal. Philosophical Transactions. Vol. XVII. No.* 195; — Ludersen Diss. de hydatidibus. Götting. 1808; — Clémont *La Lancette Française.* 20 *mars.* 1832.
29) Cap. VI. §. XXX. 2.
30) Bremser *Lebende Würmer.* p. 244. („*Ich glaube mich berechtiget, alle jene Hydatiden, welche, nach der obigen Bestimmung, frei in eigenen Capseln eingeschlossen liegen, ohne Verbindung mit der Capsel oder dem Organe, worin sie sitzen, für wirkliche Würmer zu halten.*") Cruveilhier *Anatom. patholog. Livraison* 35. *Pl. I.*
31) *Entozoocystica s. vermes vesiculares:* „Corpore in vesicam caudalem desinente, vel vesicae adhaerente." Slawikowski l. c.
32) *Cysticercus:* „Vesica externa membranacea, simplex fere semper vermem solitarium fovens, undique liberum, cuius corpus elongatum, depressum, rugosissimum, basi in vesicam caudalem aqua refertam ampliatum, caput osculis quatuor suctoriis." Idem, ibid.
33) *Echinococcus:* „Vesica externa humore repleta, simplex vel duplex, continens vermiculos minimos, arenulam referentes, membranae internae superficiei adhaerentes, quorum corpus subglobosum, laeve, caput osculis suctoriis quatuor." Idem, ibid.
34) *Cysticercus cellulosae:* „Capite tetragono, rostrello terete uncinato brevissimo, corpore cylindrico longiore, vesica cau-

Dolendum characteres eiusmodi, ubi vermes jam diu mortui sunt, evanescere [35]).

§. X.

Diagnosis. Prognosis.

1. Distinguenda est *hepatalgia* a hypochondrii Distinctio. dextri doloribus: 1. *ex affectione rheumatica musculorum abdominis annexique peritonaei* [1]) (quod non arduum, quum in illa affectioue motus trunci impeditus sit, abdomen adtactum semper respuat, saepeque tumorem exhibeat [2])); — 2. *ex morbis intestinorum,* praecipue coeci, coli ascendentis et duodeni [3]) (quod jam difficilius, nisi symptomata passionibus tubi alimentarii propria [4]) in mentem revocentur); et 3. ex *ventriculo atque plexu coeliaco* (quod arduum, ut dictum est [5])). Hepatalgiae definitio per se excludit jecinoris dolores qui sistunt symptoma hepatici systematis infarctus, calculi, inflammationis, eiusdemque exituum, et carcinomatis. Itaque, si audita morbi historia, peracto aegri examine, et absoluta praesertim abdominis juxta

dali eliptica transversa." — *Echinococcus humanus*: „Corpus flavescens mox rotundum, mox pyriforme, uncinulorum capitis continui corona simplex, osculorum vestigia obscura." Idem, ibid.

35) „Hydatis morbo implicatur et enecatur; quaecum dein fiunt mutationes supra inductae (uncini decidunt, et haec tam varie formata corpuscula tractu temporis parvos et glabros globulos sistunt) usque dum in massam duram, calcaream permutantur." Layer Diss. cit. p. 58.

1) *Hepatalgia intercus* Bartholini et Sauvagesii l. c. Species 4.

2) Praeceptorum etc. P. I. Vol. III. Sect. II. cap. XXX. §. CVII. 4.

3) *Hepatalgia aeruginosa, colica spasmodica angelimontanorum* Scheuchzeri (Iter alpinum T. 1. p. 12.) et Sauvagesii l. c. spec. 5.

4) Praeceptorum etc. P. III. Vol. II. Sect. 1.

5) Praeceptorum etc. P. III. Vol. I. Sect. II. cap. XIX. §. LXX. 8.

juxta artis leges exploratione [6]), de dictorum morborum absentia persuasi simus, *hepatalgiam* proclamare licebit: quo facto restat ut *indoles* eius determinetur.

H. traumatica.

2. *Hepatalgia* nobis est *traumatica*, ubi violentiae externae segnius egerunt, quam ad hepatitidem excitandam requiritur.

H. inflammatoria.

3. *Inflammatoriam* appellamus *hepatalgiam*, quam veteres ex *jecoris temperie calida* repetebant, quaeque plethorae, seu congestionis (praesertim in vena porta) indiciis comitatur. Hepatalgia eiusmodi, haemorrhoidibus et amenorrhoea mulctatis, gravidisque familiaris, ac

6) Ibid. cap. XII. §. XXXVIII. — Praecepta hic de exploratione abdominis in genere tradita, quoad hepar, inculcata sunt a BIANCHI Op. c. T. I. p. 324, 326—327; — PORTAL Op. cit. p. 19. 21. 22. 39. 45. 46. 53; *Mémoire sur quelques maladies du foie, qu'on attribue à d'autres organes, et sur les maladies dont on fixe ordinairement le siège dans le foie, quoi qu'il n'y soit pas. Mémoires de l'Acad. de Paris A.* 1777. *Hist.* p. 14. *Mém.* p. 601; *Observations sur la nature et le traitement des maladies du foie. Partie* 2. *De l'état du foie dans diverses maladies dont on croit souvent le siège dans d'autres organes*; — J. P. FRANK Epitome de cur. homin. morbis. Lib. VI. P. II. p. 256; — WALLACE *Researches respecting the medical power of chlorine particularly in diseases of the Liver. Lond.* 1822. p. 148; — STOKES l. c. (Clysterem explorationi abdominis praemittendum esse docet) etc. Cfr. *Samml. auserl. Abhandl. für praktische Aerzte. B.* 19. p. 625; *Encyclopädisches Wörterbuch der medic. Wissenschaften. B.* 21. p. 238. et, si antiquiores adire placeat: J. C. ACKERMANN Praesag. medic. ex praecordiis. Götting. 1752, ac CAS. CHR. SCHMIEDEL Diss. de praecordiis. Erlang. 1753. — Quod respectu ad explorationem abdominis in genere de *stethoscopio* et *plerimetro* dictum est, valet etiam relate ad illam hepatis in specie. Displicet, cl. PUCHELT (P. III. Vol. II. Sect. 1. Cap. I. §. 111. 2 Nota) aliter judicasse. Nullius mihi sunt momenti tractatus J. B. KYLL *über das Lederknarren, Neuledergeräusch* (*bruit de cuir neuf* Gallorum, *Leather* Anglorum) *als diagnostisches Zeichen bei Abdominalleiden.* CASPER *Wochenschrift für die gesammte Medicin.* 1838. No. 45. et similia (*Bruit de bêlement* in *Gazette médicale. Février* 1839): commendarem immo libellum: *Das Geräusch in der Medicin. Crefeld* 1840, si dicendi genus jocosum, quo conscriptum est, indoli seriae rerum medicarum quadraret.

ac regionibus calidis maxime addicta, stipari solet dolore hypochondrii dextri et aliquando sinistri, profundo, constante, obtuso, adtactum non multum respuente, una cum alvo tarda, urina ignea, pulsu lento, pleno, quandoque irregulari.

4. *Hepatalgiam* admittimus *rheumaticam*, si pedisequa sit transpirationi suppressae, si dolor a compressione, situ corporis erecto, profunda inspiratione, tussi, sternutatione augeatur, si artuum cruciatus praecesserint, sique alvus solito laxior. Ad *hepatalgiam arthriticam* concludere licet, dum symptomata, dictis similia, in homines anomaliis podagricis obnoxiis, tempore praesertim aequinoctiorum, evolvuntur. Tales hepatalgias extemplo cessasse observamimus, adparente ad extremitatem inferiorem (plerumque dextram) podagra. Ubi hepatalgia cum fugato quodam cutis malo, nexum exhibet, symptomatibus inflammatoriis, aliisque, quibus stipari posset, epitheton *metastaticae* addere liceret. H. rheum., arthr., metast.

5. *Hepatalgia* soboles diuturnorum animi pathematum, vitae sedentariae, victus pravae conditionis, atmosphaerae calidae humidaeque; quaeque a bile, nimia copia secreta ac in canalibus biliferis vesiculaque fellea stagnante ortum trahit [7]), communi medicorum consensu *biliosa* dicitur. Ingruit moerore, irascibilitate, amarore oris, halitu olente, alvo tarda, faeci- H. biliosa.

7) „*Plusieurs écrivains, et notamment* Morgagni, Van-Swieten, Lieutaud, Retz etc. *ont parlé de la pléthore bilieuse du foie, et ont dit, qu'elle était très-fréquente; cependant elle a été rarement constatée par l'ouverture du corps* (?); *mais cette raison n'infirme pas leur opinion, attendu que les vaisseaux biliaires peuvent être évacués avant la mort, de la bile qu'ils contenaient, comme* Morgagni *l'a très-savamment remarqué.*" Portal. Op. cit. p. 571. Cfr. Cap. IV. §. XIV. 4.

faecibusque male elaboratis. Sequuntur dolores ex hypochondrio dextro ad epigastrium, per insultus ascendentes, tolerabiles, accedente interdum, non sine levamine, vomitu. Hic morbus a *colica biliosa* [8]) differt, quod hac vigente bilis, copia aut qualitate peccans, jam ad duodenum et ventriculum pervenit, hisque in visceribus dolores, raro continuos, excitat.

H. nervosa. 6. *Hepatalgia* in hystericis et hypochondriacis aliisque systemate nervoso praeter modum sensili instructis, sine obvia materiali caussa, plerumque ex summis animi perturbationibus, orta, *nervea,* sive *neuralgia hepatica,* dicenda. Enim vero „hepar spasmodico dolore affici, ut caeterae omnes hominis partes potest; cum ipsis non desint insignes nervorum distributiones, plexus atque fasciculi [9])." Ac re quidem vera, perpendendo plexus hepatici, cum plexu coeliaco et plexibus mesaraicis nexum, incomprehensibile est, neuralgiam hepaticam, in praecipuis de morbis hepatis monographiis

8) Praeceptorum P. III. Vol. II. Sect. I. Cap. IX. §. XLV. 8.

9) Bianchi Op. c. T. 1. P. III. p. 436; — Andral l. c. p. 26. („*On observe quelque fois dans la région hépatique des douleurs extrèmement vives, qui ne peuvent être expliquées après la mort par aucune lésion du foie ou des canaux excréteurs. C'est le cas de certaines coliques hépatiques. Cette seule circonstance, et, de plus, le caractère de ces douleurs, leur intermittence, le bon état de santé qui existe souvent dans leurs intervalles, nous portent à croire que ces douleurs ont spécialement leur siège dans les nombreux filets nerveux qui se distribuent au foie, et qui proviennent soit du pneumonogastrique, soit surtout du grand sympathique. On a d'ailleurs la preuve que ces douleurs appartiennent au foie, par ce qu'elles sont souvent accompagnées d'un ictère qui se dissipe avec elles, ou qui peut leur survivre pendant un temps plus ou moins long. Qu'y a-t-il d'étonnant que dans ces cas l'affection des nerfs modifie la sécrétion biliaire? L'influence nerveuse ne modifie-t-elle pas d'une manière évidente bien d'autres sécrétions, comme celle des larmes, de la salive, de l'urine etc.? Le tic douloureux n'est il pas accompagné d'un vice de sécrétion des glandes buccales?*")

phiis [10]), inque nonnullis nosologiis [11]), omissam fuisse. Illam hìc instituendo, absit ut in SYDENHAMI errorem incidamus, utpote qui ab affectu hysterico nervorumque joco hepatalgias derivavit, evidenter calculis organorum biliariorum adscribendas, quod summi momenti argumentum, plurimis praesentis libri in locis prosecuturi sumus [12]). En interea genuinae neuralgiae nervosae symptomata: homines, praesertim feminae, morbis systematis hepatici vix aut ne vix quidem obnoxii, praeviis, ut diximus, animi pathematibus, inopinate, a cruciatibus maximis acerrimisque ad hypochondrium dextrum et epigastrium, corripiuntur; qui cruciatus, nisi frequenter remoram concederent, sustineri plane non possent. Iis vigentibus aeger facie pallida, aliquando icterica, extremitatibus frigidis, pulsu parvo, contracto decumbit, haud raro singultum, pectoris angustiam et vomitum experitur, urinamque emittit aqueam. Regiones dolentes, interdum tumorem fugacem ac pulsationem exhibent, ac ut plurimum compressionem tolerant. Paroxysmus, elapso nychthemero, flatuum plerumque eructatione terminari solet, qui flatus olim pro morbi caussa habebantur. SENNERTUS saltem peculiare caput de

10) THOMAS in notis ad opus citatum SAUNDERS (p. 270) monet: „*Le docteur* SAUNDERS *s'est occupé d'une manière si distinguée d'un grand nombre des maladies du foie, que l'oubli dans lequel it a laissé quelques-unes, ne peut qu'exciter nos regrèts. It eut rendu sans doute de plus grands services encore, s'il eût traité de toutes les affections hépatiques dont l'existence est bien reconnue. Parmi celles dont il a negligé de parler, on peut ranger les affections de ce viscère qui sont d'une nature spasmodique ou nerveuse.*“ Nec istam morborum hepatis partem satis illustravit PORTAL, etsi multum de jecinoris doloribus et de colica hepatica locutus sit. (Op. c. Cap. 1 et 4.)

11) e. c. SAUVAGES, SWEDIAUER.

12) Cap. V. §. XXV. 6. Cap. IX. §. LVII. 6.

de inflatione hepatis litteris mandavit [13]). — Quamvis *spiritum flatulentum* antiquorum non omnino excludimus [14]), attamen solidam firmamque hepatis structuram, emphysemati obstare putamus [15]); credimusque flatus in intestino colon ascendente collecti hypochondrium dextrum adtollentes pro hepatis affectu flatulento imposuisse. Cystidis autem felleae emphysema nullo subjicitur dubio [16]).

H. verminosa. 7. Si jecoris dolor ad enarratas eius species referri nequiret, aegri aetas et habitus vermibus faverent, cruciatus noctu imprimis et circa novam lunam ingruerent, *hepatalgiae verminosae* suspicionem alere liceret.

8. Quem-

13) Pract. med. Lib. III. P. VI. Sect. 1. („Inflatio est cum sub tunica crassus flatus concluditur, qui hepar inflat et dolorem in eo excitat... Cognoscitur hoc malum ex tumore dextri hypochondrii, qui est sine gravitate sed cum magno dolore, qui tamen non est continuus, sed nunc intenditur nunc remittit; et, si locus digitis prematur, tumor cedit: nullum tamen murmur percipitur, nec latentis vomicae suspicionem praebet. Corporis et faciei color, ut in aliis hepatis tumoribus non mutatur. Urina, si febris absit, quod plerumque fit, est alba et spissa.")

14) Praeceptornm P. II. Vol. I. Sect. II. Fascic. A. Cap. XIV. §. LXXII. 20.

15) Aliter quidem Hippocrates sentit ubi (Libr. de prisca medicina) ait: „quae vero flatus, eorumque convulsiones in corpore efficiunt, ea in cavitatibus ac laxioribus spatiis, veluti ventre et thorace, strepitum et sonum excitare aequum est... quodsi in latum et renitens incurrat, eique aliquid resistat, quod natura neque sit adeo robustum, ut vim eius sustinere, neque ab eo male affici queat; neque ita molle et rarum, ut in se recipiat et cedat, sed tenerum floridum sanguine praeditum, et densum *veluti hepar*, ob densitatem quidem et latitudinem renititur, neque cedit, flatus autem subiens increscit, robustior efficitur, et impetu in id, quod obluctatur, fertur." Et Louis (*Recherches anatomico-phisiologiques sur la phthisie* p. 143.) de hepatis emphysemate testatur.

16) Morgagni Op. c. Epist. XXX. 4. („Bilis vesicula etsi inanis erat, turgida tamen, aëre videlicet, conspiciebatur"). Wiedemann in Hufeland's *Journal der prakt. Heilk.* B. 3. p. 383.

8. Quemadmodum a hepatalgia traumatica, inflammatoria, rheumatica, arthritica et mestastatica nonnisi gressus est ad hepatitidem; ita a hepatalgia biliosa et nervea ad calculum biliarem vitiaque affinia. Sequitur inde, hepatalgias ut beneficium, quo imminentes graves morbi annuntiantur, considerandas esse. Infortunio saltem casus, haud raros, adscribimus, ubi hepatis inflammatio, abscessus, calculus etc. absque dolore ingruunt, ideoque facile praetervidentur. Altera ex parte hepatalgia eum attingere potest gradum, ut vita periclitetur. Febris illi, sine notis inflammatoriis superveniens, saepe salutaris [17]). H. prognosis.

§. XI.

C u r a.

1. In hepatalgia a lenta hypochondrii dextri pressione, haec evitanda, scriptionem et labores femineos stante corpore absolvendo, strophia reiiciendo, et in latere sinistro somnum capiendo. Juvant praeterea deambulatio; equitatio, choreae, itinera, balnea tepida lenesque regionis hepaticae frictiones. Hepatalgia a lapsu aut contusione ortum ducente, sine temporis jactura, methodus adversus hepatitidem traumaticam commendanda, in usum ducenda foret. C. h. traumaticae.

2. Nisi ad fugandam *hepatalgiam inflammatoriam*, sobrietas, abstinentia a liquoribus fermentatis, cofea et thea (substituendo potum aquae frigidae aut purae aut cum succo citri, aurantiorum, ribesiorum etc.) sufficiant; *decoctum tamarindorum* mane, et parvae cre- C. h. inflammatoriae.

17) „Quicunque hepar circum dolent, his febris superveniens solvit dolorem." HIPPOCRATES. Aph. LIV. Sect. VII.

cremoris tartari et *nitri* doses vespere, praescribendae sunt, imperato simul, praecipue in obesis [1]), *moderato* corporis exercitio [2]). Persistente nihilominus malo cum plethorae indiciis, *vena* in manu [3]) aut pede lateris dextri *secanda*. Quo facto, vel in leviori malo omisso, ad *hirudines* deveniendum. Si dolor convexam hepatis superficiem, in homine non ventrioso, detineat, illarum plurimae hypochondrio dextro admoveri possunt. Quodsi autem ipsa jecinoris substantia, bilis receptacula, aut vena portae doloris sedem constituerent, hirudinum minor circa anum ponendus numerus. Primo in casu, in hominibus non admodum delicatis, *cucurbitulas scarificantes* hirudinibus anteponimus: in altero simul alvi libertati ope *eccoproticorum* et *clysterum* studendum. *Enemata ex aqua frigida* [4]) magnum quidem levamen afferre solent, ast, majorem sanguinis copiam ad caput determinando, periculosa sunt. Securius itaque *clysteres emollientes*, aut *antiphlogistici* [5]) adhibentur.

C. h. rheumat, arth., metast.

3. *Hepatalgiae rheumaticae* obnoxii, totum abdomen panno laneo aut sericio custodiant, feminaeque braccas non negligant. Praesens malum ab *emplastro* hypochondrium dextrum fovente, cutim vellicante,

1) Multum iis nocet vehementior solito morbus, quo urina mox sebum et oleum exhibet.

2) „Vitandus omnis labor, omnis vehemens motus." Celsus de medic. Libr. IV. cap. VIII.

3) Sectionem venae brachii pro morbis gravioribus servando, illam manus, ut magis commodam, minusque periculosam, in hepatalgia aliisque minoris momenti malis antepono. Medici Neapolitani a temporibus immemorabilibus hanc methodum sequuntur, eorumque phlebotomi (*Salassatori*) mirabili dexteritate et ultimam hanc perficiunt operationem.

4) Quelmalz de clysmatibus frigidis programma. Lipsiae 1757.

5) Nicolai De virtute et usu clysmatum ex aceto. Jenae 1783.

cante, nervorumque sensum obtundente, lenitur [6]). Ubi agitur de *hepatalgia arthritica* aut *metastatica*, *vesicatorium* loco dolenti imponendum, eiusque diuturna suppuratio molienda. Conducunt etiam *pediluvia acria*, si placet acida [7]). Usui interno, juxta morbi gradum inserviunt, *infusum florum tiliae* aut *sambuci* hora somni aut summo mane, ut in lecto decumbente aegro, lenis obtineatur transpiratio, epotum; *sulphur* [8]), *antimonium* [9]), *extractum aconiti* [10]), aliaque huius generis [11]).

4. Quoniam cura *hepatalgiae biliosae*, cum illa infarctus et calculorum biliariorum conveniat, illa ex therapia eiusmodi morborum deducenda. C. h. biliosae.

5. Sub paroxysmo *neuralgiae hepaticae*, praemissis clysteribus emollientibus, hypochondrium dextrum, quid quod universum abdomen, „mollibus manibus" perfricandum [12]) et rebus emollientibus, aromaticis et nar- C. h. nervosae sub paroxysm.

6) e. c. *Emplastrum diaphoreticum* MYNSICHTII, *E. Saponatum* BARBETTI, *E.* SCHIFFENHAUSII. Praescribere soleo: R. Emplastri diachyli cum gummatibus unciam. Extendatur super alutam hypochondrio dextro respondentem; adspergatur pulvere opii et camphora rasa ââ scrupulum. Applicetur loco dolenti maneatque donec sponte decidat.
7) Cap. IV. §. XVIII. 8.
8) „*Je prescrivais l'usage des pastilles de soufre bien lavé d'un demi gros à un gros par jour.*" PORTAL op.c. p. 326.
9) e. c. Sulphuris aurati antimonii granum unum. Sacchari grana quinque. Fiat pulvis. Capiat talem bis terve de die.
10) R. Extracti aconiti napelli drachmam unam. Vini antimoniati Huxhami unciam. Misce. Agitato prius vase, cap. ter de die guttas quindecim.
11) P. IV. Vol. I. Sect. I. Cap. De arthritide.
12) HIPPOCRATES Lib. de articulis. Sect. VI. tales ad humerum commendat. GALENUS (Lib. II. De tuenda valetudine) frictiones commendat „ex manuum iniectu circumactuque non superne modo deorsum, aut inferne sursum, sed etiam in subrectum, tum in obliquum, tum in transversum, quod recto est contrarium." Cfr. QUELMALZ Programm. de frictione abdominis, Lips. 1749. in HALLERI Disputat. ad morborum histor. et curation. facient. T. VII. P. I. No. CCXLIV.

narcoticis illiniendum, quales sunt *unguentum althaeae cum camphora*, *oleum expressum macis liquefactum*, *balsamus opodeldoc*, *linimentum volatile*, *oleum coctum hyoscyami* et similia. Quodsi loci affecti dolor frictionem non admitteret, atque fotus tepidus emolliens ex *mica panis albi*, *lacte et croco*, aut ex farina *seminum lini* non juvaret; ad *balneum tepidum* aut saltem ad *pediluvia**) confugiendum; et si opus, ad *emplastrum anodynum* [13]) loco dolenti admotum. Porro *enemata* emollientia cum *anodynis* [14]) commutanda. Usui interno plerumque sufficiunt *infusum florum chamomillae*, aut *herbae melissae*, calide haustum; et ubi calida aegrotis disciplicent, *emulsiones* tam simplices, quam cum *oleo amygdalarum dulcium* paratum. Hoc quoque oleum et per se cochleatim exhiberi potest. Nonnullis *liquor anodynus mineralis* HOFFMANNI, aut *tinctura castorei* conducit. Ubi vero dolores acerrimi sunt, mox ad *opium* confugiendum, idque forma in *clystere* [15]), et, nisi satisfaceret, in *substantia* [16]), aut sub forma *laudani liquidi* SYDENHAMI

*) Quantum *pediluvia* in spasmis abdominalibus juvent, elucet ex Actis Edinburghensibus T. III. obs. 27. T. V. act. 77 et ex STRÜMPLERI Diss. De spasmo externorum ratione ad viscera, indeque oriunda morborum complicatione. Halae 1762.

13) STOKES (l. c.) sequens commendat: R. Extracti belladonnae drachmas sex (!!); gummi ammoniaci (verosimiliter mucilagine aut vitello ovi subacti ?), emplastri saponati aa. drachmas duas. M. f. emplastrum super alutam extensum, marginibusque emplastro adhaesivo circumdatis hypochondrio dolenti applicandum. Non mirarer si diuturna eiusmodi emplastri applicatio, ob enormem belladonnae dosin, visui infensa evaderet.

14) R. Asae foetidae vitello ovorum subactae drachmam. Infusi florum chamomillae libram. M. D. S. pro duobus clysteribus.

15) Infusi chamomillae uncias sex. Laudani liquidi Sydenhami guttas viginti. M. D.

16) R. Opii puri granum. Mucilaginis gummi arabici unciam

HAMI[17]), *theriacae Venetae* vel *Neapolitanae*[18]), aut *acetatis morphicae*[19]). Sunt, qui latente complicatione biliosa, ne ab opio alvina impediatur evacuatio, illius loco *lactucarium* usurpent[20]). Quo primum febrilia ingruunt symptomata, res naturae committenda, aut saltem a pharmacis irritantibus et narcoticis abstinendum.

6. Tempore libero ad paroxysmi reditum impediendum, *remediis martialibus* locus est. *Carbonati ferri*[21]), neuralgiarum apud hodiernos specifico, *aquas minerales salino-martiales*[22]), quatenus complicationi biliosae, consueto spasmorum hepatis effectu, accomodatas, anteponimus. Supplerent, neglecti nimis, flores *salis ammoniaci martiales*[23]). *Mercurio* dumtaxat sub forma *Cinnabaris*[24]) locus foret*). C. h. nerv. temp. libero.

7. *He-*

semis. Syrupi althaeae unciam. Misc. affunde aquae fontanae uncias tres. M. Cap. agitato vase omni dimidia hora unciam.

17) Guttas decem in cochleare infusi florum chamomillae, aut aquae.

18) Venditionis privilegium, huius egregii pharmaci, Reali Instituto ad promovendas scientias naturales etc. quod Neapoli floret, concessum est.

19) Granum dimidium in sex unciis emulsionis saccharatae. Cap. omni dimidia hora unciam semis.

20) DURAND *Histoire de la Société de médecine. T.* 2. *Années* 1777 et 1778 p. 297. et *Samml. ausserlesener Abhandlungen für pract. Aerzte.* B. 6. St. 1. p. 191. (ad grana quindecim pro dosi).

21) Ter de die ad grana octo et ultra.

22) In *Germania* Kissingen, et Marienbad; in *Helvetia* S. Bernadino; in *Italia* Reccoaro; in *Gallia* Vichy etc.

23) SYNON. Ammonium muriaticum ferratum, ferrum ammoniacale; ad drachmam, cum uncia extracti taraxaci, ut fiant l. a. pilulae granorum trium pulvere radicis ireos florentinae adspergendae, quarum mane et vespere octo sumendae.

24) R. Cinnabaris factitiae scrupulum. Cremoris tartari, magnesiae unciam semis. M. f. pulvis. cap. ad vesperas drachmam semis.

*) In *Memoria sull' uso e sull' abuso del mercurio nel trattamento delle malattie del sistema*

C. h. verminosae.

7. *Hepatalgiam ab ascaride lumbricoide* excitatam, saepius consuetis anthelminticis, praesertim *pulveribus ex calomel, semine santonico et radice jalappae* [25]), aut *oleo ricini* debellavimus. Quomodo *distoma hepaticum*, *cysticercus fascicularis*, et *echinococcus humanus*, necandi aut elimandi sint, ignoramus. Si aegroti conditio non obstaret, *oleum essentiale terebinthinae*, modo, alibi exponendo [26]), tentari posset. Caeterum eo magis a tentaminibus heroicis abstinendum, quum vermium eiusmodi praesentia, vix unquam certa sit. Quamobrem, donec ipsa clarior evadat, aegrotorum dolores narcoticorum ope leniendos, ac vires victu nutriente, vino et martialibus sustinendas esse, credimus, non omissis *balneis sulphu-*

epatico, quam anno 1842 coram S. R. Instituto scientiarum, literarum et artium Longobardo legi, dixi: „*Il mercurio essendosi meritato grande confidenza nella cura delle neuralgie, suole pure largamente adoperarsi in quelle del fegato. Ma qui conviene osservare, che quantunque il sistema nervoso di questo viscere, cospicuo per se, e tanto importante per la sua stretta aleanza col plesso celiaco, possa al pari degli altri nervi essere la sede primaria del dolore; pure le osservazioni di* Coe, *di* Hebberden *e la gionaliera esperienza ci insegnano dipendere la massima parte delle epatalgie de' calcoli biliari esistenti ora nel fegato, ora nella vescichetta del fiele ed ora nei canali biliferi. Il mercurio essendo inabile di sciogliere codesti calcoli, ne viene in consequenza, che il medico il quale ne fa uso indistintamente nelle epatalgie, rischia di adoperarlo in vano nella più parte de' casi; ed adoperare invano un rimedio così potente, è lo stesso che adoperarlo con danno: si, col pericolo di rendere l'alito fetente, le gingive spongiose, i denti vacillanti, la lingua erosa, gli organi salivali soggette a replicate flussioni, il pancreas male affetto, la digestione lesa, il sistema nervoso indebolito, e tutto il corpo reso così sensibile alle mutazioni atmosferiche, che deve pagare un tributo ad ogni nube che passa.*“

25) Pro puero decem annorum: R. Pulveris calomel. grana quinque; Seminum santonici et radicis jalappae āā grana octo. M. Cap. mane jejuno ventriculo.

26) Cap. V. §. XXVII. 3.

phuricis, et *clysteribus* ex *infuso foliorum nicotianae tabaci*[27]).

CAPUT IV.

De infarctu hepatis partiumque annexarum.

---

§. XII.

Definitio. Scriptores.

1. Tumor hypochondrii a volumine hepatis aucto, renisum normali maiorem digito prementi opponens apyrecticus, nec a praevia inflammatione relictus, nec corporis notabili macie stipatus, oppletioni morbosae vasorum nunc sanguiferorum, nunc lymphaticorum nunc biliariorum originem debens, nobis *infarctus*[1]). Definitio.

2. Plurimi de hoc affectu scripsere[2]), nemo melius PORTALIO[3]). Scriptores.

§. XIII.

27) R. Foliorum siccorum Tabaci drachmam unam. Infunde c. s. q. aquae fervidae per quartam horae partem, colatura Librae unius d. pro duobus clysteribus.

1) SYNONYMA. Tumor hepatis simplex SENNERTI; — obstructio hepatis BOERHAAVII; — simplex hepatis obstructio BIANCHII; — hepatalgia infarctus SAUVAGESII (nosol. method. Cl. I. Genus XXIII. spec. 3.); — emphraxis hepatis SWEDIAUERI (nov. nosol. meth. syst. Cl. IV. Spec. 1.); ITALIC. *Ostruzione di fegato*; GALL. *Engorgement du foie, empâtement hypertrophié, obstruction du foie*; GERM. *Leberverstopfung*; POLONICE *Stwardnienie Wątroby*; ROSSICE отвердѣние печени.

2) MICHAEL Diss. de hepatis obstrunctione. Basil. 1583; — SEILER Diss. de jecinoris obstructione. Basil. 1602; — MOLTHER Diss. de obstructione hepatis. Marburg 1612; — CRAMER Diss. de obstructione jecinoris. Argentorat. 1664; — DEUSING Diss. de hepatis intemperie, eiusque atonia. Groening. 1664; — BUCHWALD Diss. quadriga. Hafn. 1740; — HAMBERGER et WEDEL Dissertationes de hepate obstructo

§. XIII.

Symptomata.

Generatim. 1. Nonnunquam hepatis palpabiles infarctus, sine ullo laesae valetudinis signo [1]), excepta aliquando molesta obesitate, obveniunt. Plerumque tamen ab illo affectu non solum perturbantur functiones viscerum abdominalium, sed et illae partium remotarum.

S. initii. 2. Primum prodire solent levis cardialgia [2]), anorexia [3]), ructus acidi et flatus. Porro gravitas veluti a pondere in epigastrio et hypochondrio dextro percipitur, praesertim post-pastum. Inde alacritatis loco, somnolentia. A somno autem, potissimum diurno, nulla refectio, imo morositas et impotentia ad animi et corporis exercitia [4]). Respiratio interdum veluti a su-

multorum morborum causa. Jenae 1746; — Tettenborn Diss. de obstructione hepatis. Jen. 1793; — Ahrens Diss. de aucta hepatis magnitudine, variorum morborum fonte, cadaverum sectione illustrata. Erford. 1798; — J. F. V. Murat *Revue médicale.* Vol. 6. p. 200; — Fr. Xav. Roth Diss. de obstructione hepatis. Vindobon. 1834.

3) Op. c. p. 44.

1) Plurima exempla illa Stokes addere possem ubi ait (*Lectur.* XVI. p. 363): „*I know the case of a gentleman, in the enjoyment of good health, who has this tumefaction of the Liver to a very great degree.*“

2) „*elle est souvent à peu près semblable à la douleur qu'on ressent quand on commence d'avoir besoin de manger.*“ Portal l. c. p. 45.

3) „*Les malades ont une grande inappétence, du dégout même pour les alimens solides en général, et une aversion des alimens gras, les ragoûts, les sauces grasses ou au beurre.*“ Idem ibid. Cfr. *Observation d'une anorexie, soupçonnée produite par une affection du foie, méconnue pendant la vie, avec ouverture du cadavre. Annales de la Société de médec. pratique de Montpellier.* T. 9. p. 38.

4) „*Soit que le malade marche, soit qu' il monte un escalier, ou qu' il fasse quelque mouvement pour se baisser, se relever, ou pour soulever un fardeau quelque léger qu' il soit.*“ Portal l. c.

suspiriis intercepta [5]); quandoque insolens singultus; saepe sitis [6]). Alvus plerumque mutabilis, nec statui sano consentanea aliquando repentina [7]), mox tarda, dura, nigrescens et quasi combusta; mox coloris cinerei, vel albi. Saepe haemorrhoides [8]). Urina flava, turbida, jumentosa, lateritio sedimento praedita, interdum clara et quandoque non sine molestia emissa. Cutis saepe pruriens et chloasmate, quid quod urticaria defoedata, modo sicca, modo sudore viscido olido irrorata. Facies, praecipue gena dextra, nunc accensa, nunc squalida. Albuginea oculorum, palpebrae, alae narium et labia saepe subflava. Flavedo haec etiam ad collum, ad partem superiorem pectoris et ad volas manuum occurrit. Nec raro icterus universalis observatur.

3. Neque minus pro re nata ostendunt infarctum hepatis, cordis motus abnormes [9]); pulsus inaequalis, ali- Continuato.

5) „*En général, la douleur dans la region épigastrique augmente pendant l'inspiration, ce qui fait quelquefois que le malade lâche, pour l'éviter ou pour la diminuer, de retenir son haleine, et ne fait que de très-petites inspirations.*“ Idem p. 46.

6) „*ordinairement ces malades éprouvent une soif plus ou moins importune, et ils aiment à prendre des légères boissons acidules.*“ Idem, ibid.

7) „*une jeune dame Hollandaise qui éprouva cette maladie (l'obstruction du foie) d'une telle manière, que ses selles coulaient involontairement et subitement partout où elle se trouvait, et lorsqu' elle s'y attendait le moins: elle a été guérie dès que le cours de la bile a été rétabli.*“ Idem p. 49.

8) „*Les hémorrhoides sont une suite fréquente des embarras du foie; elles deviennent quelquefois si considérables, qu' elles ne se bornent pas à la marge de l'anus, mais qu'elles occupent une grande partie de l'intestin rectum, souvent se prolongent elles plus haut dans le colon. Il suffit de connaître la circulation du sang dans la veine porte, et de considérer la situation de cette veine dans le foie, pour comprendre combien doivent être fréquentes les hémorrhoïdes chez ceux qui ont des obstructions dans ce viscère.*“ Idem, ibidem.

9) „*Les mouvemens du coeur seront encore genés, irréguliers, si le péricarde est soulevé par le diaphragme, le volume du*

aliquando intermittens, in carpo sinistro magis explicatus; varices extremitatum inferiorum[10]) (quarum dextra facile oedema exhibet); anxietas; dyspnoea sub ascensu collium et scalarum; tussicula sicca[11]); frequens sternutatio; sapor amarus oris, sub somno sicci; mucus ex albido flavus linguam et palatum obducens; sputamen viscidum difficulter ejiciendum; catarrhus veluti suffocativus[12]); conatus vomendi et ipsum vomitum provocans; dysphagia[13]); tinnitus praecipue auris dextrae, visus obnubilatio, vertigo; hypochondriasis*); irascibilitas; epistaxis[14]); pneumonorrha-

foie étant augmenté, ou seulement le lobe gauche horizontal du foie étant trop tumefié." Idem l. c. p. 42.

10) „*ce qui prouve bien que des pareilles dilatations (des venes) viennent souvent des embarras du foie; c'est que les apéritifs suffisent très-souvent pour les guerir, surtout lorsqu'ils procurent des évacuations bilieuses.*" Idem l. c. p. 43.

11) „*Souvent ceux qui ont quelque embarras au foie éprouvent une toux sèche et fréquente dès qu'ils prennent quelques alimens, ou lorsque la digestion est complètement finie*" Idem l. c. Legi meretur W. Brooke *A well-marked case of Liver-Cough, with some cases and observations tending to shew how frequently the Lungs, and other viscera, sympathise with derangements in the Liver, whether* organic or *functional*; in the *Transactions of the association of Physicians in Ireland. Vol. III.* p. 245 et *Vol. IV.*

12) „Praeter modum hepar suo appulsu multum opprimit diaphragma, unde pulmones similiter in angusto esse videntur, ut si catarrhi copiâ obruantur: proindeque non minus contendunt expedire se, et explicare tussiendo ab illa molestia, quam si materies esset quaedam expectorabilis, cuius expectorato liberatur, et libere aura fruuntur." Duretus in Coac. fol. 334.

13) Adde P. III. Vol. I. Sect. II. Cap. III. §. X. 3. verba Bleulandii: „*Wenn der linke Lappen der Leber sich verhärtet oder durch irgend eine Ursache zu sehr an Grösse zunimmt, so kann durch den Druck dieses Eingeweides das Hinunterschlucken gänzlich verhindert werden.*" Ex Diss. de difficili aut impedita alimentorum depulsione. Lugd. Batav. 1788; in *Samml. auserl. Abhandl. B.* 9. p. 698.

*) Robert Rowe *Practical observations on nervous diseases originating from morbid derangement of the Liver* etc. 4. *edit. London* 1842.

14) Inter obstructionis hepaticae satellitia frequenter animadvertimus *haemorrhagias narium* quod etiam post Volcherum

rhagia [15]); haematemesis [16]); metrorrhagia et fluor albus [17]), diarrhoea; frequentissime vero dolores ad scapulas, dorsum et os sacrum.

4. Explorato, ut decet [18]), stante etiam et sedente aegroto [19]), abdomine, saepe jecinoris invenitur intumescentia [20]), ubi infarctus superficiem eius convexam vel marginem acutum occupat, locus affectus pressionem aegre fert. Aliquando e margine costarum — Finis.

rum

Coiter, alios antiqui stigmatis homines varios, scripsit in praxi sua celeberrima expertissimus Luccas Tozzi, Parthenopeum decus," Bianchi op. c. T. p. 156. Cfr. P. II. Vol. I. Sect. II. Fasc. B. Cap. XVII. §. CXXXVI. 3. et Lombard *Clinique médicale de l'hôpital de Genève.*

15) Observationibus P. II. Vol. II. Sect. I. Cap. IX. allatis adde, quaeso, illas Roberti Law. *Dublin medic. Transact.* et *London medical and physical Journal. Octobr.* 1832; atque Foriep *Notizen aus dem Gebiethe der Natur und Heilk. B.* 33. *p.* 7. Legi quoque meretur Barthez *nouveaux élemens de la science de l'homme. Vol.* 2. p. 58.

16) Praeceptorum etc. P. III. Vol. I. Sect. II. Cap. XXII. §. LXXXV. 3. — Latour *histoire des hémorrhagies. Obs.* 1743, 1744 et 1746. Law *Dublin medic. Transact. T. I. p.* 105,

17) Praeceptorum etc. P. IV. Vol. II. Sect. Tractatus de morbis sexus sequioris.

18) „*On palpe, tantôt avec les extrémités des doigts rapprochés, et sans trop presser les parties, quelquefois avec toute la main applatie, ou légèrement concave; et d'autres fois avec les deux mains, qu'on rapproche l'une de l'autre, pour saisir et comprimer telle ou telle partie du bas-ventre.* Portal l. c. p. 54. Qui a simplici hac explorandi ratione non satisfiunt, ac novis inflatisque delectantur nominibus, adhibeant *le Ballottement* a Dr. Fournet (*Revue médicale. Juin* 1840 et Schmidt *Jahrbücher B.* 29. *p.* 360.) commendatum.

19) „*Rien n'est plus mal vu que de faire mettre, comme on le pratique généralement, les malades dans une situation horizontale lorsqu'on veut reconnaître au toucher, quelque maladie au foie. Il est au contraire, alors très-avantageux de les faire tenir debout, ou assis, l'épine flechie et un peu deviée à gauche et un peu en avant.*" Idem, l. c. p. 53.

20) „. . . *quoique le foie soit en très-grande partie caché sous les fausses-côtes, une partie de ce viscère étant situé dans la région épigastrique, on peut presque couchant reconnaître, ou toucher, plusieurs de ses altérations situées, audessous du bord costal, parceque le foie étant un peu gonflé, le déborde un peu plus qu'il ne fait naturellement, ce qui a lieu fréquemment.*" Idem, ibid.

rum spuriarum tumor elasticus, circumscriptus cystidis felleae figuram referens, prominet. Aliàs manus explorans saepe nodos in superficie externa jecoris, percipit. Conditio superficiei cavae, aut marginis obtusi hepatis per tactum vix [21]), et nullo modo illa lobi, sic dicti SPIGELII [22]), cognosci potest [23]).

§. XIV.

Necroscopia.

Generatim. 1. Hepatis infarcti conditio melius eruitur e cadaveribus hominum ab accedentibus morbis fortuitis enectis, quam e corporibus eorum qui culpâ illius vitii perierunt. In his enim non amplius agitur de simplici infarctu, sed de gravissimis malis, in quae infarctus neglectus transire solet.

Hepar. 2. Ad infarctum saltem simplicem indiscriminatim non revocamus, hepata illa magna [1]), de quibus tôt

21) „*Souvent, lorsqu'il y a des obstructions dans le foie, en touchant les malades sous la dernière fausse-côte droite latéralement et un peu postérieurement, on excite une douleur qui se propage jusque dans la région épigastrique.*" Idem, ibid. p. 46.

22) „*Le petit lobe, celui dont on accorde, sans raison, la découverte à Spiegel, est très variable dans sa forme et dans son volume; mais il ne déborde jamais assez le reste du foie pour être distingué au toucher; malgré cette erreur où l'on est, qu'on peut ainsi reconnaître ses altérations est si généralement repandu, que tous les jours en consultation, je trouve des médecins qui, après avoir attentivement et gravement touché le bas-ventre, assurent avoir reconnu, que le petit lobe de Spiegel, ajoutent ils, est soufflé, dure.*" (Idem, ibid. p. 41.) „*Jamais pendant la vie, nous n'avons pu sentir isolement le lobe de Spiegel à travers des parois abdominales.*" (ANDRAL l. c. p. 17.)

23) „Hepar non desinit male haberi etsi nihil foras appareat." BALLONIUS Concil. med T. II.

1) *Skizze der Grössen und Formabweichungen der Leber. Bruchstück von Prof. Dr. C.* ROKITANSKY. *Medic. Jahrbücher des Oesterreichischen Staates. B. 20. St. 4.*

tôt exempla offerunt fasti medici [2]), ac propria experientia; hepatum scilicet librarum quatuordecim [3]), octodecim [4]), viginti [5]), viginti septem [6]), et ultra [7]). Hepata eiusmodi magnam abdominis partem detinere ac reliqua viscera plus minus e loco depellere, patet. Praeter expectationem autem hepatis infarcti pondus non semper volumini respondet. Visum enim est jecur maximum, ponderis dumtaxat librarum sex [8]). Magnum quoque huius visceris volumen, conditioni normali parenchymatis non adversatur: sanum enim repertum est jecur etsi abdomen ita repleret, ut diaphragma sursum pulsum, pectoris cavum augustaret [9]). Maxime vero memorabile est, non esse semper obstructa, sed

E 2 saepe

2) M. Tiling Miscell. Acad. natur. curios. Dec. III. ann II. 1683. p. 158. obs. 71; — Lowenheim ibid. ann. I. obs. 2; — J. J. Albrecht Acta Acad. natur. curios. Vol. IV. p. 161; — Reinmann Nova Acta Acad. natur. curios. T. I. p. 303; — Schenk Observat. medic. Lib. III. Sect. II. obs. 2. p. 5; — Blancard Anatom. pract. ration. Cent. I. obs. 76. p. 159; — Bartholinus Histor. anat. Cent. IV. obs. 71; — Schrader Observat. Anatom. medic. Dec. II. obs. 7. — Salmuth Observat. Cent. I. obs. 21; — Haller Element. physiolog. T. VI. p. 455; — Morgagni De sedib. et causs. morborum. Epist. XX. 24. 36. E. XXX. 10. 14. E. XXXVI. 2. 25. E. XLV. 16. E. LXIV. 15; — Lieutaud Hist. anat. med. obs. 576 — 596. T. I. p. 173; — Richard de Hautesierk *Recueil d'observations. T.* 2. p. 590; — Carlisle *Philosophical Transactions. Vol.* 56. p. 133; — Cappel *Medicin. Beobachtungen. B.* 1. *Beob.* 45; — Hopfengærtner, Hufeland's *Journal der prakt. Heilkunde. B.* 6. p. 534; — Waiz *Neue Auszüge aus Dissertationen für Wundärzte. B.* 2. p. 199.

3) Huldenreich Miscell. Acad. natur. curios. Dec. I. ann. VI. obs. 229. p. 321; — Lippert, Schmidts *Jahrbücher der in- und ausländischen gesammten Medicin. B.* 9. *Heft* 1. 1836. p. 31.

4) Dolæus Miscell. citat. ann. IX. obs. 139. p. 311.

5) Bonet Sepulchret. anatom. Lib. I. Sect XVII. app. obs. 1.

6) Eggerd Miscell. citat. Dec. II. ann. VI. obs. 203. p. 412.

7) Gooch *Medical and chirurgical observations.* p. 118.

8) Voigtel *Handb. der pathol. Anatomie. B.* 3. p. 12.

9) Hager in Loder's *Journal für die Chirurg. B.* 1. p. 631; — Anonymus, Hufeland's *Journal B.* 6. *St.* 3. p. 623.

saepe dilatata jecinoris infarcti vasa sanguinea [10]), lymphatica et aliquando etiam biliaria [11]). Illius quoque color haud raro normalis; aliàs solito ruberior, pallidior, flavus, lividus, niger, variegatus, idque nunc in universo viscere, nunc in eius tantum parte [12]): quae colorum diversitas maxime a rerum positionibus acci-

10) Bianchi op. c. T. I. p. 138 („anevrysmata ex simplici extensione per frequentes cadaverum exenterationes interdum observavimus in hoc viscere (hepate), ut nuper dextrae coeliacae propagines enormiter dilatatas demonstrabamus in extispicio hypochondriaci molestissima eiusdem vasis pulsatione per longum tempus vexati... Frequentius sunt in hoc organo venarum morbosae expansiones, seu varices .... Exempla varicum in ramis portae vide apud Morton, Vesalium et Quarinonium"). Rezia Observationes anatomicae et pathologicae. Ticini 1786. p. 7. („Semper diametrum vasorum quamdam inveni proportionem habere moli et pondere visceris. Si nempe jecinoris ex. gr. pondus quinquaginta uncias non excederet, neque venae portarum diameter septem lineas parisienses superabat; si autem pondus majus evaderet, proportione quadam servata, et diameter venae portarum augebatur, ut in jecinore septuaginta unciarum, propriae venae portarum diameter decem lineas aequaret; quam rationem vasorum non tantum velim esse credatis in vena portarum, sed in arteria ipsa hepatica, ubi de jecinore, in splenica ubi de liene agatur. Hoc ipsum jam innotuit celeberrimo Morgagnio, qui inter alias nobis binas Vulpii observationes refert (Epist. XXXVI. 24.) praemagnae dilatationis arteriae hepaticae in praegrandi et obstructo hepate... (p. 14): ex hac ipsa vasorum dilatatione ob majorem hinc ad viscera, quam par sit, humorum adfluxum, ob uberiorem eorundem irrorationem, atque immodicam nutritii succi adfusionem, primum viscerum ipsorum quandam veluti obesitatem suboriri; hinc circumambientis vasa parenchymatis, et cellulosae accretionem fieri; tandem illud totius visceris morbosum incrementum haberi debere, me... animadvertisse memineritis"). Soemmerring not. ad Baillie *Anatomie des krankhaften Baues des menschlichen Körpers*. p. 134. („*Man findet besonders bei dem Einspritzen der Pfortader, der Venen, der Arterien, der Saugadern und selbst der Gallengänge, dass die Einspritzungen selbst leichter als in dem gesunden Zustande durchgehen.*")

11) „... *I shall be able to show you, that not only the trunks, but also the minute ramifications of the bilary ducts, are enormously dilated and filled with retained bile, and that these dilatations are continued up to the peritoneal surface of the Liver, forming as it were so many anevrisms by dilatation of the biliary ducts themselves.*" Stokes l. c. p. 197.

12) Voigtel l. c. p. 17.

accidentalibus post mortem repetenda est [13]). Superficies jecinoris infarcti non raro apparet striata, aut obsessa a phlyctaenis cruentis [14]), a vesiculis [15]), et a glandulis lymphaticis turgidis, pulmonum tuberculis similibus [16]), ipsis ligamentis non parcentibus. Eiusmodi glandulae interdum in capsula Glissonii tumores efformant *).

3. *Cystis fellea* amplissima nobis in ipsa cadaveris externa superficie sub percussione fluctuationem exhibuit [17]). Visa est superans duorum pugnorum magnitudinem [18]) sexiesque volumen consuetum [19]); ponderis tredecim fere librarum [20]); os ileum adtingens [21]); sub costis prominens ut manibus suscipi

Cystis fellea.

13) K. Bell's *Zergliederung des menschlichen Körpers. B.* 1. p. 43.

14) Soemmerring ad Baillie. p. 139. XI.

15) Fantoni Observationum medicarum obs. XVIII.

16) Morgagni Op. c. Epist. XXXVIII. 30. („Jecur durum, intus extraque totum constans ex tuberçulis, id est, glandulosis lobulis evidentissimis, et evidentissime distinctis"); — Baillie l. c. p. 133; — Rehfeld Programm. rariores casus insignium indurationum in quamplurimis visceribus corporis, in infante trium annorum sectione repertorum. Gryphswald. 1777; — M. F. Freudenberg Diss. de tuberculorum in hepate et pulmonibus caussis atque cura. Bonnae 1824. — Tubercula hepatis rara esse asserit de hac doctrina caeterum bene meritus Lugol (*Conférences cliniques.* Vide Froriep's *Neue Notizen. B.* 14. 1840. p. 313): ei assentire nequeo.

*) Twining *On occlusion of the biliary Ducts. Calcutta Med. and Phys. Transact. T. V.* p. 188.

17) In nosocomio civico Vindobonensi anno 1800.

18) Vesalius Epistola rationem modumque propinandi radicis chinae decoctum pertractans. Basil. 1546.

19) Zwinger Acta Acad. natur. curios. Vol. I. obs. 78; — Duverney *Mémoires de l'Acad. des sciences. ann.* 1701. p. 193; — J. P. Frank Interpretationes clinicae. Pars I. Tubing. 1812. p. 360.

20) Young *Philosophical Transactions. Vol.* 22. *No.* 333. p. 426; — Leske *Auserl. medic. Abhandlungen aus den Philosoph. Transact. B.* 1. p. 175.

21) Swieten Commentaria in Boerhaave Aphorism. §. 935. T. III. p. 107.

cipi potuerit [22]); instar bubulae [23]); capax, ad tres sextarios liquidi [24]); longitudinis pollicum septem cum dimidio [25]); continens bilis libras octo [26]), duodecim [27]), et intestini circumferentiam adaequans [28]). A vesica fellea distenta, ductus cysticus facile angulum acutum format, unde bilis effluxus impeditur [29]). Qualecunque autem volumen cystidis fuerit, bilis eorum, qui infarctu jecinoris laborarunt, plerumque nigra [30]) et tenax.

Ductus biliarii.

4. Inter multifaria canalium biliariorum vitia [31]), propius ad infarctum spectant, introsusceptio ductus cystici [32]), atque obturatio ductus choledochi a tenaci

22) Commercium literarium Norimbergense. 1733. Hebdom. XI. obs. 2.

23) Koreff Diss. sistens theoreticam considerationem icteri. Halae 1758. §. XII.

24) Amyand *Philosophical Transactions*. *No.* 449. p. 317.

25) Richard de Hautesierk l. c. Vol. 2. p. 358.

26) Gibson *Edinburgische Versuche und Bemerkungen. Altenburg* 1749. B. 2. *No.* 30.

27) Goldwitz *Pathologie der Galle.* §. 12. p. 77.

28) Fantoni l. c. obs. 18. p. 50.

29) Cheyne *Essay on diseases of children. Essay II. Edinburgh* 1802. p. 26. („*I have on dissection, found the bile collected in such quantity in the gall-bladder, that this distention became the cause of confinement of the bile; for then the natural curve which the cystic duct takes became so acute, and the distended bladder presses so much upon it, that the bile is prevented of flowing, or flows in very small quantity.*“)

30) Paw Observat. anatom. XXVIII. p. 42; — Budæus Ephemer. Acad. natur. curios. Cent. I. et II. obs. 105; — Schober ibid. Cent. III. et IV. Appendix. No. 12. c. r.: — Morgagni Op. c. Epist. IV. 34. E. VIII. 23. E. XXIV. 13. 16. E. XXX. 7. E. XXXVI. 2. E. XLIX. 6. E. LXV. 13. etc.

31) Cap. I. §. VI. 2. Cap. V. §. XXI. 3. Cap. VI. §. XXX. 4. etc.

32) Meekeren *Rare und wunderbare chirurgisch- und geneeszkundige Anmerkungen. Nürnb.* 1675; p. 271. Ut adjuncta docet tabula, descriptio minus recte de ductu loquitur choledocho. Cfr. Autenrieth Diss. de sanandis forsan vesiculae felleae vulneribus. Tubing. 1803.

naci muco [33]), a condensata bile [34]) et a vermibus [35]).

5. De *venae portarum* in hepatis infarctu conditione facta desiderantur, hypotheses abundant [36]). Vena portar.

§. XV.

Caussae.

1. *Ad infarctum hepatis praedisponunt* vitium haereditarium [1]), regiones paludosae, vita sedentaria, obesitas; graviditas, cibatio lauta et egena, aquarum prava conditio. Praedisponentes.

2. *Excitatur* ille infarctus a protractis curis domesticis; moerore, spe frustrata, ira, zelotypia, studiis et lucubratione, somno, moraque in lecto diu nimis protractis; ab abusu potus liquorum fermentatorum, theae, praesertim viridis [2]); ab onania [3]), haemor- Excitantes.

33) Ettmüller Praxic. medic. Lib. I. Sect. XI. Cap. III. §. 4.

34) Voigtel l. c. p. 132; — C. H. Todd's *Geschichte einer merkwürdigen Erweiterung des gemeinschaftlichen Gallenganges*; ex *The Dublin hospital Reports and Communications in Medecine and Surgery. Vol.* 1. 1818. p. 325, in *Sammlung auserlesener Abhandlungen für prakt. Aerzte. B.* 27. *p.* 79. Bilem depravatam non solum ductus suos, sed et *venas* occupare posse ex sequentibus verbis medici angli quondam Genuae praxin exercentes, elucere videtur: „*Varii ramoscelli delle vene epatiche erano distese molto al di là della naturale grossezza, ed erano turgide con una bile densa, verdastra e depravata, correspondente a quella che copiosamente ristagnare nella cisti fellea.*" Batt *Memoria sopra alcuni fatti d'itterizia, — Memorie della Società medica d'Emulazione di Genova. Vol.* 1. p. 64.

35) Cap. III. §. IX. 3.

36) H. Schulz *Der Lebensprocess des Pfortadersystems in Beziehung auf die sogenannte Stockung des Blutes im Unterleibe.* Hufeland's *Journal der prakt. Heilkunde fortgesetzt von* Osann. 1837. *St.* 5. p. 3.

1) Familias infarctui hepatis obnoxias novi in Austria, Lithuania et Insubria.

2) Quod ex eiusdem principio adstringente et narcotico facile intelligitur. Cfr. *Analyse du Thé. Journal des Sciences, de la litérature et des arts publié par l'Institut R. de Londres. Janvier* 1822.

morrhoide suppressa [4]), vermibus [5]), febribus intermittentibus diuturnis aut male curatis [6]); a mercurio [7]), plumbo aliisque venenis [8]); ab affectibus capitis [9]), pulmonum et cordis [10]), lienis [11]) aliorumque viscerum.

Proxima. 3. Verisimile est infarctum hepatis, et receptaculorum bilis, pro re nata pendere: 1° a nimio cruoris ad jecur affluxu, unde nutritionis excessus, pinguities et

3) *„Le foie est quelquefois affecté après la masturbation, de manière à paraître au toucher sensiblement engorgé, dans la region épigastrique principalement.“* Portal op. c. p. 153.

4) „Si quis hoc ei intercludit iter simul duritiem in hepate facit, simul multitudine gravat ac crassitie.“ Galenus Commentar. aphorismor, XII. Sect. VI.

5) *„On a vu, par les observations que nous avons rapportées, que le foie était gonflé, souvent engorgé dans des enfans qui avaient des vers dans les canal alimentaire, et qu'il ne sont guéris de cet engorgement que lorsque les vers ont été expulsés, quoique dans d'autres sujèts les vers fussent sortis par les voies féeales ou par le vomissement sans diminution de la maladie du foie.“* Portal l. c. p. 451.

6) Senac (De recondita febrium intermittentium tum remittentium natura. Genev. 1769) ait: „in hepate imprimis reperitur labor.“

7) Thomas not. 26. Ad Saunders op. c. p. 257. Cfr. Cap. VI. §. XXX. c. l.

8) Vina plumbo adulterata aeque hepati ac intestinis nocent. Memorabile quoque est, deglutitum arsenicum teste cl. Orfila aliquando in hepate inveniri, ubi nulla eius vestigia in tubo alimentario detegi possunt. *Gazette médicale de Paris.* 1840. 8. *Août* p. 511. *Novembre* p. 797, — *Journal des connaissances medico-chirurgicales* 1840. *No.* 3, p. 89.

9) Cap. VII. §. XXXVIII. 2.

10) *„Le poumon étant obstrué, durci, rapetissé, le sang ne peut plus s'y porter par l'artère pulmonaire, en aussi grande quantité qu'il conviendroit, Le ventricule droit s'en remplit outre mesure ainsi que l'oreillette droite; les parois de celle ci étant plus pleines, les veines coronaires ne peuvent s'y vider; elles se développent, se dilatent, s'agrandissent; l'oreillette droite se dilate également et se remplit de sang; celui qui devait y couler de la veine hépatique y est retenu, et le foie acquière un volume excédant celui qu'il devrait avoir.“* Portal l. c.

11) Sanguinem autem venosum cum hepar recipiat in parte ex splene eumque, ut censemus, secretioni bilis profuturum; utique iecur si tumeat, plus sanguinis in splene restabit: si vero splen ineptior ad transitum per jecoris augustias sanguis ab eiusmodi mittetur splene minusque idoneus ad optimae bilis secretionem, ut si crassior ac viscidior secer-

et hypertrophia [12]); 2° a retardato sanguinis circuitu, tam ob eius ubertatem [13]), quam ob atoniam vasorum [14]); 3° a bilis stagnatione; et 4° a vitio vasorum lymphaticorum; quibus [addi posset *consensus*, quem hepar aliarum glandularum secernentium instar ab irritatione partium vicinarum, intestini duodeni imprimis experitur. Caeterum de infarctu hepatis theoria nulla [15]).

§. XVI.

natur, ex parte in hepate remoretur eiusque et ipsa adaugeat molem.“ Morgagni op. c. Epist. XXXVI. 26.

12) „Olim apud Romanos ars anserem ita pascero, ut hepar in immensum accrescens, totum praeterea corpus praeponderaret.“ Ex Willio Bianchi op. c. T. I. p. 130. Haec ars hodiedum adhuc Argentorati colitur.

13) Matthaei Diss. de plethorae addominalis causis et sequelis. Goetting. 1790; — Marcard *Beschreibung von Pyrmont.* B. 2. p. 47; — Pohl Diss. de varice interno quorundam morborum caussa. Lips. 1785; — Portal op. c. p. 60. (*„Il y a peu de parties dans le corps qui soyent aussi souvent exposées à l'engorgement sanguin que le foie; sans doute parce que non seulement ce viscère reçoit proportionellement une plus grande quantité de sang que les autres par l'artère hépatique (?) et par la veine porte principalement qui est très ample mais aussi parce que les veines qui rapportent ce fluide ne sont pas non plus proportionellement aussi grandes que celles des autres organes, surtout relativement aux vaisseaux qui l'y conduisent.*“)

14) „Refero ad intemperiem hepatis *atoniam* ejus, seu perfractam intimae cohaesionis vim in solido suo.“ (Bianchi op. c. T. I. p. 132.) — *„Les congestions sanguines qui se forment dans le foie ne sont pas toutes actives, ou, en d'autres termes, ne dependent pas toutes de l'irritation de ce viscère. Il en est quelques-unes qui sont vraiment passives.... Le foie est de toutes les parties du corps humain celle qui est la plus disposée à ces sortes d'engorgemens. On se rendra facilement compte de cette circonstance si l'on reflèchit que son tissu est mou, très-perméable, que l'artère hépatique et la veine porte lui apportent beaucoup plus de sang que les veines hépatiques ne lui en ôtent, et que d'ailleurs il reçoit proportionellement une plus grande quantité de ce fluide que les autres viscères.*“ (A. Bonnet *Monograph. complète des maladies du foie* p. 114).

15) *„On applaudit beaucoup à Montpellier, disait* Bordeu, *à une dissertation qui avait pour titre:* De tumoribus theoria nulla, *qu'on attribuait au célèbre* Lamure *en opposition à celle de* Sauvages, Theoria tumorum 1754. *La première contenait des vues de pratique utiles, et l'autre ne renfermait que des vaines explications,*“ Portal Op. c. p. 56.

§. XVI.

Diagnosis.

Facilis error.

1. Cavendum ne pro infarctu hepatis imponant hujus visceris protuberantia culpâ aut deformitatis columnae vertebralis [1]), aut morborum pulmonum [2]), aut hydrothoracis [3]), aut saburrarum et flatus intestinum cœcum et colon distendentium [4]). Et renis atque ovarii dextri [5]) tumores, jecinoris regionem adtingentes in errorem ducere possunt.

Distinctio.

2. Volumen hepatis auctum, quatenus solum *ex infarctu* vasorum sanguiferorum, biliariorum et lymphaticorum oritur, distingui debet a tumoribus hujus visceris alterius longe generis, nimirum 1° *ab induratione* effectu praegressae inflammationis, cujus vi lym-

1) „....*lorsque la portion lombaire de la colonne vertébrale a été déviée; alors il en est resulté successivement un changement de situation du foie, qui a pu le rendre plus saillant en dehors et même de faire paraître par cette cause plus volumineux que dans l'état naturel.*" Portal *Observations sur la nature et le traitement du rachitisme. Paris* 1797 et op. c. p. 414. Viceversa contigit ut columnae vertebralis vitium pro morbo hepatis habitum fuerit. „Mr. Twining *mentions, that in two cases of young women, he has seen an affection of the spine, attended with pain at the right side, which had been mistaken for diseased liver. and treated with mercury, to the manifest disadvantage of the patients.*" G. Thomson op. c. p. 119.

2) „...*Quelquefois le foie descend plus bas dans l'abdomen, non parce qu'il est augmenté de volume, mais parce qu'il est refoulé par le diaphragme, abaissé par des congestions de la poitrine ou parce qu'il s'est formé entre le diaphragme et le foie une collection de graisse ou d'hydatides.*" Portal op. c. p. 120 et *Mémoires de l'Académie des sciences. Année* 1777. p. 107.

3) „*A loaded state of the colon (no uncommon occurrence) will often deceive the incautious practitioner and lead him think he has dis covered an indured Liver, which in few days disappears, under the use of aperient medecine.*" Johnson *An Essay of morbid sensibility of the stomach and bowels.* 2d *edit. London* 1827. p. 148.

4) De morbo in medico contingente, ubi renis dextri tumor hepati adscriptus fuit, legitur in *Gazette of health* 1827 *Septembr.* No. 141.

5) Latham *Medical Transactions* 1823. No. V.

lympha coagulabilis in parenchyma visceris deposita, eius adauget ambitum et renisum; 2° a *cystidibus* eiusdem circiter originis et consequentiae; et 3° a *scirrho*, in quo, ut in reliquis morbis carcinomaticis, visceris structura, cum corporis universi ruina degeneratur. Etsi distinctio ista rei naturae innitetur, tamen non credendum, illos morbos stricte determinata habere confinia. E contrario confluunt haud raro et complicantur; quod autem minime impedit, quominus ad lectos aegrotorum cognosci atque distingui possint, non adeo ex conditione faecum [6]), colore cutis [7]), dolore scapulae [8]) et abdominis pertractatione [9]) atque rumoribus [10]); sed potius habita ratione stirpis, aetatis, constitutionis et muneris aegroti, morborum praegressosorum, caussarum et durationis praesentis aegritudinis, effectusque remediorum.

3. *He-*

6) „*J have seen motions, day after day, and week after week, containing the most healthy-looking bile, where the Liver reached as low as the umbilicus and was found after death a mass of diseases; while, on the other hand, every practitioner must have seen patients passing for months in succession, or rather for years, the most depraved bilary secretion... where no organic disease could have existed.*" Johnson l. c. p. 152.

7) Cfr. Cap. IX. §. LVIII. 3.

8) „*J am confident that pain of the tip of the right shoulder does not accompany one twentieth of diseases in question.*" Johnson l. c. p. 149.

9) „*If the Liver can not be felt protruding below the ribs, no pathologist can tell unless he speak by guess. It may be tubercles — it may be interstitial deposits in the parenchymatous structure of various kinds and consistencies, — or hypertrophy of the parenchyma itself, — it may be hydatids etc.; but the scalpel alone can unravel the true nature of the disease, — and then it is a little consolation to the owner of the organ, even should its portrait from beautiful and expensive Plate, or the diseased mas be preserved in that fluid which destroyed its original texture, and life itself.*" Johnson l. c. p. 150.

10) Malcolmson *On a peculiar symptom occurring in some cases of enlarged Liver. Medico-chirurgical Transactions*

Divisio. 3. *Hepatis* decreto *infarctu*, inquirendum num sit *sanguineus, biliarius, lymphaticus*, aut *complicatus*. Hac etiam in inquisitione, magis indicatis vix rerum positionibus, quam symptomatibus fidendum est.

Infarct. sanguineus. 4. Sic symptomata plethorae, quae aliàs statum inflammatorium indicant, indiscriminatim in hepatis qualicunque infarctu in conspectum veniunt [11]) in *sanguineo* tamen praecipue: cum hypochondrii dextri tensione et molestia (praesertim sub motu in lecto, flexione corporis, rudi ingressu); cum illius dolore ab attactu, sensu caloris in epigastrio, desiderio ciborum aliquando aucto, plerumque imminuto, deleto; cum nausea et interdum vomitu; cum siti (praecipue post pastum) lingua, noctu potissimum, sicca, ad margines rubra; cum motu abnormi cordis [12]), arteriarum, pulsu lento, pleno, oppresso; cum dyspnoea, tussi, somno inquieto, gravitate occipitis, epistaxi, cum colore ex rubro flavo oculorum, tinnitu aurium, odontalgia, rigiditate nuchae, dolore scapularum, lumborum, crampo surarum, cum urina ignea opaca, sedimento purulento instructa, alvo tarda, varicibus circa anum, et colore cu-

published by the R. Medical and chirurgical Society of London. Second Series. London 1838. p. 91.

11) Ubi stagnans in hepate materia, fluido succedenti transitum intercludit, sanguis visceri illi dicatus, necessario jure reliquis corporis partibus oneri esse debet. Saepius saltem observavi, liberato ab infarctu bilioso aut lymphatico jecinore, molesta plethorae symptomata, quin vel gutta sanguinis detracta fuisset, evanuisse. Quum similia in infarctu aliorum viscerum non ita evidenter contingant, hepar quoque pro *sanguinis diverticulo* habeo; ut monui Cap. I. §. II. 1.

12) Quo fit ut hepatis infarctus haud raro pro morbo cordis habeatur. De hoc argumento legi meretur R. J. Camerarius Diss. de hepatite defunctorum extispiciis. Tübing. 1716. in Hallerі Disput. ad morbor. histor. et curationem facientium. T. III. No. 102.; — Senac *De la structure du coeur et de ses maladies T. 2. chap. 9. art. 7*; — Corvisart *sur les maladies du coeur. Paris* 1811. p. 443; — Andral l.

cutis subflavo, luteo. Ex quibus colligitur hujus affectus cum hepatitide affinitas [13]). Aliàs ille, incendii loco, *torporis* exhibet imaginem. Qualem hisce in morbosis negotiis sibi vindicent partem arteriae, qualem venae? non audemus determinare [14]).

5. *Infarctus biliarius* saepe sanguinei sistit effectum. Doctrinam illius ad tractatus de calculis et de inflammatione viarum biliariarum remittimus. Infarct. biliar.

6. *Infarctus hepatis lymphaticus* communem sistit affectum ex magno scrophularum [15]) et rachitidis [16]) in jecur imperio facile explicandum. Cognoscitur ex ha- Infarctus lymphat.

c. p. 99; — J. Franklin Vaughan *The London medical and physical Journal. Januar* 1832. Cfr. P. II. Vol. II. Sect. II. Cap. XVII. 7. §. LXXII. 5. not.

13) De hoc argumento plura, Cap. VI. §. XXXII. 20.

14) Eo minus hepatis infarctus sanguineus in arteriosum et venosum dividi potest, quum illo in viscere magna venarum pars arteriarum vices agat.

15) „*Les observations cliniques que nous avons rapportées et l'exposé des resultats reconnus par l'ouverture des corps, ont prouvé que le vice scrophuleux pouvait produire dans le foie tantôt de légères concrétions capillaires, ou un peu plus grosses et plus ou moins cylindriques ou graniformes, dans quelques parties de cet organe extérieurement ou intérieurement, quelquefois dans la totalité de sa substance, tantôt des vraies tumeurs plus ou moins grosses, seules, ou plus ou moins nombreuses; sans doute selon les parties du système lymphatique dans lesquelles elles ont leur siège; car elles peuvent résider dans les plus petits vaisseaux de ce système comme dans le plus gros, quelquefois dans le foie seulement, où elle se prolongent vers le canal thorachique, canal qu'on a même trouvé plus gros qu'une plume à écrire et rempli d'une matière stéatômateuse; ou bien les concrétions ont leur siège dans les glandes conglobées ou dans les glandes lymphatiques du foie...*" Portal l. c. p. 358.

16) „Grandescit hepar in pueris rachitide affectis, adeo ut totam frequenter epigastrii regionem occupet, et ipsum quoque sinistrum hypochondrium attingat, interdum impleat." Bianchi l. c. T. I. p. 130. — „*le foie est altéré dans la plupart des rachitiques, et il n'est pas même nécessaire d'ouvrir leur corps pour s'en convaincre, puisqu'on voit ou qu'on distingue souvent alors au seul toucher le gonflement de l'hypochondre droit et de la région épigastrique produit par ce viscère augmenté.*" Portal *Observation.* cit. p. 414.

habitu corporis morbis istis proprio [17]), imprimis ex glandulis in superficie eius externa tumefactis, ex indiciis tuberculorum in pulmonibus ac mesenterio, saepeque ex nodis faciei hepatis convexae tactui obviis. Si tales nodi, sine scrophulorum notis obveniant, recordandum, posse glandula jecur, ex irritamento locali et per consensum tumefieri, puta a vermibus.

Complicationes. 7. Si perpendas hepatis vasa sanguinea, biliaria et lymphatica (ne dicamus de nervis et textu celluloso), arctissimum inter se habere nexum; intelliges, separatos illorum organorum affectus, diu existere haud posse, ex quo ocyus serius diversissimae oriuntur *complicationes*. Porro, jecinoris infarctus aliter se gerit in homine antea sano, aliter in arthritico, venereo, scorbutico, plicoso etc. Tandem mutat ille faciem prout aut solus exstat, aut societatem cum aliis morbis, tam hepatis ipsius, quam reliquorum viscerum [18]) init. Inexpectatae tibi itaque non erunt difficultates, quas in hepatis infarctu definiendo, ad lectus aegrorum plus vice simplici invenies.

§. XVII.

Prognosis.

Generatim. 1. Etsi hepatis infarctus ad leviores hujus visceris affectus pertineat; attamen jam ob id arduus est, quod plures morbos adlicit [1]).

2. Qua-

17) Praeceptorum etc. P. IV. Vol. I. Sect. I.

18) Memorabile exemplum complicationis morbi hepatis cum lienis hypertrophia et renis abcessu ac calculo narrat R. Robinson: *The Edinburgh medical and surgical Journal. Januar.* 1823. Cfr. F. G. Werden Diss. sistens casum singularem de hepatis tuberculis cum hydrothorace, hemiplegia aliisque morbis complicatis. Berolini 1829.

1) J. C. Reinmann Diss. de hepate obstructo multorum morborum caussa. Jenae 1746.

2. Qualiscunque enim febris in hominem infarctu sanguineo hepatis laborantem incidit, hepatitidis evolutio fere inevitabilis est. Saepe inde relinquitur substantiae visceris incrementum, aut durities [2]. Ipsa verum natura jecur aliquando ab infarctus anguineo liberat per haematemesin [3], diarrhoeam cruentam [4], exsudationem [5], rupturamque tam arteriarum [6], quam venarum [7]. Narratur quoque de fu- P. Infarct. sanguin.

2) „*L'augmentation du volume, également générale ou partielle, que le foie subit alors, n'est plus seulement le resultat d'une simple accumulation de sang dans son tissu, mais bien d'une augmentation dans le volume ou dans le nombre des molécules de celui-ci: en d'autres termes, sous un volume donné, il contient plus de parties solides, il a plus de densité. Si cette hypertrophie du foie est générale il y a accroissement de volume de la totalité de l'organe; quelquefois cependant ce volume n'est pas augmenté, mais le tissu est plus dense, plus dure, se laisse diviser plus difficilement par le scalpel.*" Andral l. c. p. 14. — „*On a trouvé le foie si dur dans des sujèts perclus de goutte et de rheumatisme, qu'il ne paraissait pas douteux qu'une congestion de matière phosphatique n'eût donné lieu à l'endurcissement.*" Portal l. c. p. 105.

3) Praeceptorum etc. P. III. Vol. I. Sect. II. Cap. XXII. §. LXXXV. 3. Lieutaud. *Mémoires de l'Académie des sciences* 1740.

4) „*On a reconnu plusieurs fois dans des sujets qui avaient éprouvé des vomissemens et des déjections de sang par les selles, que le sang qu'ils avaient rendu venait du foie, moyennant le canal cholédoque qui l'avait versé dans le duodénum, d'où il avait afflué à l'estomac. Les resultat de quelques observations nous a même confirmé que cette hémorrhagie hépatique avait eu lieu utilement dans l'hépatitis, au point que l'instumescence et la rénitence douloureuse de l'hypochondre droit était considérablement diminuées. Mais cette terminaison des évacuations du sang par les vomissemens et les selles, n'est pas toujours aussi heureuse, puisque plusieurs sujèts en sont morts de faiblesse et d'épuisement.*" Portal Op. p. 68.

5) In recens natis. „*Le sang accumulé dans le tissu de l'organe, s'y trouve quelquefois en assez grande abondance pour donner lieu à une sorte d'exudation sanguine à la surface du foie dont la face convexe est dans ce cas teinte et humectée par une couche de sang répandu ou exhalé en nappe. J'ai vu même, chez plusieurs enfans, un épanchement de sang dans l'abdomen résulter de cette turgescence.*" Billard l. c. p. 422.

6) *Arteria hepatica, this has ruptured close the Gall-bladder and its contents had been effused into the cavity of the peri-*

fugato hepatis infarctu apparentibus blennorrhoea [8]), et abscessu in femore dextro [9]).

P. Inf. biliar. 3. Qui *infarctui biliario* obnoxii sunt, vel minimo quoad victum commisso errore, in febres gastricas et erysipelas incidunt. Porro annua constitutione febribus intermittentibus favente, iis praecipue et graviter subjiciuntur [10]). Infarctu eiusmodi diu perstante calculi biliarii praesto sunt. Bilis quoque diu stagnans, atque resorpta [11]), viam ad morbos ex depra-

tonaeum. We now found that the cause of the Jaundice had been the pressure which this tumor had exercised on the biliary ducts." — „*This preparation exhibits the hepatic artery with is anevrismal tumor, and the opening by which the artery communicates with the aneurismal sac.*" Stokes l. c. Sect. XVII. p. 358.

7) Blane *Account of a case in which death was brought on by a haemorrhage from the Liver. Transactions of a Society for the improvement of medical and chirurgical knowledge, Lond.* 1800 *Vol.* 2 p, 18. („... *In exploring the source of this several fissures were observed in the left lobe of the Liver, which were about two thirds of an inch in length, whence the blood had undoubtedly flowed, for they were found to lead to a cavity in the substance of the lobe of about the size of a pigeons egg, and full of blood.*"); — G. Andral l. c. p. 13. (*Mors improvisa:* „*Le peritoine fut trouvé rempli d'une quantité de sang noir coagulé en partie: beaucoup de caillots étaient surtout accumulés entre le diaphragme et la face convexe du foie. Vers la partie moyenne du lobe droit, sur cette même face convexe, on découvrit une ouverture assez gande pour permettre l'introduction de l'extrémité du petit doigt. Cette ouverture était l'orifice d'une cavité creusée dans le parenchyme du foie, assez ample pour admettre un oeuf de poule, et remplie par du sang. Un gros vaisseau déchiré s'ouvroit en un point de cette cavité: un stylet ayant été introduit pénetra dans le tronc de la veine porte hépatique, dont ce vaisseau était une des principales divisions.*")

8) Tandon *Gonorrhée critique à la suite d'obstruction de foie Annales de la Société de Médecine de Montpellier, T.* 7. P. 2. §. 101.

9) B. Scharff De obstructione hepatis eiusque scirrho per abscessum curato. Miscellan. Acad. Natur. Curios. Dec. III. Ann. II. p. 105.

10) Bang Acta R. Societatis Havniensis. Vol. I. p. 6. („Pluries ut in his exemplis transitum vidi obstructionis hepatis in febrem intermittentem et vice versa, quod me judice argumentum originis harum febrium in hepâte continet). Cfr. Andral l. c. p. 80 — 85.

11) „*Ich habe in verschiedenen von diesen Körpern die Milchgefässe mit einer gelben Feuchtigkeit angefüllt gefunden, di-*

pravato chylo sternit [12]) Caeterum infarctus, de quo agitur (nisi ex occlusione ductuum biliariorum ex praevia phlogosi oriatur [13])), omnium minus gravis est, ac saepe a bilis fluxu sanatus [14]).

4. E contrario alea plenus est *vasorum lymphaticorum infarctus*: quamvis enim diu cum tolerabili sanitate convenire possit, tamen, nisi scrophulosa dyscrasia eradicetur, ocyus serius morbis magni momenti locum concedit. Potest quidem saepe impediri ne imprudens curandi ratio, aut aliae caussae, glandulas hepatis infarctas in phlogosin eiusdemque sequelas praecipitent; sed difficulter obtinetur, ut homines, qui in juventute scrophulae hepatis obnoxii fuerunt, accedente senio (nisi propter simile pulmonum vitium prius pereant), labem jecinoris carcinomaticam evitare possint. Utroque in casu hydrops ascites scenam claudere solet. P. infarct. lymphat.

§. XVIII.

Cura.

1. *Infarctus hepatis sanguineus* curandus est juxta praecepta contra hepatalgiam inflammatoriam tradi- C. inf. sanguin.

einen bittern Geschmack hatten, und sich, wenn man sie auf glühende Kohlen warf, mit Knistern entzündete... diese Eigenschaften... sind schon hinreichend, sie uns als Galle zu erkennen zu geben." Portal in *Samml. auserlesener Abhandl. für prakt. Aerzte. B.* 8. p. 9. ex *Mémoires de l'Académie des sciences. Année* 1777.

12) Monet Morgagni op. c. Epist. LIX. 18.): „Venenum per se corporibus gigni posse."

13) Caput VI. §. XXXIII. 8.

14) Cl. Amyand *Of an obstruction of the bilary ducts and on impostumation of the Gall-bladder, discharging upwards 18 quarts of bilious matter in 25 Days, without any apparent defect in the animal fonctions, with some observations on this case by* Alexander Stuart. *Philosophical Transactions. year* 1738. p. 317. 325.

dita [1]): quum vero *dolor* citius debellari soleat, quam *infarctus*, methodo antiphlogisticae diutius insistendum.

C. hep. et inf. biliarii. 2. Adversus *hepatalgiam et infarctum biliarem* amplo remediorum gaudemus apparatu: ex quo ea semper eligenda, quae aegrotorum peculiari conditioni et anni tempori, ubi cura suscipitur, quadrant.

C. hyemal. 3. *Hyeme*, si aegrotus *sorbitionem aquae fervidae* non respuat, in cyatho uno alterove illius, summo mane, jejuno ventriculo, omissa coena, per sex hebdomadum curriculum, exhibito, egregium pro solvenda bile stagnante nobisque usitatissimum invenies auxilium [2]). Ubi alvus pertinax est, ante cubitum drachmam exhibeas *sulphatis sodae*, aut *magnesiae*, in tribus unciis aquae solutorum. Parvae eiusmodi salium doses diu continuatae, saepe per se ad morbum fugandum sufficiunt. Cave a *drasticis*, quae, etiamsi aliquando juvent, longe saepius nocent, et interdum aegrotum necant [3]). Quodsi ventriculus aut intestina, salina pharmaca perferre minime possent, eorum vices agit *radicis tritici repentis decoctum* [4]), *mellago* [5]), et

1) Cap. III. §. XI. 2.

2) „*L'eau n'agit dans ses cas que comme simple délayant: l'action qu'elle opère est aidée par ce dégré de chaleur (de go-à* 114. *Farenh.) et elle est alors de beaucoup préférable aux 9 eaux qui contiennent quelques matière salines, terreuses ou métalliques.*“ Saunders op. c. p. 99.

3) Non negaverim me nonnullas vidisse stupendas obstructionum hepatis sanationes, ope famigerati remedii *Le Roy* impetratas; sed eius cupla mihi quoque notae sunt inflammationes, aliquando lethales tubi intestinalis. „*Si c'était le lieu*, inquit A. Andral (l. c. p. 123), *nous ne craindrions pas de rappeler quelques cas, bien constatés pour nous, dans lesquels nous avons vu divers états morbides s'améliorer et guérir à la suite de l'administration du trop fameux purgatif de Le Roy, qui, débité par l'ignorance à fait tant de victimes.*“

4) Rp. Radicum graminis unciam semis. Mellis puri unciam. Coque c. s. q. aquae fontanae per quartam horae

et *extractum* [6]). Si praeter solventem, tonica requiritur remedii vis, *radix leontodontis taraxaci* [7]) praesto est. Et obsoletum *radicum quinque aperientium decoctum* [8]) eiusque minime spernendum *syrupum*, multiplici experientia freti, commendare possumus. In aegrotis qui voluminosa pharmaca respuunt minimae *tartari emetici* doses *), aut masticatio *radicis rhei palmati* [9]) ad curam absolvendam interdum sufficiunt. Ipsius quoque *tinctura aquosa* [10]), aut *extractum* [11]) aut *infusum* [12]) conducere solent, quod ultimum, graviori in casu, jure celebratissimo infarctus hepatici biliarii remedio [13]) *liquori acetatis potassae*, pro vehiculo inservit [14]). Ei tamen tam *saponem medicinalem* [15])

partem ad colaturam librae unius. Cap. tribus vicibus mane jeiuno ventriculo.

5) Paratur (a paucis bene) inspissatione succi expressi radicis in vase vitreo ad consistentiam mellis. Exhibetur mane ab uncia dimidia ad uncias duas, cochleatim sumendas.

6) Utor eo praecipue pro basi pilularum.

7) Praescribitur sub iisdem ac gramen formis; minori tamen dosi, si agatur de mellagine.

8) Rp. Radicum quinque aperientium minorum unciam semis. Fiat decoctum ad colat. librae unius cui adde syrupi eiusdem unciam. Cap. ut decoctum graminis.

*) Rp. Tartari emetici granum unum; Solve in aquae destillatae uncia. Cap. tertiam partem omni mane, idque per tres quatuorve hebdomadas.

9) Frustuli granorum decem, deglutiendo succum, exspuendo partem ligneam.

10) Infusum videlicet cum carbonate potassae paratum, Dosis uncia semis cum ââ aquae florum naphae, aut herbae menthae crispae, omni mane sumenda.

11) *Anima hepatis* dicebatur, et partem efficit *Elixirii hepatici Rosensteinii.* Murray Apparatus medicaminum T. IV. p. 399. Pilularum sub forma, vix solum praescribitur.

12) Rp. Radicis rhei drachmam, Mellis unciam. Stent in infusione cum s. q. aquae fervidae, qua frigefacta colatura unciar. quatuor D. S. capiat tribus vicibus nychthemeri unius alteriusve curriculo..

13) „Remedium aptissimum ad omnes viscerum obstructiones, et lentos nimium humores, hoc sal mirandae plane virtutis esse probavi millesies, nam it utique assidue per annos fere viginti exhibui feliciter.“ Huxham Opp. omn. T. I. p. 162.

14) Rp. Infusi radicis rhei uncias sex. Liquoris terrae foliatae

lem [15]), quam *bicarbonatem sodae* [16]), quia sub pilularum forma porrigi possunt, anteponimus. Atque sic in genere; sub sequentibus enim rerum positionibus, ad alia malimus recurrere pharmaca, nempe: ad *extractum foliorum marubii vulgaris* [17]), ubi infarctus hepatis, pituitam pectus gravantem, tussin et dyspnoeam provocavit, dummodo aegrotus neque ad morbos inflammatorios proclivis, neque nervorum sensu nimio instructus sit; — ad *herbam teucrii chamaedryos* [18]), ubi simul arthritici quid latet; ad *radicem inulae helenii* [19]), ubi *mercurius* forte prius malo consilio adhibitus *), solitos pravos hìc effectus produxerit [20]), aut ubi

tartari unciam semis. Syrup. quinque radicum aperientium unciam. M. D. S. cap. quater de die unciam. Potest idem liquor ad unciam etiam decocto graminis addi; et omni mane ad uncias tres exhiberi.

15) ℞p. Saponis medicinalis, extracti radicis saponariae ââ unciam; extracti rhei (aut aloes) aquosi scrupulos duos. M. f. l. a. pilulae ponderis granorum trium. Conspergantur pulvere radicis ireos florentinae. D. S. Mane et vespere cap. No. IV—VIII.

16) Saponis loco dimidio bicarbonatis sodae dosis, in dictis pilulis. Legatur de hoc remedio FISCHER in CASPER's *Wochenschrift für die gesammte Heilkunde.* 1833. No. 33.

17) Rp. Extracti foliorum marubii albi Drachmam; aquae hyssopi uncias tres; syrupi simplicis unciam. M. cap. quatuor vicibus spatio nychthemeri, vase prius bene agitato.

18) Rp. Herbae chamaedryos drachmas duas. Infunde c. s. q. aquae fervidae, qua frigefacta colat. unciarum sex adde mellis puri unciam. Cap. tribus vicibus curriculo diei.

19) R. Radicis Enulae campanae drachmas duas. Fiat infusum et capiat ut supra.

*) Capite VI. §. XXXIV. 8. rerum positiones indicatae sunt, sub quibus *mercurius* morborum hepatis non aequiparandum sistit remedium. Hic vero, ubi de simplici jecinoris infarctu agitur, piaculo habeo, ad pharmacum aleae plenum confugere, ubi tot exstant tutissima auxilia. Gaudeo medicos Angliae, quorum plurimi olim abusus mercurii in morbis hepatis exemplum dederunt, hodiedum illi limites ponere, ut imprimis ex THOMSONII opere citato (p. 248—260) elucet. Interea FALCONER (*on the Bath-Waters*) jam anno 1770 de cura obstructionum viscerum ope mercurii disserens, dixerat: „*amongst us, that remedy, in the instances in which J have seen it tried (and J have seen several), appears to aggravate all the bad symptoms, and manifestly to hasten death.*“

ubi vermes latent, aut catameniorum defectus adest; ad *herbam et radicem chelidonii majoris* [21]), ubi jecinoris infarctus simile in liene vitium socium agnoscit; ad *gummi ammoniacum* [22]), *myrrham* [23]) aut *asam foetidam* [24],) ubi affectus noster in hystericis, chloroticis (cum atonia) aut in aegrotis motibus nervorum vagis obnoxiis occurrit; ad *ammonium muriaticum* [25]), ubi ille vitiis vesicae urinariae jungitur; et ad *fel tauri recenter inspissatum* [26]), ubi digestio languet et faeces bilis defectum indicant. Hucusque juxta aliorum et propriam experientiam, qua ultima, respectu ad *carbonem*

20) Qui mercurium pro panacea morborum hepatis habent, eum etiam in hujus visceris infarctu biliario adhibent, idque cum gravi plerumque aegrotorum damno. Laudo itaque censorem operis Trotter (*Essay on Drunkness. Lond.* 1804) in *Edinburgh medical Journal* 1805, quatenus auctorem hydrargyrium contra potatorum obstructionem *indiscriminatim* commendat.

21) Rp. Extracti chelidonii drachmam; extracti taraxaci unciam. M. f. l. a. pilulae ponderis granorum trium. Consperg. pulvere lycopodii. D. S. Ter de die No. IV—VIII. cap.

22) Rp. Gummi ammoniaci s. q. gummi arabici subacti drachmas duas; extracti taraxaci drachmas sex; M. f. l. a. pilulae ponderis granorum trium. Consperg. pulvere florum chamomillae. D. S. Bis de die No. IV—X. cap.

23) Rp. Extracti myrrhae aquosi drachmas duas; extracti aloes aquosi drachmam semis; extracti graminis unciam. M. f. pilulae ponderis granorum trium. Consperge pulvere radicis ireos florentinae. D. S. Bis de die No. III—VIII. cap.

24) Rp. Asae foetidae s. q. gummi arabici subact. drachmam; extracti saponariae unciam. M. f. l. a. pilulae ponderis granorum trium. Obducantur folia aurea vel argentea. D. S. Bis de die No. V—X.

25) Rp. Salis ammoniaci depurati drachmam. Infusi radicis liquiritiae libram; Syrupi eiusdem unciam. M. D. S. Capiat quatuor vicibus nychthemeri spatio.

26) Fellis taurini recenter inspissati, saponis medicinalis, extracti radicis saponariae āā drachmas tres; extracti rhei aquosi drachmam. M. f. pilulae ponderis granorum trium. D. S. Ter de die No. V. cap. Cfr. Frd. Hoffmannus De bile medicina et venenum corporis. Opp. omn. T. VI. Art. VII. p. 151; — Johnson *Med. chirurg. Review. July* 1831. p. 91.

nem medicinalem [27]), et ad *atropam belladonnam* [28]) destituimur. Non ita quoad *clysteres* in genere [29]), et sic dictos *Kaempfianos* [30]) speciatim.

C. vernalis. 4. *Vere* pyxidiculis pharmaciarum libenter valedicimus, opemque quaerimus in *sero lactis*, jejuno ventriculo ad libras minimum duas quotidie per quadraginta dies, sub debito regimine, epoto [31]); et in *succis recenter expressis herbarum recentium veronicae beccabungae*, *sysimbrii nasturtii*, *menianthes trifoliatae*, *scandicis cerefolii, herbarum et radicum tritici repentis, leontodontis taraxaci*, ubi stomachus succos crudos, ad uncias aliquot de die respuit, cum sero lactis aut

27) Eum virtute pollere bilis secretionem emendandi, asserit Steveson. Ex *Philadelphia Journal of medecine and physical sciences for May* 1827, in Froriep's *Notizen ans dem Gebiele der Natur und Heilkunde. B.* 19. p. 89.

28) Cur ibi ad venenum tam atrox quam est belladonna confugere debeamus, ubi tot remedia tutissima praesto sunt, nunquam intelligere potui. Argumenta nuper ad probandam virtutem solventem *radicis* belladonnae a cl. Stosch allata sunt (Casper's *Wochenschrift für die gesammte Heilkunde*. 1833. *No*. 29) hypothesin redolent, nihilque probant quum illa radix conjunctim cum aliis pharmacis adhibita fuerit.

29) Siegwart Novae observationes de infarctu venarum abdominalium earumque resolutione per enemata instituenda. Tubing. 1754. (Ex decocto graminis cum sapone et melle.)

30) Kæmpf *Von einer neuen Heilungsmethode die Krankheiten des Unterleibes zu heilen. Dessau* 1784. (*Species pro enemate viscerali Kaempfiano*: Rp. Radicum taraxaci, saponariae, valerianae minoris, graminis, herbae marubii albi, florum chamomillae vulgaris, farinae tritici āā uncias quatuor. Concisae misceantur. Ab uncia ad uncias duas pro clystere.)

31) „*Vorrei che questo siero lo pigliasse (l'ammalata) la mattina, e che vi dormisse sopra un ora e mezza, e non potendo dormire, stesse per lo meno quest'ora e mezza nel letto in riposo, facendo vista di dormire. Mentre piglia questo siero dee totalmente abbandonarsi l'uso del vino, dico abbandonarsi totalmente l'uso del vino, ed in sua vece dee bversi acqua pura e semplice di fonte, di buona cisterna, o di buon pozzo, non raddolcita con cosa veruna, nè meno resa acida ed acconcia secundo l'uso delle nostre botteghe... Oh. oh lo stomaco con quest'acque? Lo stomaco non rimane mai afflitto e tormentato dalle cose fresche, ma bensì dalle cose soverchiamente calorose, acri, mordaci, pungenti, irritanti.*" Redi *Consulti medici scelti e commendati da* L. Martini. *Capolago* 1831. p. 101.

aut cum jusculo carneo coqui debent[32]), quae *juscula medicata* magni facimus. Quadrant praeterea ut jentaculum, post usum matutinum seri lactis. Sunt qui pastum *taraxaci crudi* commendent[33]).

5. Curam infarctus hepatis biliarii, *aestivo tempore* in aegrotis non omnino pauperibus, alibi quam ex *fontibus aquarum mineralium* *) petere, piaculum foret. Magnum autem studium in eorum selectu ponendum est. Minori mali nostri gradui imprimis adaptatae sunt *aquae amarae*, quales *Bohemia* in pagis *Seidlitz*[34]) (*Sedlicze*), *Saidschitz*[35]) (*Zageczicze*) et *Pülna*[36]) largitur, quaeque transmissione a fonte virtutem minime amittunt, ac modico veneunt pretio. Ita per C. aestiva.

32) „*Prenez une demi-livre de veau bien dégraissé et coupé par tranches, que vous ferez bouillir doucement danschopines d'eau, jusqu' à ce qu'elle soit reduite a une pinte; ajoutez alors une once de racine de patience et autant de cichorée sauvage, racine d'éclaire et d'aulnée de chaque demi-once; ces racines seront sèchs, bien tavées et écrasées dans une mortier de marbre. Quand elles seront bouilli environ un quart-heure, vous passerez le bouillon avec un linge et vous le diviserez en deux doses.*" Portal l. c. p. 259.

33) C. Th. Menke De novo morbos chronicos ope pastus Taraxaci curandi methodo. Pyrmont; — Pastus Taraxaci *bei Leberverhärtungen.* Casper's *Wochenschrift.* 1837. *No.* 25. 6. (Caules ab initio duodecim dein triginta omni mane masticantur, succusque deglutitur).

*) Paganini *Notizia compendiata di tutte le acque minerali in Italia. Milano* 1827; — E. von Osann *Physikalisch-medicinische Darstellung der bekannten Heilquellen der vorzügtichsten Länder Europens.* 2. *vermehrte Auflage. Berlin* 1839; — Aug. Vetter *Theoretisch-praktisches Handbuch der Heilquellenlehre. Berlin. Wien* 1838.

34) M. Hoffmann *Dissertation sur les eaux et sels de Sedlitz.* 1779; — F. E. Brückmann De aquarum Sedlicensium usu. Commercium literarium Norimbergense. Vol. III.

35) *Das Saidschitzer Bitterwasser, chemisch untersucht von Professor* Jacob Berzelius, *mit Bemerkungen über seine Heilkräfte von* A. Fr. Reuss. *Prag* 1840.

36) *Anzeige das Salinische Bitterwasser zu Püllna betreffend.* Hufeland's *Journal. B.* 55. 1822 *October. p.* 127; — J. E. Wetzler *Ueber den Nutzen und Gebrauch des Püllnaer Bitterwasser. Augsburg.* 1828; — C. Müller Tractatus de Aqua Pülnaensi. Praga 1834.

per mensem circiter adhibendae sunt, ut resolvendo alvum leniter moveant, non autem ut vehementer purgent. Similis quodammodo actionis, sed palato ingratae, *Italia* possidet aquas soterias, quas inter eminent (ne dicamus *de marina* [37])), *Tetucciana Montecatinensi* [38]), *S. Rocci Liburnensis* [39]), *Montalceti Semensis* [40]) etc. *). Nec multum ab illis differre videntur aquae minerales *Galliae: Plombières, Balaruc, Cransac*, atque *Angliae: Epsom* et *Cheltenham* [41]). Graviori in morbo, aegroti facultate *semi-thermas* aut *thermas* adeundi, gaudentes, pretiosissimas invenient aquas in locis *Angliae* **): *Bath* et *Leawington* [42]); *Galliae: Vichy, Bagnères, Bourbonne-les-Bains* [43]); *Italiae: Torre annunciata* ***), *Castellammare* [44]), *Ischia* [45]), *Bagnoli*

37) Rusell Diss. de usu aquae marinae.
38) Giulj *Storia naturale di tutti le acque minerali della Toscana. Firenze* 1833.
39) Ant. Targioni Tozzetti *Analisi dell'acqua minerale salina dei bagni di S. Rocco a Livorno, fatta nel* 1836. *Livorno* 1837.
40) Ant. Targioni Tozzetti *Dei bagni di Montalceto della provincia superiore Senese, ed analisi delle loro acque minerali, eseguita nel* 1834. *Firenze* 1835.
*) Ferrario *Saggio analitico della cosi detta acqua purgativa del fonte vicino a Settala. Milano* 1826; — Sacchéro *Sulle acque minerali acidolo-saline di S. Vincenzo nella Valle d'Aosta. Giornale delle scienze mediche di Torino.* 1840. *Marzo.*
41) Saunders Op. c. p. XI.
**) Edwin Lee *Mineral springs in England, and their curative effects. London* 1841.
42) Baillie *Lectures and observations in medecine. Samml. auserl. Abhandl. B.* 34. p. 204.
43) Fodéré *Mémoire sur les eaux de Bourbonne-les Bains. Journal Complémentaire du Dictionaire des sciences médicales. T.* 25. *Juillet* 1826. p. 3.
***) Liberatore *Delle nuove ed antiche terme di Torre annunciata. Napoli* 1835. *Annali civili del Regno di Napoli. Fascicolo* 12.; — *Raccolta di osservazioni intorno gli effetti terapeutici e le cure per l'acqua Termo minerale Vesuviana Nunziante, preceduta da una memoria del professore* G. Ricci. *Napoli* 1834; — A. W. F. Schulz *Die Heilquellen bei Neapel. Berlin* 1837. Stupendus hic fon

Bagnoli[46]), *Chianciano*[47]), *Lucca*[48]), *Pisa*[49]), *S. Pellegrino*[50]), *Masino*[51]); *Germaniae: Ems*, *Schlangenbad, Wiesbaden, Gleichenberg*[52]), et praecipue *Carls-*

tanto prosilit impetu, ut Carlsbadiensi *Sprudel* comparari possit. Componitur circiter ex iisdem principiis, praeterquam quod longe majorem copiam gaz adici carbonici continet. Temperies aquae, potu gratissimae, 25° Th. Reamur.

44) De Rivaz *Analyse et propriétés médicinales des eaux minérales de Castellammare. Naples* 1834. Fontem *acqua media* dictum (p. 70) scopo infarctum hepatis resolventem caeteris praeferrem.

45) Gasolini *Dei rimedii naturali che sono nell' isola di Pithecusa detta oggi d'Ischia. Napoli* 1588—89; — de Quintiis de balneis Pithecusarum. Neapol. 1726; — De Rivaz *Description des eaux minéro-thermales et des étuves d'Ischia. Naples* 1837. Fontem *Del Cappone* (p. 98) scopo nostro accomodatum credo.

46) De Sariis *Termologia Puteolana. Napoli* 1800; — Del Giudice *Viaggio medico. Napoli* 1822. p. 137; — Petrucelli e Paci *Memoria chimico-medica su l'acqua termominerale del Bagnuolo. Napoli* 1832; — De Renzi *Topografia statistica-medica della città di Napoli con alcune considerazioni sul Regno intero. Napoli* 1838. p. 346.

47) Ant. Targioni Tozzetti *Analisi chimica delle acque minerali di Chianciano, eseguita nel* 1832. *Firenze* 1833. Commendat (p. 171) *aquam sanctam.*

48) Franceschi *Igèa dei bagni di Lucca. Lucca* 1832. Pro potu fontem *Della Villa* (p. 51) omni alio antepono.

49) Mondat *Précis sur les eaux minérales de Lucques. Florence* 1840.

50) Pasta *Trattato delle acque minerali del Bergamasco. Bergamo* 1794; — Facheris *Breve istruzione intorno all'acqua medicinale di S. Pellegrino. Bergamo* 1824; — Carrara *Delle acque semitermali di S. Pellegrino.* 2. *edizione accresciuta di una lettera di* Giuseppe Frank *e del Trattato sulle medesime di* Giuseppe Pasta. *Milano* 1829; — P. Ottavio Ferrario *Sulle acque termali di S. Pellegrino. Giornale Politecnico di Milano. Marzo* 1839; — (G. Bergamaschi) *Guida nell'uso pratico delle acque di S. Pellegrino. Bergamo* 1839.

51) Paravicino *avertimenti sopra li bagni del Masino, ovvero S. Martino. Milano* 1658; — Burgo *Trattata delle acque minerali del Masino* etc. *Milano* 1689; — Mosato *Bagni di S. Martino detti communemente del Masino. Milano* 1709; — Vitali *Le terme del Masino in Valtelina. Milano* 1734; — Bianchi Op. c. T. 1. p. 412; — Quadrio *Osservazioni fisico-mediche intorno alle acque termali del Masino. Milano* 1745; — Ballardini *Delle acque salino-termali del Masino. Sondrio* 1835.

52) Virenot. Casper's *Wochenschrift* 1835. *No.* 36.

Carlsbad [53]. Nec tamen credendum, thermas resolventes in omni bilis infarctui conducere. Parum inde lucrum accipiunt aegroti, qui simul liene laborant, quique chloroseos et atoniae notas prae se ferunt. His prosunt *aquae salinae* simul *ferrugineae* ut *Kreuzbrunn Marienbadii* [54], *Salzbrunn Franzensbadii* [55], *Ragozi* et *Pandur Kissingae* [56], *Lelii acidi Recobari* [57], *La-Victoire-Courmayeuri* [58] etc. *). Nonnunquam juvat curam thermarum resolventium ope incipere, ac aquis martialibus claudere [59]. Ne aquarum mineralium

53) Centum octoginta scriptis de thermis Carolinis a cl. DE CARRO recensitis (*Almanach de Carlsbad*. 4. *année* 1834. p. 1—26) accesserunt praeter continuationem ejusdem *Almanach* iisque ad annum 1841 et *Essay on the mineral Waters of Carlsbad. Prague* 1835; operis cit. RYBA editionem 2. 1835; E. HLAWACZEK *Die Wasserheilkunde mit besonderer Berücksichtigung der Carlsbader Thermalquellen. Wien* 1835; — J. WAGNER *Beobachtungen über Carlsbad und seine Heilwirkungen. Prag* 1837.

54) ZIEGLER *Ueber Marienbad in Böhmen und das Kreuzbrunner Wasser.* 1820; — F. E. KREYSSIG *Ueber den Gebrauch der Mineralwasser von Carlsbad, Embs, Marienbad, Eger* etc. *Leipz.* 1825. p. 214; — HEIDLER *Ueber den Gebrauch der Mineralwasser am Abend, mit besonderer Rücksicht auf Marienbad. Leipz.* 1836.

55) HUFELAND'S *Journal. B.* 59. *St.* 5. p. 116.

56) *Die Heilquellen vom Kissinger Ragozi und Pandur. Würzburg* 1830.

57) CANNETI *Dell'uso e dell'abuso delle acque minerali di Recoaro. Venezia* 1749; — PAGANI *Delle acque di Recoaro. Venezia* 1783; — A. BALTRAME DI SCHIO *Alcune generalità ed osservazioni storico-pratiche sulle acque minerali acidule delle R. fonti di Recoaro. Verona* 1832; — G. BIASI *Cenno sopra Recoaro e le sue acque acidule-marziali. Verona* 1837.

58) B. BERTINI *Idrologia minerale, ossia storia di tutte le sorgenti d'acque minerali note sinora negli stati di S. M. il Re di Sardegna. Torino* 1822. p. 149

*) *Die Heilquelle von Borszeck. Wien* 1825; — KAISER *Die Heilquellen zu Pfäfers. Chur* 1822. Ejusdem *Die Mineralquellen zu S. Moritz, S. Berardin* etc. *Chur* 1826; — LEONI *Saggio sulle acque termali di S. Berardino. Lugano* 1830; — L. GUZZETTI *Dell'acqua salino-ferruginosa di Boario in Valle Camonica; colla esposizione dell'analisi fatta di P. OTTAVIO FERRARIO. Brescia* 1841.

59) Quondam lex erat absolutâ cura Carlsbadii, fontes *Egranos* (*Franzensbad*) adeundi. Contigit inde necdum absolu-

lium actionem, pharmacis sustinendam esse credas. Si itaque fontes resolventes non abunde alvum moveant, non illico ad salia aut ad magnesiam confugiendum. Illorum enim fontium virtus minime a numero et a copia evacuationum pendet, imo nimia alvi libertas ab initio curae, ejus successui obstat, et quo tardius comparet, eo melior. Salutaris ab aquis soteriis excitata diarrhoea (*ab omni alia diversa* [60])) veluti crisis consideranda est, certe non unica, qua aquae ejusmodi morbos fugare moliuntur. Tempore autem ad grave hoc opus perficiendum natura indiget, qua de caussa protractam potius (minimum ad mensem) curam commendamus, quam potationem enormem [61]). Nec solo ther-

tam crisin thermarum carolinensium impeditam et lucrum acceptum amissum fuisse. Sic in genere; sed nequaquam, ubi potus thermarum carolinensium, propter aut nimias excitatas alvi evacuationes, aut peculiarem aegrotorum constitutionem, inconsuetam virium prostrationem reliquerunt. Tali in casu, imprimis si plethorae et haemorrhoidum desint indicia, fontes Egranos ut curae supplementum vel sigillum commendamus, vestigia legendo Hufelandii (*Journal B.* 57. *St.* 5. p. 117) et Schaefferi (*Beitrag zur näheren Würdigung der Nachkuren, besonders nach dem Gebrauche von Mineralquellen.* Hufeland's *Journal B.* 66. *St.* 4.)

60) Diarrhoea optata sub thermarum saltem Carolinensium usu, a diarrhoeis quibus aliàs purgantia, errores in diaeta, refrigerium, animi pathemata etc. ansam porrigunt, in eo differt 1. quod potum thermarum extemplo sequitur (ita ut latrinae in viciniis fontium construi debuissent); 2. quod elapso quatrihorio sileat (sumpto enim ultimo cyatho hora octava matutina, circa meridiem commode domus derelinqui potest); 3. quod absque torminibus, nisu, et debilitate contigit (si contrarium accidat, certus esto de commisso in regimine errore); et 4. quod faeces sunt biliosae, mucosae et cum flatibus odoris intolerabilis gaz hydrogenii sulphurati, evacuatae.

61) Quemadmodum sunt medici qui gloriam in praescriptione pharmacorum ad magnas doses quaerunt; ita aegroti quoad potum thermarum, ita ut vera sequatur indigestio. Respectu aquarum medicinalium Carolinensium, homo adultus incipiet a quatuor cyathis (unciarum quinque) intervallis quindecim horae momentorum, epotis; ascendat sensim sensimque ad cyathos octo, decem, duodecim, et decrescat eadem ratione. Horae matutinae optime potui in-

thermarum *potui* standum; eo enim per hebdomadem unam alteramve praemisso, quoque *balnea* (alternis saltem diebus) adhibenda sunt. Magna praeterea virtute pollent aquae thermales sub forma *clysterum* et *embrocationis* super hypochondrium dextrum, administratae. Idem de *limo thermali,* cum peculiari tamen circumspectione adhibendo, valet. Claudimus observatione, neminem propter aegrotorum idiosyncrasias, de effectu salutari fontis cujusdam medicinalis spondere posse; quamobrem ejus selectus medicis in loco praxin exercentibus relinquendus est. Tandem aegroti, in quantum fieri potest ad regiones aquis mineralibus varii generis abundantes mittendi sunt, eo, quod fonte unó non conducente, alter mox praesto sit [62]. *Aquas minerales artificiales* medicamentis, quae pharmacopolia suppeditant, aequiparamus. Relatio earum ad aquas naturales est, ut vinum Campanense loci *Epernay,* ad illud fabricarum.

C. autumnalis.

6. Absolutâ aquarum mineralium curâ, quies trium minimum hebdomadum aegroto concedenda, antequam ad illam *fructuum horaeorum* [63]) deveniatur; quos inter

serviunt; verum nihil impedit, quominus aeger de perfecta sobrietate conscius, et horis bibat vespertinis nisi somnus inde perturbatur. Catameniorum rite aut nimis fluentium tempore, primis saltem diebus, cura interrumpenda; secus si parce fluant. Graviditas et lactatio usui thermarum Carolinensium obstant.

62) Eiusmodi inter regiones *Bohemia*, utpote quae centum octoginta septem fontes minerales habet (De Carro l. c. 5. *année.* No. 6. *Catalogue alphabétique des eaux minérales connues en Bohème*), Ducatus *Nassau*, quae ab *aquis* nomen desumit, *Regnum Neapolitanum*, ubi undique fonticuli pullulant, et *Caucasus* (Hufeland l. c. B. 61. St. 5. p. 111) principatum tenent.

63) Schulze Diss. de fructibus horaeis. 1737; — Richter De salubritate fructuum horaeorum. Goett. 1754; — Boehmer Diss. de utilitate fructuum hortorum medicis. Lips

inter adversus hepatis infarctum biliosum maxime valent, *pruna* [64]), *uvae* [65]), *passulae* [66]) et *fici* [67]), jejuno ventriculo moderate [68]) usurpati.

7. Nullius autem anni temporis cura satis faceret, nisi simul *vitae regimen* ei adaptatum foret. *Hyeme*, praecipue abdomen et extremitates inferiores a frigore tueri debent; ac alvus in loco ab afflatu ventorum custodito deponenda. Ubi climatis rigor debitum corporis in aëre libero exercitium impedit; domi lusui globulorum eburneorum, choraeis, palestrae, equitationi cubiculari [69]), frictionibus, et maxime opificiis, quae violentiorem *brachii dextri* motum postulant [70]), indulgendum. Quoad victum reliquumque Regimen vitae.

1755; — Morelli *Cenno sull'utilità delle frutta*, Omodei *Annali universali di medicina. Vol. 58. 1831. Aprile.*

64) „Pruna alvum molliunt, stomacho vero utilissima." Plinius Hist. natural. Lib. XXIII. Cap. III.

„Pruna peregrinae carie rugosa senectae
Sume; solent duri solvere ventris onus." Martial. Lib. XIII. Epigr. XXIX.

Schola Salernitana consilium Roberto Ducis Normandiae pruna edendi sequentibus verbis dedit:

„Frigida sunt, laxant, multum prosunt tibi pruna."

65) *Cure de raisins. Traubenkur.*

66) D. Crüger De praestentia passularum in affectu hepatis. Miscellan. Acad. natur. curios. Dec. III. ann. III. p. 266.

67) Ficorum virtutem solventem illam uvarum aemulari testor.

68) Faselius De effectibus noxiis quos producit in corpore humano abusus fructuum horaeorum. Jenae 1766; — Morelli l. c. p. 64. („*Il celebre Giacomo Ammanati Piccolomini, detto il Cardinale di Pavia, morì di* 57. *anni nel* 1479 *per un' indigestione di fichi; lo stesso avenne al rinomato anatomico e medico di Montpellier Guglielmo Rondelet ai* 18 *Luglio* 1566, *avendo* 59 *anni.*")

69) *Chamber-horse* Anglorum.

70) Si *manus sinistra* minus in usum ducitur, ut *cordi* parcatur (Zecchinelli *sull'uso della mano destra a preferenza della sinistra. Padova* 1815), putarem *brachium dextrum* prae alio usurpari, ad adjuvandum circuitum, natura sua segnem, in hepate. Viro cuidam studiis addicto, et infarctu hepatis obnoxio, nullum motuum corporis genus adeo conducit, quam illud scriniarii, lignum runcinandi.

que vitae regimen, praecepta alibi tradita [71]) valent. Ingruente *verno* corpus gradatim motui majori adsuescendum. Equitatio praeprimis commendanda. Item aestivo praesertim tempore, itinera praecipue maritima [72]). Victus esto, quantum ventriculus sinit, vegetabilis [73]). Pisces selecti inprimis usurpandi [74]). Nullibi autem cibatio majores cautelas exposcit, quam aquarum mineralium sub cura [75]) et mox post illam. Jusculis tunc ex oryza, hordeo et avena, carnibus junio-

rum

71) Praeceptorum P. II. Vol. I. Sect. I. Cap. XVII. §. LXXVII. 2.

72) „*A Sea voyage embraces an extended series of advantages. First, it communicates a constant succession of movements advantageous to healthy hepatic action, uninterruptedly. day and night, without subjecting the enfeebled frame at any time to languor from exhaustion or fatigue; which necessarily ensues more or less from all other modes of exercise. Secondly, A great change of air is experienced, or rather, a continued and rapid series of changes. Thirdly, A change is effected from the ordinary occupations, habits, and scenes. Fourthly, The regularity usually observed by good company at sea, in respect to the hours of repose and early rising, is extremely conducive to the restoration of general health, and especially so in cases of hepatic diseases and dyspepsia. Fifthly, The absence of all business or occupation, and the trifling away of time in calculations on progress* etc. *Keep the mind relaxed, which tends to restore health. Sixthly, The regular walk on deck, taken when a sitting posture long continued becomes unpleasant, promotes vascular action, and tends to the improvement of delicate health.*“ Conwell *A treatise on the functional and structural changes in the Liver* etc. p. 250. Miror cl. auctorem effectus salutares et nocivos nauseae et vomitus navigantium in systema hepaticum silentio transiisse, qui, priusquam alicui, pro restauranda salute consilium itineris maritimi detur, perpendendi erunt. Cfr. Praeceptorum P. III. Vol. I. Sect. II. Cap. XXI. §. LXXX. 10. §. LXXXI. 4.

73) Friese De salubriori usu alimentorum ex regno vegetabili, quam ex animalibus desumptorum. Regiomont. 1729; — Alberti De salubritate esculentorum vegetabilium prae carnibus animalium. Halae 1746; Cfr. tamen Haller De victu salubri ex animalibus et vegetabilibus temperando. Goetting. 1751.

74) Quondam infarctu hepatis laborantibus, speciatim commendabantur juscula ex cyprino tinca parata!

75) J. C. Tilling Diss. de eorum, qui aquis mineralibus utuntur diaeta. Lips. 1768.

rum animalium, fructibusque coctis saccharo edulcoratis, standum, vinique copia imminuenda, aut ab eo plane abstinendum. *Cura autumnalis* pleniorem admittit victum. Evitandus post eam transitus repentinus a motu ad quietem.

8. *Infarctus hepatis scrophulosi therapia* ab illa scrophularum in genere [76]) abstrahenda. Juvabit quoque tradita de cura stadii latentis phthiseos pulmonalis scrophulosae praecepta [77]), in mentem revocare. Sicuti in illo morbo, ita et hîc, maxime cavendum, ne conatibus, glandulas systematis vasorum lymphaticorum infarctas resolvendi, illarum phlogosin excitemus; indeque ad praecavendum malum futurum, praesens inducamus. Periculum ejusmodi inevitabile, si morbum remediis validioribus aggredimur. Ipsarum *frictionum mercurialium*, usus hîc alea plenus est *); longe minus

C.inf. scrophulosi.

76) Praeceptorum etc. P. IV. Vol. I. Sect. I. Cap. de scrophulis.

77) Praeceptorum etc. P. II. Vol. II. Sect. I. Cap. X. §. XLIV. 13.

*) „Mr. George (*London medical Gazette XII.* 569), *in a letter on the injurious effects of mercury in some forms of disease, particularly notices a state of disorder, in children, occurring more frequently in those of scrophulous temperaments, which is evinced by languor, loss of appetite, a diminution, and sometimes a total cessation, of the biliary secretion, with slight emaciation, more particularly of the extremities, — such a train of symptoms, in short, as would, he says, universally be supposed to demand the free and continued use of mercurial medecines, but in which his experience would declare that they are absolutely prejudicial.*“ Thomson Op. c. p. 259. Et Saunders (*Observations on the Hepatitis of India* p. 32): „*In hepatic diseases where scrophulous tubercles are formed, and in other affections of the liver where the structure has been destroyed by interstitial deposite....., J have never seen any advantage from the use of the mercury. On the contrary, J. am persuaded that the life, which, under all these unfavorable circumstances, might have been prolonged by other means', as well regulated diet, and moderate use of gentle, mild, opening medecines, has been shortened by mercury.*“ — Nec secus Farre (Op. c. p. 22): „*Patients suf-*

nus ille minimarum *aethiopis antimonialis* dosium [78]). Memores hypothesium, quarum caussa *acidum muriaticum oxygenatum*, et *nitrico-muriaticum* pro vicariis mercurii declarata fuerunt [79]), laudibus eorum [80]), etsi per analogiam non novis [81]), raro aures praebuimus. Nihil tamen nos ab usu externo sub forma imprimis *pediluviorum* [82]) absterruit; sine majori tamen successu eo qui generatim a pediluviis (potissimum acrioribus) obtinetur. Usui interno *murias calcis* [83]) commendari mere-

fering under these diseases are not, as far as J have observed, benefited by the operation of mercury."

78) In pueris quarta pars grani, in adultis granum dimidium de die bis sub forma pilulae cum extracto stipitum dulcamarae; et sic per plures menses.

79) Jatro-chemici finis seculi XVIII., vim medicam mercurii oxygenio eo nupto adscribentes, concluserunt omnes substantias oxygenio abundantes, maxime autem acidum muriaticum oxygenatum, illius habere virtutem. En cur illud acidum, non solum in lue, sed etiam in hepatis obstructione commendatum fuit.

80) H. Scott *Observations on the internal and external use of the nitro-muriatic acides in the cure of diseases. Medic. chirurgic. Transactions. Vol.* 8. *P.* 1. *Lond.* 1817. p. 185; — Walter Dunlop *A Treatise on the medical powers of the nitro-muriatic acid both in various diseases. London* 1820; — W. Wallack *Researches respecting the medical powers of chlorine, particularly in diseases of the Liver, with the account of a new method of applying this agent. London* 1822; et Gerson *u.* Julius *Magazin der ausländischen Liter. der Heilk. B.* 11. *Hamburg* 1826. p. 181; — C. L. Bernhard Diss. de utilitate acidi nitrici et muriatici inter se mixtis. Lips. 1824.

81) Jam Bianchi (Op. c. T. I. p. 409) Spiritum vitrioli, in longis haustibus dilutum, súasit.

82) Franc. Tantini *Sull'uso dei pediluvii nitro-muriatici in una pertinace malattia di fegato. Repertorio medico-chirurgico di Torino. No.* 53. *Maggio* 1824; — F. Lavagna *Nuove sperienze comprovanti l'utilità dei pediluvii nitro-muriatici in alcune malattie del fegato.* Ibid. *No.* 64. *Aprile* 1825; — Spadafora *Osservatore medico di Napoli. Luglio* 1830; — Schlesinger, Hufeland's *Journal. B.* 74. 1834. *St.* 11. p. 97. (Rp. Acidi muriatici drachmas tres, acidi nitrici drachmas duas, enm libris quinquaginta aquae calidae, in vase ligneo. Pro balneo pedum ad genua usque) Cfr. *Encyclopädisches Wörterbuch der med. Wissenschaft. B.* 16. p. 106.

83) R. Muriatis calcis drachmam. Solve in aquae destillatae

meretur; secus ille *muriatis barytae* [84]). *Jodii* [85]) tentandi vim, opportunitatem non habuimus*). Hucusque enim in curando hepatis infarctu scrophuloso, non poenituit stetisse, reginini diaetetico scrophulis accommodato, remediis alvum leniter moventibus, praesertim generis anthelminthici [86]), sero lactis, jusculis vegetabilibus, aquis mineralibus mitiori vi solvente dotatis et parvis *tartari emetici* dosibus [87]). Quibus auxiliis, graviori in malo, *setaceum*, vel *fonticulum*, ad hypochondrium dextrum, conspicuo cum fructu, adjunximus. Illinitioni *unguenti* ex *tartaro stibiato* [88]), quatenus pustulas continuo molestas excitat, non favemus.

9. Ignorari non debet, ad sustinendum hepar infarctu conspicuo laborans, *auxilia mechanica* proposita fuisse [89]), a quibus tamen plus detrimenti quam levaminis expectandum esse credimus. Auxilia mechanica

---

Caput V.

uncia. D. S. Bis de die guttas triginta cum vehiculo mucilaginoso. Cfr. Odier *Manuel de médec. pratique*, *formule* 134.

84) „*J'ai aussi prescrit le muriate de Barite de divers manières et avec la circonspection que demande un pareil remède, sans en tirer des succès bien remarquables.*" Portal l. c. p. 360.

85) W. Milligan's *Erfahrungen über den Nutzen der Jodine bei Leber- und Milz-Anschwellungen.* Ex *London medical Repository and Review. Vol.* 19. *p.* 114, in Gerson et Julius *Magazin. B.* 6. p. 67; — Janke *Ueber die medicinische Wirkung des Jodes.* Græfe *u.* Walther *Journal für die Chirurgie und Augenheilkunde. B.* 26. 1838. *Hft.* 4. *p.* 545; — Abercrombie Drachmam semis Jodinae cum uncia axungiae pro unctione adhibet. (Thomson l. c. p. 219.)

*) „Mr. Twining *states* (*Calcutta Transact. T. VI.* p. 387) *that, as far as he has been made acquainted with the effects of Jodine administred in chronic hepatic diseases, that practice appears to have been remarkably unsuccessful.*" Thomson l. c.

86) Ut oleum ricini.

87) Portal l. c. p. 385.

88) Ed. Jenner *On the influence of artificial eruptions in certain diseases incidental to the human body. Lond.* 1822.

89) G. H. Troschel Diss. de morbis ex alieno situ partium abdominis. Haller Disputation. ad historiam et curam mor-

CAPUT V.

De calculo biliario.

---

§ XIX

Definitio. Scriptores.

Definitio. 1. Concretiones leves plerumque et inflammabiles, formâ, magnitudine et colore variae, aliquando in hepate, saepissime in cystide fellea et in ductibus biliariis, nunc sine conspicuis turbis latentes, nunc cruciatus potissimum periodicos ad hypochondrium dextrum et epigastrium excitantes, in multis aegrotantibus ocyus serius per alvum, vomitum aut vias morbosas, praevio haud raro ictero, secedentes, *calculi* vocantur *biliarii*[1]).

Scriptores. 2. Medicis antiquitatis et Arabibus calculi biliarii, saltem in homine[2]), ignoti fuere. Primam eorum mentionem injecerunt GENTILIS DE FULIGNO[3]), BENEDETTI[4]), VESALIUS[5]), FALLOPIUS[6]) et BENIVENIUS[7]). Calculos autem biliarios non solum in cadaveribus reperiri, sed etiam a viventibus evacuari, primum FERNELIUS[8]) docuit.

borum pertinentium. *T.* IV. No. 118. p. 200; — Cfr. *Discourse on the Enlarged and Pendulous Belly, shewing it to be a visceral affection, and attended with many important consequences in the human Economy with observations on diet. By* RICHARD FRANKUM. *London* 1841.

1) SYNON. Cholelithiasis, a *χολή* bilis, et *λίθος*, lapis; cholelithi; lapilli biliares; lapilli biliarii; ITALIC. *Calcoli biliari.* GALLIC. *Calculs biliaires;* ANGLIC. *Gall-Stones;* POLONIC. *Kamien żolciowy;* RUSSIC. Желчевой камень.

2) RHAZES (De facultatibus animi Cap. III.) de calculo in ductu hepatico bovis latente mentionem facit.

3) Consilia. Patav. 1492.

4) Anatom. Libr. V. Venet. 1493.

5) Epist. de radicis chinae decocto. Basil. 1546.

6) Observat. anatomic. Venet. 1561. p. 401.

7) De abditis morborum causis. Cap. XCIV.

8) Pathologia. Lib. VI. Cap. V. („Quin etiam post diutur-

cuit. Accesserunt CAMENICENUS[9]) et KENNTMANNUS[10]). Nihilominus principes medicorum seculi XVII., de ejusmodi calculis solum ubi de ictero[11]) et colica[12]) loquuntur, tractant. BŒRHAAVIUS non ex libris sed ex propria experientia calculorum biliariorum acquisivit notionem[13]), certe non perfunctoriam juxta SWIETENIUM[14]). Ipse tamen, qui integrum caput calculo viarum urinalium dicavit[15]), de biliario solum per tran sennam egit[16]). Longe secus FRIDERICUS HOFFMANNUS[17]). MORGAGNI[18]) (qui primum apud VALISNERUM conspicuum calculum biliarium „praecedentibus ventris cruciatibus acutissimis" evacuatum viderat) non solum cholelithorum characteres externos, sed illorum quoque cum variis morbis nexum illustravit; qua in re HALLERUM[19]) aemulum habuit. Nec calculum biliarem silentio praeteriverunt auctores monographiarum de

 morbis

num icterum, oborto alvi profluvio, hujus naturae innumeros calculos, instar pisi aut hordei, in plerisque exturbari deprehendimus.")

9) In epistola ad MATTHIOLUM. MATTHIOLI Epist. Lib. V. p. 184.

10) Calculorum, qui in corpore ac membris hominum innascuntur, genera XII. descripta cum historiis; in CONRADI GESNERI libro: De omni rerum fossilium genere. Zurich. 1565.

11) SENNERTUS, RIVERIUS, ETTMÜLLERUS, SYLVIUS DE LA BOE, WILLISIUS, BAGLIVIUS etc.

12) MORTON.

13) Sic asserit COE op. citando p. XX.

14) „Ubi ergo tales icteri periodici mihi occurrebant in praxi *ab optimo praeceptore monitus* primo, et dein in hac sententia medicarum observationum lectione confirmatus semper cogitavi de calculis in cystide fellea haerentibus." l. citando.

15) Commentaria in H. BOERHAAVE Aphorism. T. V.

16) Ibid. T. III. Hepatitis et Icterus multiplex.

17) Medicin. rationalis systema. T. IV. Sect. II. Cap. III, De doloribus et spasmis praecordiorum a calculo felleo ortis. et de ejus generatione.

18) Adversar. anatom. III. Animadv. 28; — De sedibus et caus. morbor. Epist. XXXVIII.

19) Programma de calculis felleis. Goetting. 1750; opuscula pathologica histor. 38. 39; Nova Comment. Goettingen. T. VIII. p. 8.

morbis hepatis [20]). Inter illos, qui de hoc affectu ex professo scripsere [21]), peculiari mentione digni sunt: VATER [22]), SCHLACHT [23]), PEZOLD [24]), MORAND [25]), TEICHMEYER [26]), COE [27]), SABATIER [28]), HEBERDEN [29]), DELIUS

20) Cap. I. §. III. 2.
21) MURALT Diss. de bile et concrementis biliosis. Tigur. 1673; — PETERMANN Diss. de ictero ex calculis vesicae felleae. Lips. 1699; — NEBEL Diss. de coagulo bilis in vesicula fellea. 1714; — SCHEFFELIUS Diss. de lithiasi fellea. Lugd. Batav. 1721; — CAMERARIUS Diss. sistens calculos in vesica fellea repertos. Tübing. 1724; — ABR. NITSCH De dolore et spasmo ex calculo felleo. Hal. 1731; — G. DAVIDS Diss. de calculis cysticis et *hepaticis*. Lugd. Batav. 1734; — GEBAUER *Observatio von einem Soldaten, bei welchem ein grosser Stein aus der Gallenblase excernirt worden. Erlanger gelehrte Anzeigen.* 1744. p. 377; *Von Gallensteinen, ibid.* p. 385; — ROSENBLAD Diss. de calculis *hepaticis* et cysticis. Scan. 1762; — GMELIN et HOCHSTETTER Diss. de cholelithis humanis. Tubing. 1763; — THOMEZE Diss. de calculo biliari. Leid. 1773; — B. G. F. CONRADI, praeside GRUNER, Diss. experimenta nonnulla cum calculis vesicae felleae humanae. Jen. 1775. (Delect. Dissertat. medicarum Jenensium. Heidelberg 1783. Vol. II.); — WILKENS Diss. de calculis biliariis. Argent. 1777; — DIETRICH Observat. quaedam rariores de calculis in corp. hum. inventis. Hal. 1778; — AMBLUNG Diss. de calculis biliariis. Marb. 1797; — LODER Descriptio calculi vesicae felleae singular. Jen. 1798; — BRUNIER *Essai sur les calculs biliaires. Paris* 1803; — A. MOSOVIUS De calcul. animal. eorumque imprimis biliariorum origine et natura. Berolin. 1812; — L. F. SCHMIDT De concrementor. biliarior. genesi. Berolin 1821.
22) Diss. de calculi in vesicula fellea generatione. Vitemb. 1722; — HALLER Disput. ad histor. et curat. morbor. pertinentium. T. VII. No. CCLXIV; — Diss. Observat. rariss. calculorum genesin illustrans. Viteb. 1726.
23) Diss. de aegro icteritia phthisi laborante. Herborn. 1724.
24) Diss. de Cholelitho. Argentor. 1725. HALLER Disputat. T. III. No. CVI.
25) *Sur les pierres du fiel singulières. Mémoires de l'Académ. R.* 1741. p. 355.
26) Diss. de calculis biliariis. Jen. 1742. HALLER Disputat. T. III. No. CVIII.
27) *Treatise on bilious concretions: or stones in the Gall-Bladder ducts. London* 1757; versio germanica, qua utor: *Abhandlung von den Gallensteinen, nebst* J. MACLURGE *Versuch über die menschliche Galle. Leipz.* 1783.
28) Tentamen de variis calculorum biliariorum speciebus, diversoque ab iis pendentium morborum genere. Montesp. 1758.
29) *Medical Transactions published by the College of Physicians. Vol. II. Lond.* 1772. p. 123.

Delius [30]), Titius [31]), Straub [32]), Sœmmerring [33]), Voigtel [34]), Richelmi [35]), Leo et Pleischl [36]), J. Wendt [37]), Cluterbuck [38]), Bouillaud [39]), Stokes [40]), de Carro [41]), Fauconneau Dufresne [42]), E. Crisp [43]), aliique passim recensendi.

§. XX.

Symptomata.

1. Nostra quoque experientia confirmat, calculos nonnunquam in organis biliariis latere, quin ullo sese manifestent symptomate [1]). Interea casus ejusmodi rarius Absentia.

30) De cholelithis observat. et experiment. Erlangae 1782. Cfr. Blumenbach *Medicin. Bibliothek. B.* 1. *St.* 1. p. 121.
31) Diss. de ortu calculorum felleorum eorumque caussis. Lips. 1790; — Programma quomodo concretiones biliosas per alvum pellere conveniat exemplo illustrat. Vitemb. 1795.
32) Diss. de calculis biliariis. Magunt. 1792.
33) De concrementis biliariis corporis humani. Francof. 1795. Versio Gallica cum notis auctore F. M. Remond.
34) *Handbuch der pathologischen Anatomie. B.* 3. *Abschn.* 13.
35) *Essai sur les calculs biliaires. Nice* 1826.
36) *Merkwürdige Krankengeschichte einer Gallenstein-Kranken, nebst der chemischen Analyse, der Abbildung dieser Gallensteine und des krystallischen Cholestearins. Prag* 1826.
37) *Ueber einige merkwürdige Steinerzeugungen im menschlichen Körper. Heidelb. klinische Annalen. B.* 6. *Heft* 2. p. 249.
38) *The Lancet* 8 *July* 1826.
39) *Recherches cliniques sur les maladies de l'appareil excréteur de la bile. Journal complémentaire du Dictionnaire des sciences médicales. Cahier* 114. *Décembr.* 1827. p. 150.
40) *Lectures of the theory and practise of medecine. Lect.* 12—17. *The London medical and surgical Journal. Vol.* 5. et Behrends *Allgem. Repertor. der med. chir. Journalistik des Auslandes. Jahrg. V. No.* 9. 1834. p. 24.
41) *Observations pratiques sur les calculs biliaires. Almanach de Carlsbad. Année* 7. *Prague* 1837. p. 26.
42) *Des calculs biliaires et des accidents qu'ils déterminent. Revue médicale. Premier Trimestre* 1841.
43) *The Lancet for* 1841. *Vol.* 1. *No.* 11
1) „Calculus ex se ipso, dum quiescit, nihil mali facit, nisi ponderis sensum, sed irritat mole, pondere et asperitate.“ Boerhaave Institut. §. 790; — „*A gall-stone weighing two drachmes was found in the gall-bladder of the late Lord Bath, though he had never complained of jaundice, nor of any disorder which J could attribute to this cause.*“ Heberden l. c. p. 134. Cfr. Fiedler et Prochaska ll. citandis, quo-

rarius notarentur, si inferiorum ordinum aegroti, leviora mala, quae nec domo exire, nec propria negotia perficere impediunt, non spernerent, et dum propter graviores morbos in nocosomia suscipiuntur, illorum tantummodo solliciti; symptomata quae ad mala praecedentia spectant, silentio non praeterirent; unde fit quod sectis eorum cadaveribus, repertus calculus biliaris sine praeviis incommodis extitisse dicitur.

Divisio. 2. *Symptomata* calculorum biliariorum jure dividi solent, in illa *paroxysmi* (conamina eorum e viis biliariis in intestina transeundi) et *stadii liberi* (calculis plus minus quiescentibus).

S. paroxysmi. 3. Cruciatus saevus, distendens, lancinans, per insultus exacerbatus, ex hypochondrio dextro ad umbilicum et epigastrium extenditur; quae regiones tensionem, et saepe at non semper [2]), tumorem exhibent, attactumque plerumque respuunt. Dolent haud raro lateris affecti scapula, brachium, mamma, collum, dorsum, lumbi et nates [3]), quid quod hypochondrium sinistrum *). Urgent anxietas et inquietudo. Aegrotus situm erectum evitat, sedendo aut incedendo corpus antrorsum flectit, libentius supinus aut in latus dextrum decum-

rum vero primus fidenter asserens calculum biliarium sine molestiis (*ohne erregtes Leiden*) evacuatum fuisse, morbi historiam refert, ex qua elucet aegrotum antea *colicam* biliosam, et diarrhoeam chronicam perpessum esse! Et calculus biliaris innocuus de quo Prochaska, post *diuturnas passiones* (*nach langwierigen Leiden*) ano excretus est!

2) Strack in omnibus calculo biliario laborantibus tumorem epigastrii observasse, asserit Straub Diss. cit. p. 65.

3) Durande l. citando p. 41.

*) G. Hesse in Horn's *Archiv für med. Erfahrung*. 1821. *Nov. Decemb.* p. 439 („*eine hochbejahrte Frau, welche an Gallensteinen litt und starb . . . klagte höchst selten über Schmerzen in der Gallenblase, und diese waren nie sehr bedeutend, wohl aber periodisch über die heftigsten schmerzhaften Empfindungen in der Milzgegend.*“)

decumbit, truncum una cum capite antrorsum inclinando. Maxime molestant nausea, conatus vomendi et vomitus, quo pro re nata rejiciuntur alimenta semicocta, bilis, et interdum calculi [4]). Vomitus iste talem interdum adtingit gradum, ut passionem iliacam coram habere crederes [5]). Accedunt, sub continuis ejulatibus nunc dyspnoea, singultus (aeque ac narium emunctio, fortuitaque tussis ventris cruciatus adaugens), spasmi [6]), convulsiones et lipothymiae. Sub tot tantisque aerumnis pulsus plerumque a norma non recedit, nisi quod aliquando lentior fiat. Observavimus eum tamen et frequentem socio horrore intercurrenteque calore [7]). Alvus utplurimum clausa, et excrementa clysterum ope educta, argilacea. Urina ab initio clara, serius evadit tincta, crocea. Nisi icterus in universa cute prorumpat [8]), oculorum saltem albuginea, et alae nasi flavo in

4) Schurig Lithologia; — Orteschi *Giornale di medicina. Venezia T. 1.* p. 380 (vide Eschenbach *Vermischte medic. chirurg. Bemerkungen.* 2. *Samml.* 1785. p. 252); Coe l. c. p. 60. Duo dumtaxat exempla cholelithorum vomitu rejectorum habeo, ambo in feminis, quarum altera ann. 1801 in nosocomio Vindobonensi decubuit; altera uxor erat civis Wilnensis.

5) Graige *History of a case in which the symptoms of Iliaca passio arose from the transit of an unusally large Gall-stone, terminated favourably. Edinburgh medical and surgical Journal. Octob.* 1824. p. 235; — H. L. Thomas *Medico chirurg. Transactions. Vol.* 6. p. 99; — Howship *Practical Remarks upon Indigestion.* p. 184.

6) Fr. Hoffmann Diss. de dolore et spasmo ex calculo felleo. Hal. 1731; — W. Th. Raw De doloribus et *spasmis* ex calculo felleo. Acta acad. natur. curios. Vol. X. p. 92.

7) Cap. VI. §. XXXII. 14.

8) „Vir celebris, et primus ex nostris in clinico *Vindobonensi* antecessoribus (Haen), quinque per annos matronam tractavit, quae, licet *ictero* nunquam laboraverit, in vesicula tamen fellea, immaniter extensa, post obitum, plus quam mille calculos exiguos, plerosque quadrangulos, obtulit. Eximius quondam Daniae chirurgus, ac diarii medici scriptor (Tode) reginae exemplum adducit, quae multos omnino calculos felleos, sine ictero praegresso aut secuto excrevit. Vir ex nostris quondam auditoribus egregius (Titius), in femina

in multis colore notari solent. Morbo ad acmen spatio nychthemeri unius alteriusve, rarissime ultra [9]), perducto, aegrotorum nonnulli sensum experiuntur ac si in regione ventris quae maxime dolet, aut aqua deflueret, aut aliquid caderet, aut laceraretur; plerique tamen nihil praeter dolorum remissionem percipiunt, subsequentibus, primum reliquorum symptomatum levamine dein illorum cessatione. Absoluto paroxysmo, post paucas hebdomadas, aliquando post annum, et ultra redituro ocyus serius in plurimis aegrotantibus *calculi* haud raro mirabiles volumine [10]) et copia [11]), nunc cum

triginta et octo annorum ex phthisi pulmonali defuncta, et quae dum viveret, de appetitu ciborum deleto, de cardialgia, de vomituritione, ac de alvi constipatione conquesta erat, quadraginta quinque calculos felleos reperiit, quin ideo haec femina, icterum unquam experta sit." J. P. Frank Epitome de cur. hom morbis. Lib. VI. Pars III. Ordo VI. Genus 2. — Et uxor civis Wilnensis, de qua supra, nunquam ictero laboravit. De cholelithis absque ictero legitur quoque apud Morgagni (op. c. Epist. XXXVII. 31.); — Haller (opusc. pathologica); — Ludwig (adversaria medico practica. *Vol. I.* p 450); — Marcard (*Medicinische Versuche. Th.* 1. p. 162) etc.

9) „*This pain seldom last without intermission above two or three days; but I remember its continuing in one person near a month without any intervals of ease, except what were produced by opium.*" Heberden l. c. p. 128.

10) Lazar Riverius Observat. obs. 4. (calculi mole et scabritie podicem transeundo infestabant); — Th. Bartholinus Hist. anat. rarior Cent IV. hist. 49 (mole nucis avellanae); — Wolffriegel Ephem. acad. natur. curios. Dec. I. ann. II. obs. 89 (granorum sex); — Luc. Schröck ibid. ann. IX. obs. 90 (drachmae decem); — Swieten Comment. T. III. p. 135 (articulum pollicis aequans); — Brechfeld Acta medica Hafn. Vol. I. obs. 100 (mole ovi columbini); — F. G. Meyer Epistola ad Zimmermannum de magno vesicae felleae calculo per anum excreto. Baldinger Selectus opusculorum. Vol. V. Hannov. 1768; edit. altera. ibid. 1790; — Orlow Program. de insigni calculo felleo per alvum excreto. Regiomont. 1787; — G. Prochaska Opp. minora anatom. physiolog. et patholog. argumenti. Pars II. De calculo felleo per anum excreto; — P. C. Lettsom *Case of biliary calculus. Memoirs of the medical society in London. Vol. I.* p. 373 (calculus duorum cum dimidio pollicis, ponderis drachmarum decem et granorum viginti trium); — W. Dixon *The London medical Gazette. Vol. I.*

cum tenesmo et sanguine [12]), nunc sine omni molestia *), interdum una cum hydatidibus [13]), evacuari solent. Aliàs per alvum eliminantur *arena cinerea,* dum exsiccata, *splendens* [14]), vel et lateritia *), aut *mate-*

p. 370 (calculi cylindrici ponderis granorum ducentorum et septuaginta octo); — Cerutti *Beschreibung der pathologischen Präparate in dem anat. Theater zu Leipzig.* 1819. p. 132. 134; — Chevalier *Revue médicale. Février* 1829. (calculi ponderis 13 *grammes*;) — T. Brayne *Two cases of bilary calculi of extraordinary dimension. Plate V. Fig.* 1. (*weight, next day,* 162 *grains, transverse circumference of the widest part,* $3\frac{5}{8}$ *inches*; *long diameter* $1\frac{3}{8}$ *inches*; *short* $1\frac{1}{8}$ *inches*). *Medical and chirurgical Transactions published by the medical and chirurgical society of London. Vol.* 12. *P.* 2. 1823, et *Sammlung auserlesener Abhandlungen f. pr. Aerzte. B.* 31. p. 543; — de Carro l. c. anno 1837. p. 36 (calculi duo; quivis diametri pollicis); — Acta Roterdamensia T. 1. p. 575.

11) Horstius Epist. med. Lib. II. c. v. (Calculi 245 in viro, 150 et ultra in femina); — Lentilius Ephem. acad. natur. cur. Dec. II. ann. VII. obs. 136 (manipulum integrum).

12) Leo et Pleischl l. c. (calculi quatuor simul ponderis unciae, drachmae et granorum $20\frac{1}{2}$).

*) Fiedler *Zwei der grössten, ohne erregtes Leiden durch den After leicht abgegangenen Gallensteine. Medicinische Jahrbücher des k. k. österreichisch. Staates. Neue Folge. B.* 3. p. 78.

13) W. Gaitskell *The London medical Repository. Vol.* 4.

14) Quatuor ejusmodi habeo exempla, quorum unum in virgine Novocomensi (A. 1827); alterum in uxore comitis Bergami habitantis (A. 1827); et reliqua in duabus matronis Russis (A. 1836 Carlsbadii). Mirum est arenam hisce in aegrotantibus sibi omnino similem fuisse. Excernebatur quotidie a drachma una ad drachmas duas, una cum faecibus, et quidem conspicuo subsequente levamine dolorum circa hepar. Flavedo quoque cutis in secunda et tertia aegrota decreverat. Conveniunt hae observationes cum illis Cok (l. c. p. 69): „*Man fand bei einer Frauensperson, die verschiedene Tage sehr heftige Schmerzen ausgestanden hatte, unter den Excrementen verschiedene gelbe feste aber doch weissliche Körper.... Im folgenden Tag aber ging von dieser Patientin ein runder kleiner Stein ab, der nicht grösser als eine grosse Erbse war. Es hingen dessen Theile so leicht unter sich zusammen, dass, da man ihn blos etwas anfühlte, derselbe in eine weisslichte sandigte Erde zerfiel. Zu gleicher Zeit aber gab die Kranke auch noch ohngefähr einen grossen Löffel von der nämlichen sandartigen Erde von sich, die aber unter sich gar nicht zusammenhing. Nachdem alles dieses abgegangen war, verschwanden die Schmerzen augenblicklich, die Gelbsucht verlohr sich auch so ge-*

materia sebacea [15]). Secessus rerum memoratarum interdum per plures menses continuat. Nec illi paroxymus (saltem descriptae vehementiae [**]) necessario praecedere debet. Plurimi enim privilegio fruuntur, ejusmodi res nocivas placide evacuandi, ita ut dumtaxat symptomata aliàs intervallis liberis addicta, animadverti possint.

S. temp. liberi. 4. Sunt autem hujusmodi symptomata: sensus ingratus caloris et ponderis [16]), e hypochondrio dextro ad epigastrium surgens, a pastu, praesertim lautiore, aeque ac a jejunio protracto auctus; ciborum adpetitus imminutus, frequens acidorum vel flatuum nidorosorum eructatio; lingua sub somno sicca; sapor oris amarus, nausea, aliquando vomitus; dolores artuum [17]), scapulae et

schwind, als man es nur erwarten konnte, und die Kranke wurde wieder völlig hergestellt." —

) Coe l. c. p. 71. („Zuweilen geht von gelbsüchtigen Patienten eine sehr dicke Galle ab, die fast so zähe als Vogelleim ist, und viele(?) dieser Patienten gaben mit den Excrementen eine grosse Menge sandigte Materie von sich, die eine verschiedene Farbe hat, und bald weisslicht, zur andern Zeit aber wie Ziegelmehl röthlich, oder braun und schwarz ist."*)

15) Tulpius Observat. medic.; — Babington *Philosophical Transactions* 1813. *P.* 2. p. 152; — Turner et Howship *Practical observations in Surgery and morbid anatomy.* p. 283; — Kuntzmann *Abgegangenes Fett durch den After.* Hufeland's *Journal B.* 53. *Juli* 1821. p. 107; — E. A. Lloyd *Jaundice with discharge of fatty matter from the Bowels and a contracted state of the duodenum. Medico-chirurgical Transactions published by the medical and chirurgical Society of London. Vol.* 18. *London* 1833. p. 65; et *Neue Samml. auserl. Abhandl. B.* 17. *St.* 1. *Leipzig* 1835; — Bright *Cases and observations connected with diseases of the* Pancreas et Duodenum. Ibidem Cfr. Cap. XII.

**) Sufficit de scriptorum symptomatum unum alterumve, puta periodica dyspepsia, ad paroxysmum constituendum; quod probe notandum.

16) Pondus magnum molestum et ex una in alteram partem delabens, e regione hepatis percepit ille comes, de quo Hildanus loquitur (Observat. Cent. IV. obs. 44).

17) Tunæus Cas. medicinal. Lib. III. cas. 28.

et brachii [18]) lateris dextri; tormina ventris, alvus tarda, faeces vel cinereae, vel nigrae, vix unquam normales; spasmi surarum; hemicraniae frequentes, dyspnoea [19]), vitae taedium [20]); corporis, in diuturno malo, emaciatio; habitus morbosus, ictericus, aliquando floridus [21]). Interdum hypochondrium dextrum et regio epigastrica tumorem [22]), vel etiam fluctuationem exhibent, licuitque in aegrotis nonnullis macilentis, calculos cystidi felleae inclusos tactu percipere [23]).

§. XXI.

Necroscopia.

1. *Calculi hepatis* [1]) inventi sunt ad ejus superficiem Hepar.

18) Baglivius Opp. de bilis natura („anno circiter ante obitum [aegrotus] dolorem vehementissimum, ac fere continuum, nullisque cedentem remediis in brachio dextro, quod elevare et circumferre vix poterat, passus est)." Coe l. c. p. 161. („*Sie (die Kranke) wurde auch wirklich, nachdem die Gallensteine durch den Stuhlgang von ihr abgegangen waren, von dem Schmerz in dem Arm und der Schulter so gut als von der Colick befreit.*")

19) Portal *Maladies du foie* p. 521. („*La difficulté de respirer pourrait provenir... particulièrement des calculs biliaires retenus dans les canaux excréteurs de la bile et dans la vésicule du fiel même.*")

20) Praeceptorum etc. P. II. Vol. I. Sect. I. Cap. XXII. § XCIV. 2. Cfr. Heyfelder. Hufeland's *Journal. B.* 84. p. 21 sq.

21) Plures novi, praesertim inter feminas, calculo biliario laborantes, et nihilominus genas roseas exhibentes.

22) Bianchi (Historia hepatica. T. I. p. 189) epistolam Lentilii refert, ubi legitur: „*Tumor* aliquando hypochondrii, seu epigastrii potius dextri, curandus oblatus fuit, cum icterico colore. Frustra tentatis pluribus, exhibui infusum ex hepaticis desobstruentibus cum purgantibus mixtum: excreti sunt plusquam trecenti per alvum calculi, ex rubro flavescentes: aliqui cardamomi quantitatem aequantes, alii minores. Detumuit epigastrium, et aeger convaluit." — Cfr. Stoerk Annus medicus. Part. I. p. 132.

23) Petit (*Mémoire de l'Académ. R. de chirurgie. T. I.*) asserit, quod calculi cystidis felleae, si multi et conspicui, se tactui ita exhibent, ut nuces sacco inclusae.

1) Hepatolithi. Germ. *Lebersteine.* Gall. *Calculs hépatiques.*

ficiem [2]), in membranis [3]), in canalibus biliferis [4]) inque contextu visceris [5]), modo normalis, modo praemagni.

2) Bartholinus Hist. anat. rar. Cent. IV. hist. 64. T. II. p. 364; — Pol Miscell. acad. natur. curios. Dec. I. ann. IX. obs. 104. p. 263; — Wurzer in Scherer's *Allgemeinem Journal der Chemie. B.* 4. *Heft* 24. 1800. *Jun.* p. 573, et Isenflamm's *und* Rosenmüller's *Beiträge für die Zergliederungskunst.*

3) Benivenius l. c. cap. III. p. 140. 142; — Sorbait Miscell. acad. natur. curios. Dec. I. ann. II. obs. 106. p. 177; Cfr. *Samml. auserles. Abhandl. B.* 16. p. 249.

4) Renodæus De mat. medic. Lib. III. cap. XXIII. p. 326; — Scaliger De subtilitat. Exercit. 108. §. 3. p. 395; — Columbus De varietate. Lib. VIII. cap. XLIV. p. 573; — Peucer Praestigia medicorum. p. 310; — Benivenius l. c. et cap. XCIV.; — Forestus Observ. med. Lib. XIX. obs. 14; — Plater Observ. Lib. III. p. 897; — Matthiolus Epist. Lib. V. p. 185; — Garmannus De miracul. morb. Lib. III. Tit. III. §. 59. p. 1099; — Schenk Obs. med. Lib. III. Sect. II. obs. 30. p. 37. obs. 87. p. 42; — Moebius Fundamenta medicin. physiolog. Cap. XIV. p. 349; — Kenntmann De calculis in corpore humano. p. 5; — Blasius Obs. med. P. VI. obs. 19. p. 84. Tab. IX. Fig. 11; — Thilesius Miscell. acad. natur. curios. Dec. I. ann. I. obs. 105. p. 242; — Stalpart van der Wiel Observ. rariores. Cent. I. obs. 45. p. 198; — Ruyschius Observat. anatom. 24. p. 25; — Bonet Sepulcr. anat. Lib. III. Sect. XVIII. obs. 13. Sect. XXIII. p. 1178; — Schurig Litholog. Cap. II. §. 24. p. 127; — Morgagni Op. c. Epist. XXXVII. 13; — Walter Observat. anatom. p. XLIII. obs. 1. *Anatom. Museum. B.* 1. p. 141. *No.* 282. p. 158. *No.* 315; — Greisel Miscell. acad. natur. curios. Dec. I. ann. I. obs. 66. p. 164; — Wedel ibid. obs. 20. p. 70; — d'Hervillay *Journ. de médec. T.* 38. *Octob.*; — Cruveilhier *Anat. pathol. XII. Livraison. Planch.* 4. *Fig.* 1. „*Qui offre un exemple remarquable de concrétions biliaires occupant les radicules les plus ténues du foie. Ces concrétions se présentent sous l'aspect de petits grains d'un vert foncé, d'un volume inégal, de forme irregulière, disséminés au milieu d'un tissu sain, dont la couleur jaune contraste d'une manière si remarquable avec celle des calculs.*" Plus vice simplici ejusmodi calculos, minus tamen elegantes, inveni; crepitus, seu potius fragor, in perscindendo hepate expertus, eorum annuntiabat praesentiam.

5) Glisson Anat. hepat. Cap. VIII. Opp. medic. anatom. T. II. p. 113; — Blancard Anat. pract. rar. Cent. II. obs. 1. p. 193. obs. 11. p. 210; — Lieutaud Hist. anat. med. T. 1. obs. 675. p. 202; — Greuwen *Samml. auserl. Abhandl. B.* 14. p. 138; — Richter *Med. chir. Bemerkungen. Götting.* 1793. *B.* 1. p. 137; — Baillie *Anatom. des krankhaft. Baues.* p. 137; — Koehler *Beschreibung der Präparate der Loderschen Samml. Th.* 1. p. 204. *No.* 846; —

magni, duri, emolliti, suppurati, erosi, degenerati, grisei et corrugati *).

2. *Cystidis felleae*, calculos includentis, volumen modo normale, modo minimum [6]), modo praemagnum [7]). Superficies ejus externa interdum corporis delicti refert vestigia [8]). Visa est crusta calcarea obducta [9]). Membranae, praecipue in loco calculo respondente, nonnunquam admodum tenues [10]), aliàs sanae, inflammatae, friabiles [11]), callosae, erosae [12]), corruptae [13]), cal- Cyst. fellea.

Blumenbach *Medicin. Bibliothek. B.* 1. p. 121. Et ego testis fui, casus relati in Epitome de cur. hom. morbis. P. II. de profluviis p. 378, de calculo in tumore cystico hepatis materia simul sebacea repleta, partem pylori externam inter et magnam jecinoris scissuram, qua uterque visceris hujus lobus dividitur, haerente, socio vomitu chronico.

*) Francesco Bucci *Notizie di Pezzi patologici che veggonsi al museo dell' archiospedale di Santo Spirito. Roma* 1835. p. 14. („*osservasi il congiamento di colore nel fegato che da rosso oscuro diviene quasi grigio, ed insensibilmente aggriciato vedesi il suo involucro peritoneale*").

6) Stoll Ratio medendi. T. III. obs. 17. p. 401. („Vesiculam felleam in fabae molem et figuram contractam exigui calculi, seu potius sabulum biliosum replevit.") Necroscopia dominae *Niessen* (quae mihi adhuc infanti altera erat mater) vesicam felleam patefecit callosam, fragariae magnitudinis: ea incisa calculus, quem arctissime amplectebatur, vi ad pedis altitudinem prosiliit. Sic cl. Hanz Regis Bavariae archiater mihi Vindobonae mense Decembri anni 1824, retulit. Casum quodammodo similem refert Brayne in *med. chir. Transact. T. XII.* p. 255.

7) Bouillaud l. c. (ad capitis infantilis fere volumen).

8) Tacconi Op. cit. de variis hepatis affectus. p. 318. („Vesicula fellis amplitudine duplo fere major, ea in parte qua hepar respiciebat, *stigmata* quaedam referebat intrinsecus figuram basium sive facierum calculorum (No. 145) qui eidem adhaeserant, repraesentantia.")

9) Ruysch Observ. anat. chirur. 31. p. 40; — Graeuwen l. c. p. 138.

10) Walter Annot. Academic. p. 84. No. 5; — *Anatom. Museum. B.* 1. p. 119. No. 225.

11) Morgagni Op. c. Epist. LVII. 10.

12) J. Ferrandus De nephris. et lithias. Sect. XXX.; — Bertin Medend. method. Lib. XII. cap. XIV.; — Schenk Observat. Lib. III. Sect II. obs. 68. p. 76; — Bonet Sepulchr. anat. Lib. III. Sect. XIV. obs. 5. p. 1008; — Sabatier l. c.; — Stoll l. c. p. 392. obs. 15.

13) Bouillaud l. c. („*La vésicule biliaire était entièrement*

calculos includentes [14]). Superficies interna apparuit crystallis notata [15]), cumque concrementis in glandulis phaseiformibus [16]). Cavitas reperta est bipartita [17]), lobo uno calculum includente [18]). Praeter calculos continet ea saepe bilem copia, aut qualitate [19]) peccantem. Aliquando *uno* a calculo ita repletur, ut bili vix locus sit [20]). Calculi ejusmodi habuere volumen ovi columbini [21]), gallinacei [22]), pyri [23]), nucis juglandis [24]), et pondus drachmarum quatuor [25]), sex [26]),

désorganisée et vraiment méconnaissable. Elle contenait un liquide sale, purulent au milieu duquel se trouvaient plusieures concrétions biliaires.")

14) Dom. Gusmanni Galeatti De calculis in cysti fellea et intra ejus tunicas repertis. Commentarii academ. Scientiarum Instituti Bononiensis, T. V. 1748. p. 354. („Haec in cystis cavitate. Accidit autem, ut, cum tunicas contrectans, duriuscula quaedam corpuscula hic illic persenserim, quae cum insolitum quidpiam intra ipsas membranas latere indicarent, scalpello interiorem tunicam incidi eo in loco ubi unum e crassiusculis hisce corporibus sentiebatur, quo facto ad levem digitorum pressionem parvulus exsiliit calculus magnitudine et figura a grano lentis"); — Morgagni l. c. Epist. XXXVII. 29. 31. E. LXV. 13; — J. G. Walter Observat. anat. §. 17. p. 52.

15) Selle *Beyträge zur Natur- und Arzneywissenschaft.* B.3.No.8.

16) Tacconi l. c. p. 312.

17) Morgagni op. c. Epistol. XXXVII. 18.

18) Chambon de Montbaux *Merkwürdige Krankengeschichten.* p. 363.

19) In cystide a calculo obturata bilem synoviae similem invenit Brügmann. Reil *Archiv für die Physiologie.* B. 3. p. 475, et *Ueber die Kenntniss und Kur der Fieber.* B.3. p.507.

20) Timaeus a Guldenklee Casus medicinal. Lib. III. Cas. 28. p. 145; — Scheffer Miscell. Acad. Natur. Curios. Dec. II. Ann. III. Obs. 142. p. 267; — Huldenreich ibid. Ann. VI. et VII. Obs. 220. p. 325; — Bonet Sepulchret. anat. Lib. III. Obs. 12. §. 7. Sect. XVIII. Obs. 8. §. 114; — Morgagni op. c. Epist. XXXVIII. 20; — Isenflamm Diss. de difficili in observatione anatomica epicrisi. Erlang. 1771; — Hallé Histoire de la Société de Médecine 1786.

21) Blegny Zodiac. Gall. Ann. I. April Obs. 7. p. 78; — Volcher Coiter Observat. chirur. p. 122; — Conradi Diss. citat. §. V.

22) Baillie l. c. p. 143; — Acerbi *Annotazioni di medicina pratica. Milano* 1819 p. 27.

23) Morgagni op. c. Epist. XXXV. 18.

24) Fabr. Hildanus Observat. Chirurg. Cent. I. Obs. 60. p. 48.

sex [26]), unciae [27]), et longe ultra [28]). Nonnulli pseudomembrana obducti erant [29]). Haud raro majoris voluminis calculus unus alterve [30]), vel eorum plures [31]), a multitudine parvorum calculorum comitantur [32]). Innumerabiles porro sunt casus (patientia plane germanica tum a VOIGTELIO collecti [33]), tum a nobis, recentiorum additis observationibus, transcripti [34])), ubi cys-

25) MARTINI Miscell. Acad. Natur. Curios. Dec. II. ann. VI. Obs. 194. p. 385; — SCHEFFER ibid. ann. IV. et V. Append. p. 303. Cfr. ibi Dec. III. Ann. V. et VI. Obs. 33. p. 76.
26) WALTER Mus. Anat. Vol. I. p. 121. No. 230. Tab. III.
27) DOLAEUS Miscell. Acad. Nat. Curios. Dec. I. Ann. IX. et X. Obs. 139. p. 311.
28) KOEHLER l. c. p. 198. No. 815. (Unciae unius et drachmarum septem.)
29) BLEGNY l. c. Mai. Obs. 6. p. 95.
30) SACHSII Gammarologia. Francf. 1663. p. 901. (In cadavere Pontificis Innocentii X. duo calculi vesicae felleae magnitudinis nucis juglandis); — FABR. HILDANUS l. c. Cent. IV. Obs. 44. p. 320. (calculus unus drachmarum quatuordecim, alter drachmarum quatuor cum dimidia, ille oblongus, hic rotundus.)
31) GOCKEL Gallicinium. Ulm. 1700. Obs. 99. p. 611. (calculi tres magnitudinis nucis moschatae.); — VESLIN apud BARTHOLINUM Hist. anat. rar. Cent. II. hist. 54. p. 234 (quinque calculi instar nucis avellanae.); — WEICKMANN *Bericht von Johann Schaders Tode.* p. 21. (octo, quorum major ut nux juglans); — MORGAGNI op. c. Epist. XXXVI. 28. (decem veluti fabae); — CHAMBON DE MONTBAUX l. c. p. 22. (triginta duo dictis similes); — BECKER Miscell. Acad. Natur. Curios. Dec. I. Ann. I. Obs. 44. p. 134. (Septuaginta duo ut pisi et fabae); — KNOEPFELL ibid. Ann. III. Obs. 206. p. 381. (nonaginta octo magnitudinis pisorum).
32) HAGENDORN Hist. Med. physic. Rudolst. 1690. Cent. II. hist. IX. p. 166. (novem, quos inter tres instar nucis moschatae); — DECKER Exercitation. practicae. Lugd. Bat. 1694. cap. V. p. 229. (unus ut nux moschata, triginta parvi); — KOEHLER l. c. p. 203; No. 837. (centum quadraginta, quorum quatuor ponderis septem scrupulorum, et reliqui triginta octo simul scrupulorum quatuor); — MENZEL Miscell. Acad. Natur. Curios. Dec. I. Ann. IX. Obs. 181. p. 421. (Centum quinquaginta; maximus calculus castaneam majorem adaequabat); — STEIN Lithologia Curiosa. Baruth. 1703. §. XXV. p. 28. (Quadringenti octuaginta parvi, et quindecim majores.). FR. KEYSSLER *Fortsetzung neuester Reisen.* *Hannov.* 1741. p. 1138.
33) *Handbuch der path. Anatom.* l. c.
34) Doleo me numerum calculorum biliariorum, in singulis cadaveribus spatio octo annorum, quo medici primarii officio in Nosocomio Vindobonae functus sum, repertorum, char-

cystis fellea continebat calculos minores ultra triginta [35], quadraginta [36], quinquaginta [37], sexaginta [38] septuaginta [39], octoginta [40], nonaginta [41], centum [42], ducentos [43], tercentos [44], quingentos [45],

tis non tradidisse. Recordor eos plus vice simplici ducentos superasse, quin minimos, granis arenae similes, ut plurimi observatorum fecerunt, computassem. Maximos museo pathologico ejusdem Nosocomii tradidi.

35) Triginta sex, ponderis quatuor scrupulorum, Walter *Anatom. Museum. B.* 1. p. 105. No. 183. Tab. III; — triginta septem, drachmarum duarum granorumque decem, ib. p. 103. N. 177. Tab. III; — triginta novem, invicem concreti massam cribriformem formantes. Bonet op. c. Lib. III. Sect. XVII. 5.

36) Quadraginta quinque triangulares ponderis drachmarum quinque Koehler l, c. p. 198. No. 817.; — quadraginta septem simul, granorum septuaginta. Walter l. c. p. 102. No. 172. Tab. III.; — quadraginta octo, simul granorum centum quindecim, ibid. p. 110. No. 207. Tab. III.

37) Quinquaginta novem, ponderis scrupulorum octo. Walter l. c. p. 120. No. 228. Tab. IV.; — Oczapowski *Pamiętnik Towarszystwa lekarskiego Warszawskiego. Warszaw. T.* 1. 1837.

38) Sexaginta pentagoni, corpus rotundum formantes, ponderis unciarum duarum cum dimidia, Acta. Acad. Natur. Curios. Vol. V. Obs. 129. Morgagni op. c. Epist. XXXVII. 29; — Sexaginta septem formae pisorum, Helwig Observ. LXXXI. p. 252; — Sexaginta novem ponderis granorum nonaginta, Walter l. c. p. 113. No. 215. Tab. III.

39) Septuaginta, simul ponderis granorum quinquaginta, Walter l c. p. 105. No. 184. Tab. IV; Lentin *Beyträge. Supplementband.* p. 377; — Septuaginta quinque quadrangulares. Horst Manuduct. ad Medic. P. l. cap. 1 Sect. III. p. 104.

40) Ponderis decem scrupulorum, Walter l. c. p. 102, No. 173. Tab. IV.

41) Nonaginta duo, partim tetragoni partim pentagoni, Deusing Examen pulv. lymphatici p. 447. Vide Sachse Miscell. Acad. Natur. Curios. Dec. l. Ann. I. Append p. 22; — Bouillaud l. c.

42) Granorum centum sexdecim, simul ponderis granorum septuaginta septem, Walter l. c. p. 110. No. 206. Tab. IV; — centum viginti tres, inter quos calculi voluminis dimidii ovi gallinacei, Fallopius apud Schenk l. c. Lib. III. Sect. II. Obs. 70. Vol. IV. p. 80; — centum viginti quatuor tetragoni, Dolaeus Encyclopaed. medic. lib. III. cap. XIII. p. 592; centum triginta, Boehmer Observat. anatom. rarior. Fascic. I. Praefat. p. XVII. et Walter l. c. p. 105. No. 186. Tab. IV.; — centum triginta sex, simul granorum quinquaginta, Walter l. c. p. 108. No. 197. Tab. III.; — centum quadraginta, unciarum et drachmarum duarum scrupulorumque duorum, ibid. p. 121. No. 233. Tab. III; — centum quadraginta duo, Koehler l. c. p. 203. No. 837.; — centum quadraginta tria et quatuor, Camerarius in Schenkii

tos [45]), septingentos [46]), mille [47]), duo, tria millia [48]), et quod excurrit [49]). Calculi minores plerumque sunt unius ejusdemque formae (e. c. triangularis, pentagonae) et facies eorum ita invicem adaptantur, ut corpus singulum formare videantur [50]). Vesica fellea in-

Observat. cit. p. 89; — centum quinquaginta septem tetragoni et formae irregularis, Koehler l. c. p. 202. No. 832; — centum sexaginta, variae magnitudinis, Decker Exercitat. pract. p. 689; — centum octoginta tres, Hesselbach *Beschreibung der Praeparate, welche in der Kgl. anatom. Anstalt in Würzburg aufbewahrt werden. Giess.* 1824. p. 164.

43) Ducenti et ultra, sine bilis in cystide vestigio, Fabricius Acta Acad. Natur. Curios. Vol. X. p. 120. et Ch J. Lange Opp. medica. Lips. 1704. Cap. 43. p. 415; — ducenti septem, Vandermonde *Recueil périodique* VII. p. 384; — ducenti triginta sex, ponderis drachmarum quatuor, scrupuli unius et granorum decem, Walter l. c. p. 105. No. 187. Tab. IV; — ducenti quinquaginta, Störk Annus med. I. p. 125; — ultra ducentos sexaginta, Ludwig Adversar. med. pract. Vol. I. p. 410 et Haller Elem. Physiolog. Vol. VI. p. 568; — ducenti septuaginta duo spatio nychthemeri evacuati, de Carro Almanach cit. 1831. p. 26.

44) Bartolet in Rhodii Observat. Cent III. Obs. 2; — tercenti sex, Plater apud Morgagni op. c. Epist. XXXVII. 19; — tercenti viginti, maxime pentagoni, omnes obscure lutei, ponderis drachmarum duo cum dimidia Koehler l. c. p. 198. No. 316; — tercenti triginta, Morgagni l. c. Epist. XXXVII. 29.

45) Simul ponderis scrupulorum quinque, Walter p. 125. No. 250. Tab III.

46) Circiter figurae capitis acus, Menzel Miscell. Acad. Natur. Curios. Dec. I. Ann. IX. et X. Obs. 81. p. 421.

47) Grasseccius apud Morgagni l. c. 19; — mille et centum, Hunter et Baillie l. c. p. 143.

48) Storch Commerc. Literar. Norimbergens. 1734. Hebd. LIX. No. IV. p. 162; — tria millia sexcenti quadraginta sex, Fasch Act. Acad. Natur. Curios. Vol. V. Obs. 68, et J. M. Hoffmann Diss. de ictero. Jen. 1685.

49) „Aliquot millia lapillorum," Walter Observat. Anatom. §. X. Obs. 1. — „Oswald *in Sagan will bei einem an Wassersucht verstorbenen Manne viertausend, von der Grösse eines Hirsekornes bis zu jener einer Hasselnuss gefunden haben.*" C. W. Mehliss *zur Lehre von der Gallensteinkrankheit.* Rust *Magazin für die gesammte Heilkunde.* B. 54. Heft 3,

50) „...apparet contractilem vesicam fellis esse, quae se circa calculum suum constringat, et laeves denique faciecu-lae lapillorum non alia ratione nasci potuerunt, quam adfrictu vicinorum globulorum, quorum pars aspera fricando detersa est." Haller Opuscul. patholog. Observ. XXXVIII. hist. 14.

inde adspectum acquirit, ac si lapidea esset'[51]). Saepe calculus ejus orificium occludit, quo in casu aliquando, non solum a bile, sed etiam a sero [52]) ita extenditur, ut ruptura [53]) sequatur.

Ductus biliarii. 3. *Ductus biliferi* saepe saepius calculos exhibent [54]). Eos invenimus in ductu hepatico [55]), cystico [56]) et frequentissime in choledocho [57]) haud raro simul dilatatis [58]).

4. *Cal-*

51) Walter Museum cit. p. 98. No. 160. 161; p. 99, No. 164. p. 115, No 216 et 217. No. 221.
52) Nonnulla hujus generis exempla in Nosocomio Vindobonensi vidi, deque iis locutus est ejusdem nosocomii prosector Vetter, in *Aphorismen aus der pathologischen Anatomie. Wien.* 1803. p. 228.
53) Joh. Fernandus De nephris. et Lithiasi. Sect. XXX; — Bertin Medend. method. absolut. Libr. XXII. Cap. 3; — Stolc Rat. med. T. III. p. 304; — Howship l. c.
54) Bonet op. c. Lib. III. Sect. XVIII. Obs. 8; — Ruysch Observ. Anatom. Obs. 87. Fig. 69; — Albinus Annot. Academ. Lib. III. Cap. 13; — Morgagni op. c. Epist. XXXVII. 33. 34. 35; — Mören Miscell. Acad. Natur. Curios. Dec. III. Ann. VII. et VIII. Obs. 123; — Haller l. c. p. 585; — Stoerk l. c. p. 150; — Lindt *Museum der Heilkunde B.* 3. p. 215; — Jadebot *Collection Académique composée des Mémoires, Actes ou Journaux des plus célèbres Académies de l'Europe. Paris.* 1787. T. 12. et Hufeland *Neueste Annalen. B.* 1. p. 310; — Dietrich Diss. cit. Tab. II. Fig. 3. 4; — Soemmerring De concret. biliar. p. 19. etc.
55) Reinmann Act. Acad. Natur. Curios. T. X. p. 317; — Walter Observat. antom. l. c. *Anatom. Museum. B.* I. p. 46. No. 219.
56) Dietrich Diss. cit. p. 79. Tab. II. Fig. 1. 3. (ponderis sesqui fere drachmae; — Fordyce Fragment. chir. et medic. p. 11. et *Samml. auserl. Abhandlungen. B.* 11. p. 415.
57) Scultetus Armament. chirurgic. Obs. 61. (ita a calculo occlusus, ut nec bilis gutta transire potuisset, absente ictero); — Dietrich l. c. — Stoll Ratio medendi T. I. p. 113; — Richter *medic. chirurg. Bemerkungen B.* I. p. 55; — Francesco Bucci *Notizia dei pezzi patologici che veggonsi al Museo dell' Archiospedale di Santo Spirito. Roma.* 1835. p. 14. — De Renzi *Pensieri sulla patologia generale. Napoli* 1837. *T.* 2. p. 6. („*Un calcolo grande quanto una fava chiudeva completamente il dotto coledoco*").
58) Traffelmann in Schenkii Obs. med. Lib. III. Sect. II. Obs. 75. (ductus choledochus a calculorum multitudine ita extensus, ut ventriculi (!) amplitudinem adaequaret); — Pezold Diss. cit. (Etsi ductus choledochus pollicis amplitudinis fuerit, a calculo tamen obturatus; — Fordyce l. c. Ductus cysticus instar vesiculae felleae); — Hesselbach

4. *Calculi venae portae* [59]) in dubium vocantur [60]), omni sane jure si agatur de cholelitho, aliàs autem non, quum de venarum calculis certi simus [61]). Vena portae.

5. De calculis biliariis aliquando in *ventriculo* [62]) inque *intestinis* [63]) hospitantibus nullum exstat dubium. Ventr., intestin.

§. XXII.

Notae externae cholelithorum.

1. *Icones* calculorum biliariorum exstant apud Knoeffel [1]) Schroek [2]), Ruysch [3]), Pezold [4]), Gohl [5]), Albinum [6]), Coe [7]), Meyer [8]), Delium [9]), Dietrich [10]), Prochaska [11]), Harmens [12]), Wadsberg [13]), Richter [14]), Icones.

H 2

l. c. (Ductus choledochus ubi in duodenum inseritur, sacci instar dilatatus, cum tribus calculis, quorum unus orificium obturat); — Andral *Clinique médicale. Maladies de l'abdomen* p. 348. (*„nous avons trouvé souvent un semblable agrandissement de la cavité des canaux biliaires derrière un calcul qui obstruait un point de leur étendue."*)

59) Cadaver Sancti Ignatii ejusmet calculos exhibuisse affirmat Columbus De re anatomica.

60) Morgagni (Advers. Anat. III. animadv. 28) putat calculum ductus hepatici prope venam portae decurrentis, pro calculo hujus venae habitum fuisse.

61) P. II. Vol. II. Sect. II. Cap. XVIII. §. LXXVII. 5.

62) Harmens Acta Medica Suecorum. T. I. Obs. 4. Vers. German. St. Gallen 1785. p. 99.

63) §. XXX. 11. 12.

1) Miscell. Acad. Natur. Curios. Dec. I. Ann. III. Obs. 206. p. 381.

2) Ibid. Ann. IX. et X. Obs. 90.

3) Thesaur. anatom. Tab. I. XXX. — Observ. anatom. Fig. 69.

4) Diss. citat.

5) Acta medic. Berolinensia. Vol. V. Obs. 90.

6) Annotat. Academic. B. I. Lib. III. Fig. 1. et 2.

7) Op. c.

8) Epistol. citat.

9) Diss. citat.

10) Diss. citat. Tab. I et II.

11) Annotat. Academic. Fasc. II. Obs. 1.

12) l. c.

13) Diss. citat.

TER [14]), SANDIFORT [15]), F. A. WALTER [16]), EISFELD [17]), DELLE CHIAJE *), CRUVEILHIER [18]), etc. [19]).

Color. 2. *Color* calculorum biliariorum est plerumque ex flavo-fuscus, aliquando tamen perfecte flavus [20]) (interdum cum punctis nigris [21]) aut instar marmoris [22])), croceus [23]), niger [24]) (praesertim si diu in cadavere latuerint [25])), rarius albus [26]), griseus [27]), viridis [28]), et rarissime ruber [29]) aut coeru-

14) *Med. chirurg. Bemerkungen. B.* 1. p. 59.
15) Museum Anatomicum T. II. Tab. CXIV.
16) *Anatomisch. Museum. B.* I. *Tab.* I. et II.
17) ISENFLAMM *und* ROSENMÜLLER *Beyträge für die Zergliederungsk. B.* I. §. 2. *Tab.* I. *Fig.* 3 — 6.
18) Op. c. *Livraison* XII. *Planch.* 5.
*) *Dissertazioni anatomico-patologiche. Napoli* 1834. *Tab.* XII.
19) TREW Commercium Literar. Norimbergense 1734. Tab. I. Fig. 5; — *Verhandeling der Bataafsch Genotsch. te Rotterdam.* 1774. p. 575; — *Histoire de la Société de médecine de Paris.* 1779.
20) BARTHOLINUS Epist. med; — MORGAGNI op. c. Epist. XXX. 14. E. XXXVII. 17; — KOEHLER l. c. p. 202. No. 828; — WALTER l. c. No. 177. 191. 207. 212. Tab. II.
21) VOIGTEL l. c. p. 98.
22) Act. Med. Berolinens. l. c.; — GERBEZ Ephemerid. Acad. Natur. Curios. Cent. I. et II. Obs. 57. p. 128; — RUYSCH op. c. X. No. 135; — KOEHLER l. c. p. 205. No. 845; — WALTER l. c. p. 107. No. 194 195. Tab. IV. p. 120. No. 228. 229. Tab. IV. No. 238. Tab III.
23) FABRIC. HILDANUS Obs. chirurg. Cent. I. Obs. 60. p. 48. CAESALPINUS Quaest. Med. Lib. II.
24) MORGAGNI op. c. Epist. III. 4. E. XXI. 2.
25) SOEMMERRING Not. ad Baillie. p. 114. Not. 302.
26) KOEHLER l. c. p. 200. No 821 (veluti eburnei).
27) DOLAEI Encyclop. Med. Lib. III. Cap. XIII. p. 592; — KOEHLER l. c. p. 204. No. 842; — WALTER l. c. p. 120. No. 227. Tab. III.
28) Miscell. Acad. Natur. Curios. Dec. III. Ann. III. Obs. 36; — HAGENDORN Hist. med. physic. Cent. II. histor. 8. p. 166. hist. 40. p. 209; — Acta medica Berolinensia. Vol. II. p. 78; — KOEHLER l. c. p. 206. No. 850; — LINOLI *Annali universali di medicina compilat. dal Dr.* OMODEI *Vol.* 71. 1834. *Ottobr. Novembr.* p. 86; — DELLE CHIAJE l. c.
29) BARTHOLIN l. c.; — WALTER l. c. No. 233. Tab. III. — KOEHLER l. c. p. 199. No. 818. (fusco-rubri).

ruleus [30]. Visi praeterea sunt calculi diaphani [31] et splendentes [32].

3. Calculus biliaris singulus isque magnus *formam* vesicae felleae exhibere solet [33], pyriformem [34] videlicet et ovalem [35]. Porro obveniunt calculi oblongi [36], conici [37], instar nucis moschatae [38], rotundi [39], globosi complanati [40], triangulares [41], tetragoni [42], pentagoni [43], octagoni [44], polygoni [45], ra- Forma.

30) Volcher Coiter Observat. Anatom. chir. p. 122; — Moinichen Obs. X. p. 42; — Schenk l. c. Lib. III. Obs. 70. T. IV. p. 91; — Goeritz Epist. Acad. Nat. Cur. Cent. VIII. Obs. XX. p. 283; — De Carro *Almanach de Carlsbad. Année* 3e 1833.

31) Sculteti Armament. chirurg. P. I. Obs. 48. p. 61; — Pezold l. c. §. 5. Fig. 4.; — Ph. Conr. Fabricii Prolusio de observat. anatom. in Theatro Academ. Helmstadiens. fact. Helmst. 1759. p. 75.

32) Welsch Episagm. Obs. 65. p. 40; — Miscell. Acad. Natur. Curios. Dec. I. Ann. II. Obs. 227; — Helwig Observ. Physic. medic. LXXXI. p. 251; — Fr. Hoffmann Clavis Schroederiana. Hal. 1681. Lib. IV. Sect. I. §. 129. p. 463.

33) Richter l. c. p. 59; — Koehler l. c. p. 198 No. 815.

34) Lanzoni Ephem. Acad. Natur. Curios. Cent. III. et IV. Obs. 62. p. 144; — Delius l. c.; — Walter l. c. No. 177. Tab. III.

35) Koehler l. c. p. 200. No. 823; p. 205. No. 843, p. 206; No. 848. 851; — Walter l. c. No. 158. Tab. IV. No. 231. Tab. III.

36) Scheffer Miscell. Acad. Natur. Curios Dec. I. Ann. IV. et V. Opp. p. 303; — Walter l. c. p. 100. No. 167, p. 128. No. 260. Tab. II.

37) Dietrich l. c. p. 19. Tab. I. Fig. 1. 2.

38) Dietrich l. c. p. 80. Tab. II. Fig. 1. 2; — Wepfer De apoplexia. hist. 13. p. 174; — Solenander Consilia medica. Hannov. 1605. Sect. V. Consil. 16. p. 493; — Koehler l. c. p. 199. No. 820.

39) Blegny Zodiac. Gall. Ann. I. Mai. Obs. 6. p. 95; — Miscell. Acad. Natur. Curios. Dec. I. Ann. I. Obs. 129. p. 288; — Morgagni l. c. Epist. LXVIII. 6; — Koehler l. c. p. 202. No. 828. p. 206. No. 849; — Walter p. 99. No. 163. 166. 169.

40) Koehler l. c. p. 203. (Duo calculi in vesicula fellea erant, quorum posterior indicatae formae).

41) Spindler Observat. medicinal. Francf. 1691. Obs. 54. p. 101; — Helwig l. c. Obs. 81. p. 51.; — Koehler l. c. p. 199. No, 819; — Walter l. c. No. 249. Tab. III.

42) Figurae tali et tesserae. Horst Manuduct. ad Medic P. I. Cap. I. Sect. III. p. 104; — Dolaeus l. c. p. 59; —

racemosi *), laevigati [46]), scabri [47]), cristati [48]), et veluti coni abiegni [49]), ac cerasi [50]).

Pondus specificum. 4. Differunt inter se calculi biliarii quoad *pondus specificum*. Nonnulli aquae fundum petunt [52]); plurimi, dummodo non nimis recentes, ei supernatant [53]).

Soliditas. 5. Calculorum biliariorum alii sunt spongiosi [54]), friabiles [55]); alii solidi et duri [56]). Ad primos pertinere solent calculi albicantes et diaphani; ad secundos

MORGAGNI l. c. Epist. XXI. 2. E. XXVII. 2. E. XXXVII. 21; — KOEHLER l. c. p. 200. No. 824. a. 826. p. 206. No. 846; — WALTER l. c. No. 249. Tab. III.

43) KENNTMANN l. c. Fol. 8. b. — KOEHLER l. c. p. 193. No. 816. 817.

44) KOEHLER l. c. p. 206. No. 850.

45) KOEHLER l. c. p. 202. No. 827. 832.

*) DELLE CHIAJE l. c.

46) MORGAGNI Op. c. Epist. XXXVI. 4; — KOEHLER l. c. p. 202. No. 829; — WALTER l. c. N. 189 et 256. Tab. II.

47) SOLENANDER l. c.; — ALBINI Annot. Academ. Lib. III. Tab. VII. Fig. r.; — MORGAGNI op. c. Epist. V. 6 19; — KOEHLER l. c. No. 828; — WALTER l. c. p. 127. No. 257. Tab. II. No. 241. Tab. III.

48) BLUMENBACH *med. Biblioth. B. I.* p. 121.

49) KOEHLER l. c. p. 205. No. 844.

50) KOEHLER l. c. p. 201. No. 826.

51) MUSCHENBROECK Introduct. ad philosophiam naturalem. Lugd. Bat. 1762. p. 557. (ad aquam ut 0,200, aut 0,346 ad 1000); — DIETRICH Diss. cit. p. 20. (ut 0,803 ad 1000.); GOERITZ (Ephem. Acad. Natur. Curios. Cent. VIII. Obs. 20. p. 283.) calculi meminit biliarii ita levis, ut etsi volumen ovi columbini superaret, attamen pondus unius drachmae minime excederet.

52) J. DOLAEUS Epistola ad WALDSCHMIDIUM. Francf. 1689. p. 253.

53) SOEMMERRING De concrem. biliariis p. 28. (praecipue calculi coloris obscuri).

54) CAPS. BIERLING Thesaur. theoretico-practicus. Jen. 1690. Obs. 6. p. 41. Silentio praeterire nequeo singularem magni HALLERI (opuscul. pathologica. Observat. XXXVIII. histor. 2.) observationem: „Liceat addere, inquit, eos calculos *insectis* quibusdam invisibilibus in deliciis fuisse, quae et externa in calce lapilli itinera angulosa, sulcosque duxerunt, et intus cuniculos per flavam partem egerunt."

55) J. TACKII chylogon. anim. et miner. p. 30; — KOEHLER p. 201. No. 825, p. 202. No. 829. p. 204. No. 840. p. 203. No. 837. p. 205. No. 843.

56) SOLENANDER l. c. p. 493; — KOEHLER p. 203. No. 835 p. 206. No. 848.

dos calculi profunde colorati [57]). Calculi molles [58], haud raro crusta plus minusve firma instructi sunt [59]). Interdum cholelithi in medio vacui [60]), aut materiâ sebacea repleti [61]).

6. Calculos biliarios juxta notas externas, mineralium instar, in *classes*, *genera* et *species* diviserunt MORAND [62]), J. G. WALTER [63]) et VOIGTEL [64]), utile, saltem pro ordinandis Museis anatomico-pathologicis, conamen. Divisio in classes.

§. XXIII.

Partes constituentes cholelithorum.

1. Calculorum biliariorum *analysi chemicae* insu- Indagatores.

57) VOIGTEL l. c. p. 111.

58) BLEGNY l. c. Ann. I. April. Obs. 7. p. 78. (ut gummi); — Acta Acad. Natur. Curios. Vol. III. Append. ad obs. X.. (ut caseus recens); — HEISTER ibid. Vol. I. Obs. 181. (ut gummi); — MEERMANN Consultat. medic. Ingolst. 1675. Lib. IV. Consil. X. p. 259 (ut cera signatoria); — SOEMMERRING l. c. p. 31. Not. 1. (ut sperma ceti).

59) KOEHLER l. c. p. 200. No. 823, p. 201. No 826. p. 204. No. 859.

60) KOEHLER l c. p. 193. No. 817.

61) KOEHLER l. c. p. 201. No. 826.

62) l. c

63) Observation. anatom. Cap. III. De concrementis terrestribus in variis corporis humani partibus repertis p. 47; — *Anatomisch. Museum.* B. I. p. 93. §. 18—27.

64) Op. c. p. 113.

Classis I.

Calculi biliarii striati.

Genus I. Calculi biliarii striati diaphani.

Species 1. C. b. st. d. cum superficie externa inaequali.

Species 2. C. b. st. d. cum superficie aequali.

Genus II. Calculi biliarii non diaphani.

Species 1. C. b. st. non d. cum superficie externa inaequali.

Species 2. C. b. st. non d. cum superficie externa aequali.

Classis II.

Calculi biliarii lamellati.

Classis III.

Calculi biliarii corticati.

sudarunt, praeter auctores supra allatos [1]), BOERHAAVE [2]), SPIELMANN [3]), PRIESTLEY [4]), SCOPOLI [5]), MACQUER [6]), HERMBSTAEDT [7]), HAHNEMANN [8]), GOLDWITZ [9]), VAN PRINSTERER [10]), HOFFMANN [11]), GREN [12]), TITIUS [13]), FOURCROY [14]), POULLETIER DE LA SALLE [15]), THÉNARD [16]), ANGELINI [17]), O. B. KÜHN [18]), JÄGER [19]), WAGNER [20]), WURZER [21]), HANKEL [22]), MURATORI [23]), GOEBEL *).

2. Cal-

1) Praecipue PEZOLD, TEICHMEYER, SABATIER, HALLER, MACLURG, DURANDE, CONRADI, WILKENS, DELIUS, DIETRICH, STRAUB, BAILLIE, SOEMMERRING, RICHELMI et maxime PLEISCHL.
2) Praelection. Academ. T. I. p. 432.
3) Diss. de natura bilis.
4) *Versuche über verschiedene Gattungen der Luft. A. d. Engl.* *Leipz.* 1779. B. 2. p. 378.
5) CRELL's *Beyträge zu den chemischen Annalen.* B. 3.
6) *Chemisches Wörterbuch, übersetzt von* LEONARDI, B. 5. p. 238 — 341.
7) *Beyträge zur Natur- und Arzneywissenschaft.* B. 3.
8) *Etwas über Gallensteine.* CRELL's *chemisch. Annalen.* B. 2. 1788. p. 296.
9) *Pathologie der Galle.* p. 329.
10) Diss. sistens nonnulla calculorum genesin, naturam etc. Lugd. Batav. 1788.
11) CRELL's l. c. 1789. B. 3. VIII.
12) *Handb. der Chemie.* Th. 2. B. I. *Halle.* 1789. §. 531. p. 256; — CRELL's *Beyträge zu den chem. Annalen.* 1789. St. I. 1792. Th. 4. St. 1.
13) Analyseos calculorum et humanorum et animalium chemicae Specimen I. Vitemb. 1789.
14) *Elem. d'histoire naturelle et de chimie* T. 4. p. 354.
15) *Annales de chimie Vol.* 3. 1793. p. 242; — CRELL's *chemisch Annalen.* 1798. St. 9. p. 226.
16) *Mémoire de physique et de chimie de la Société d'Arcueil. Paris.* 1807.
17) *Saggio analitico su di alcuni calculi biliari ed osservazioni sui di loro componenti. Repertorio di Medic. chir. chimica e chimica farmaceutica. Torino.* 1826. p. 164.
18) Diss. de cholestearine eique similibus pinguedinis corporis humani formis. Lips. 1828.
19) *Deutsches Archiv für Physiologie. B.* 6. *Heft* 3.
20) *Bemerkungen über die Gallensteine. Medic. Jahrbücher des k. k. Staates. B* 14. *St.* 2. p. 251.
21) KÄRSTNER *Archiv für die gesammte Naturlehre. B.* 4. p. 418.
22) *Einige Bemerkungen über die Bestandtheile und die Entstehung der Gallensteine.* HECKER *Annalen der gesammten Heilk. Jahrgang* 8. *Mai.* 1832.
23) Analysis comparativa humanae bilis sanae ejusque quae

2. Calculi biliarii, ut jam notae physicae indicant, *diversas* agnoscunt *partes consitutivas*. Diversitas.

3. Primum inter illas locum obtinet materia cum spermate ceti comparata [24]), *adipo-cera* [25]), *cholesterina* [26]), *cholestearina* [27]) dicta, improprie sane quoad ultima bina nomina, nam materia illa non solum in calculis biliariis, sed etiam in abscessibus a hepate dissitis [28]), in cerebro [29]), strumis [30]), testiculis [31]), ovariis [32]) et verisimiliter ipsa in urina [33]) obvenit. Ut ut sit, calculi ex mera cholestearina efformati sunt albi, diaphani, et sub forma crystallorum lamellati [34]). Liquefiunt ab igne, indeque in substantiam mollem, sebaceam conversi, flamma lucida odorem cerae emanante ardent. Solvuntur dumtaxat in oleo, praecipue terebinthinae, in aethere et in quadrupla saponis parte Cholestearina.

calculos biliares complectitur. Novi Commentarii Acad. Scientiarum Instituti Bononiensis. T. III. 1839. p. 307.

*) *Annalen der Chimie und Pharmacie.* *B.* 39. *Heft* 2. p. 237. et *Journal de Pharmacie.* *Novembre.* 1841.

24) SAUNDERS Op. c. p. 79 („*dans les calculs radiés, on trouve une substance, semblable à tous égards, au blanc de baleine*"). Adeo spermati ceti sive adipi physelcteris macrocephali similes reperiuntur calculi in museo SŒMMERRINGII, ut praeter figuram vix dignosci queant. Pari modo et BLUMENBACH eosdem cum spermate ceti comparat, in institutionibus physiologiae. Goetting. 1787. §. 390." STRAUB Diss. cit. p. 29 nota.

25) FOURCROY l. c.

26) CHEVREUIL et THÉNARD l. c.

27) Docente PLEISCHL nomen, de quo agitur, derivandum est non a χολή, bilis, et a στερεός, rigidum, sed a χολή et στέαρ, sebum.

28) e. c. sub pelvi. CAVENTON *Journal de pharmacie. Octob.* 1825.

29) COUERBE *Annales de chimie et de physique.* 1834.

30) *Cholestearine in pathologischen Flüssigkeiten. Von* NASSE. MÜLLERS *Archiv für Anatomie.* 1840. *No.* 3.

31) HANKEL l. c. (in hydrocele).

32) Acta instituti clinici Caes. universitatis Vilnensis. Auct. JOSEPHO FRANK. Ann. I. Lips. 1803. p. 120.

33) FABER loco §. XXVI. citando.

34) THÉNARD l. c.

parte [35]). Ubi cholestearina solummodo nucleum calculi constituit, cortex formatur a bile aut ab ejus materia colorata [36]).

Mater. colorata. 4. *Materia* haec *colorata,* seu *flava,* bilis sistere videtur excrementum, quod, nisi cum faecibus evacuetur, renis et cutis viam inire solet. Solvitur in potassa caustica (Kali hydrato) et ex qua per acidum muriaticum sub forma floccorum densorum obscure-viridescentium praecipitatur. Super-adjiciendo sensim sine sensu acidum nitricum, color, viridis primum, dein caeruleus, violaceus, ruber, tandem in flavum desinens, observatur. Quo major partis flavae in calculis biliariis proportio, eo profundior istorum color, minusque evidens deflagrativi carbonis enim instar in cinerem convertuntur.

Aliae partes. 5. Praeter cholestearinam et materiam coloratam, nec non bilem densam [37]) (praecipuas sane calculorum biliariorum partes constitutivas, ex quarum varia combinatione, notae externae, ut videtur, maxime pendent), chemicorum industria in cholelithis varia adhuc elementa, adventitia delecta fuere, ut *picromel* [38]), *albumen* [39]), *oleum* [40]), *carbo* [41]), *phosphas calcis, carbonas calcis* et *silex* [42]), *oxydum ferri* [43]), *acidum lithofellicum* [44]).

§. XXIV.

35) Wagner l. c.
36) Talem corticem in *carbone* consistere putat Jæger l. c.
37) De illius in calculis biliariis praesentia, omnes fere testantur analyses.
38) Orfila apud Portal Op. c. p. 86 in nota; — Richelmi l. c.
39) Hankel l. c.
40) Angelini l. c.
41) Richelmi l. c.
42) Pleischl l. c.
43) Wurzer l. c.; — Richelmi l. c.
44) Gœbel l. c.

§. XXIV.

Caussae.

1. Calculi biliarii saepe ex incognita corporis constitutione [1]), ab obesitate haud omnino aliena [2]) oriuntur. Praeterea nonnullis familiis [3]) ac regionibus [4]), septentrionalibus potius quam meridionalibus [5]) addicti sunt. Adscribitur id potui cerevisiae [6]), majori sane ju- Praedisponentes.

1) „Quum et illi nonnunquam hoc malo laborant, qui in vigore aetatis constituti sunt, qui nullo exercitiorum genere carent, quique accuratissimo regimine utuntur: palam est in multis *peculiarem dispositionem ad calculos biliarios procreandos, non facile verbis explicandam, latere.*" WILKENS Diss. cit. §. III.

2) „*Il est très-fréquent d'en trouver (des calculs) chez les personnes grasses.*" PORTAL l. c. p. 525; — MEHLISS l. c. — Immerito id negat CRISP l. c.

3) LODIN. *Läkare och naturforskase. B.* 12. p. 107. et RUDOLPHI *Schwedische med. Annalen. Heft* 1. p. 67; — RICHELMI l. c. In Lithuania plures novi familias, jam per duas tresve adeo generationes cholelithis obnoxias.

4) HEYFELDER *Ueber einige endemische Krankheiten des Fürstenthums Hohenzollern, namentlich Gallensteine und Cretinismus.* HUFELAND's *Journal der prakt. Heilk. B.* 84. p. 21.

5) Calculi biliarii mihi frequentissime in Lithuania obvenerunt. Vindobonae, decem secando cadavera, eos minimum semel inveni. In Insubria rariores sunt, sed nisi investigationes me fefellerunt, frequentiores quam in Italia media et meridionali, etsi morbis biliosis maxime obnoxia. Nec id mirum, quum in India orientali, morborum systematis hepatici incunabulo, longe saepius de hepatitide, deque abscessu jecinoris quaestio sit, quam de calculo biliari. „*We are informed by* Mr. ANNESLEY, inquit G. THOMSON (op. c. p. 95), *that he has seldom observed biliary calculi lodged in the hepatic ducts, in India.*" Ni fallor, bilis in regionibus calidis, abundantissima secretio, genesi calculorum obstat.

6) SYLVIUS Prax. med. Libr. 1. p. 302; — W. Jo. NEPO. KIRCHNER DE NEUKIRCHEN Disquisitio cur Bohemi prae caeteris calculis cystidis felleae obnoxii sint? Viennae 1777; — HEYFELDER l. c. Non cito, ut solent, HALLERUM, quum solum dixerit (Opuscul. pathologica l. c.): „Sive Cypriani hic valet axioma, vini potores plures, zythopotas paucissimos, ut ajebat, calculo laborare, certum est, ea rara felicitate hanc nostram Goettingam gaudere, ut calculus vesicae urinariae omnium infrequentissimus morbus sit... Longe autem frequentiores sunt apud nos certe vesicae felleae calculi." TITIUS (Diss. cit. p. 31.) sapienter monuit: „Ea vero inter varia cerevisiarum genera intercedit diversitas, ut in universum ne de plerisque quidem, ne de omnibus statui possit."

jure quam illi vini et alcohol [7]). Scripserunt olim: calculos biliarios „potissimum in mulieribus provectioribus" [8]) et „rarius in hominibus aetatis florentis, frequentius vero in senibus, itemque in feminis crebrius quam in viris reperiri" [9]). Haec omnia aevo nostro, ubi morbi quondam uno senio solisque feminis addicti, in juvenes et mares transiere, vix amplius quadrant. Caeterum jam Morgagni [10]) ex ducentis minimum observationibus conclusit „marium ferme parem, ac foeminarum esse numerum"; quod plane cum nostra convenit experientia. Quoad aetatem, cholelithi rarius in infantibus [11]) et pueris [12]) observantur, frequentius a vigesimo ad trigesimum annum et maxime inde ad quinquagesimum usque: verum neque senectuti parcent *).

Excitantes 2. Opinio, inter *caussas excitantes* calculorum biliariorum, otium musculorum praecipuum occupare locum [13]), hypotheses scholae jatro-mathematicae redolet.

7) Fr. Hoffmannus (l. c. §. VIII.) magnam in calculo biliari producendo vim, spirituosis tribuit. Rite autem observat Coe (l. c. p. 56.) ex abusu quidem cremati permultos oriri morbos hepatis, sed rarius bilis calculi. Idem fatetur Crisp (l. c.) respectu ad potatores alcohol ex junipero parti, vulgo *Gin*

8) C. Stephanus citatur a Morgagnio Op. c. Epist. XXXVII. 15.

9) Hoffmann l. c. §. XII.; — Coe l. c. p. 55. Juxta Crisp (l. c.) ratio ut 3 ad 1.

10) l. c.

11) Valentini Polychrest. p. 42. (Plures calculi magnitudinis pisi); — Portal Op. c. p. 125. („*J'ai reconnu dans deux petits enfans morts peu de temps après leur naissance et qui avaient la jaunisse la plus intense, que le foie était inrétfil de sang et que les conduits de la bile étaient pleins de concrétions biliaires.*")

12) *Edinburgh medical Essay.* No. 30. (Puer necdum annum decimum quartum attingens.)

*) Crisp (l. c.) epocham vitae inter annum 30 et 60 statuit.

13) Gaubius Pathologia. §. 579. („Alimento sicciori et *vitae desidiosae* concretio ista praecipue debetur.")

dolet. Vivendi enim ratio incolumi populorum meridionalium et orientalium, damna quae a pathologis, vitae sedentariae adscribuntur, minime, saltem in adsuetis, confirmat. Quodsi „frequenter calculi vesicae felleae, in reis diu carceri inclusis reperiantur" [14]; culpam potius rejicias in moerorem protractum inque iram repressam [15]), quam in motus defectum. Similiter, si cholelithus „literatis viris sit frequens morbus" [16]), in animi indefessa contentione inque lucubrationibus jacet caussa, non adeo in consuetudine adsidendi libris. Secus sane si „mox post pastum, pleno admodum ventriculo, mensis assident prono corpore, sicque omnia viscera abdominalia comprimunt" [17]). Nulla vero compressio saepius vesicae felleae calculis ansam porrigit, ea quam super canales biliarios exercent tumores intestinorum, mesenterii et potissimum pancreatis [18]). Illorum cholelithorum frequens caussa, etiam in ejusmodi canalium angustia et coalitu ex praegressa phlogosi, invenitur. Explicatur ita quomodo violentiae externae, utpote quae facile phlogosin excitant, inter caussas calculorum biliariorum recensentur [19]).

3. Anti-

14) Haller l. c. Ejus observationes maxime sontes respiciunt, partim laqueo enectos.

15) Frequentius calculus biliarius corripit illos „qui diuturno moerore afflicti, vel et memores iras diu noctuque sub pectore versant." Swieten Comment. in Bœrhaave l. c. §. 950. p. 131.

16) Tissot *De la santé des gens de lettres.* p. 67.

17) Swieten l c.

18) Bedingfield *A compendium of medical practice. London* 1816; — Richard Martland *The Edinburgh medical and surgical Journal. July* 1826. p. 73.

19) Geach *Philosophical Transactions. Vol.* 53. p. 232. — Leske *Auserles. Abhandlung. B.* 5. p. 255; — *Medical Essays T.* 2. *No.* 30. p. 52.

Proxima. 8. Antiquiorum de *caussa proxima* cholelithorum theorias docte exposuerunt PEZOLD [20]), E. A. NICOLAI [21]), CONRADI [22]), TITIUS [23]), quorum primus „alii, inquit, PARACELSI [24]) tartarum omnibus corporis nostri partibus liquidis inexistentem, et in ludos se convertentem in scenam produnt; alii vero, nescio quem spiritum Gorgonium sibi effingunt [25]); alii ad aliud principium lapidificum recurrunt [26]). Quidam acidum coagulans unice respiciunt [27]), quidam vero spiritum urinae hinc inde in corpore discurrentem petrificantemque allegant". Irridetis ejusmodi renovis hypothesibus? haud secus posteritas opinionibus nonnullis serius de hoc lubrico argumento emissis irrisura est! Culpa nimirum conjicitur, nunc in bilem spissam [28]), ob partem liquidam absorptam [29]), aut evaporatam salia sub crystallorum forma deponentem [30]), soda orbatam [31]); nunc in secretionem morbosam membranae super-

20) l. c. p. 614.
21) *Gedanken von der Erzeugung der Steine im menschlichen Körper, insonderheit in den Nieren, der Urin- und Gallenblase. Halle* 1759. p. 72.
22) Diss. cit. §. XII.
23) Diss. cit. §. IV.
24) Opp. Lib. III. De origine morborum ex tartaro.
25) VATER Diss. cit. p. 72.
26) SYLVIUS Opp. prax. med. Cap. XLV.
27) HALLER l. c.; — MACLURG l. c. p. 445.
28) FERNELII (Patholog. Lib. VI. c. V.) verba: „flava bilis, quae proprio receptaculo diutius coercita, nec tempestive evacuata, nec novae influxu renovata, mirum in modum obdurescit" suffragia obtinuerunt VESLINGII (Synt. anat. c. IV.), VATERI (Observat. rarissimi calculi §. 1.) aliorumque multorum.
29) Vasis lymphaticis non carere vesiculam felleam ex cap. I. §. I 15. elucet.
30) DELIUS Pericula microscopico-chimica circa sal seri. Erlang. 1766; et diss. citat.
31) MURATORI l. c. („Cum ex analysibus comparativis jam descriptis pateat bilem calculis destitutam continere sodam liberam, cujus expers omnino est bilis calculosa, ad mentem

superficiem internam vesiculae felleae ambientis [32]); nunc in conditionem inflammatoriam organorum biliariorum [33]), nuncque in arthritidem [34]): ac re quidem vera cholelithi saepe in podagricis obveniunt, cum calculis renum societatem ineunt [35]), eandemque curandi methodum exposcunt [36]). Porro, nisi a hypothesibus alieni essemus, arrideret derivare cholelithorum originem a fracto cerebri et nervorum in systema hepaticum imperio, culpâ animi pathematum deprimentium, lucubrationum, narcoticorum (saepe in cerevisia contentorum), fumi nicotianae, principii carbonis a fornacibus exhalati (cui populi septentrionis per dimidiam et quod excurrit anni partem expositi sunt [37])), et defectus aëris liberi (quo gentes meridionales toto fere gau-

mihi occurrit, illam defectionem causam probabiliter esse formationis calculorum, qui locum tenent in cysti fellea.")

32) Giov. Andree *Sulle malattie croniche del fegato. Pavia.* p. 76.

33) „*Onde dimostrare che ad un processo infiammatorio devasi appunto tutto cio che si scorse nella bile, basterebbe il considerare lo stato di coagulazione in cui presentossi l'albumina, le alterazioni a cui dovette soggiacere il picromel prima di convertirsi in olio.*" Angelini l. c.

34) Coe l. c. p. 65. („*Wahrscheinlich entstehen die Gallensteine aus eben den Bestandtheilen, aus welchen die Concretionen in den Gichtknoten bestehen.*")

35) Georg. Frank a Frankenau Satyr. med. p. 582; — Fr. Hoffmann l. c. obs. I. — Coe l. c. p. 66.; — Platner *Zusätze zu* Hæn's *Heilungsmethode. B.* 2. *Leipzig* 1780. p. 358; — Hallé *Histoire et mémoires de la societé R. de médecine. Paris T.* 7. 1786; — Wilkens Diss. cit. §. IV. („Colligere licet, calculos biliarios communem cum calculis urinariis et *podagricis* originem habere"); — Titius l. c. („Mutua hinc quoque inter arthritidem, calculos urinarios et felleos necessitudo atque affinitas, qua haec mala alternis quasi vicibus corpus infestare solent, ita ut alterum excipiat huc quoque transferenda est.")

36) Portal op. c. p. 433. („*Divers faits ont prouvé que les malades atteints de colique biliaire, réunie aux calculs urinaires, avaient été heureusement traités par le même remède.*")

37) Ex quovis fornace, etiamsi bene constructo, plus minus principii carbonici emanat, quod istis caloris artificialis instrumentis adsueti non percipiunt, illico autem reliqui

gaudent anno), a quo fracto imperio perturbatur jecinoris secretio [38]), imminuitur irritabilitas receptaculorum fellis ac sese contrahendi facultas [39]), unde bilis morbosa stagnans eidem corruptelae generi obnoxia est, cui omnes partes animales, dum sine atmosphaerae accessu in sepulchris [40]) et sub aquis [41]) putrefiunt, subjiciuntur, et ex qua corruptela materies adipo-cerea seu stearina, cholelithorum basis, emergit.

§. XXV.

Diagnosis.

Generatim.

1. Quamvis calculorum biliariorum *diagnosis*, concessa diuturniore aegroti observatione, plerumque sit facilis; nihilominus istius morbi paroxysmi aeque ac stadia intermedia, errandi occasiones minime excludunt.

Conf. c. cardialg.

2. Communissima est confusio cum *cardialgia* et *neuralgia coeliaca*, ex consensu, quem ventriculus et duodenum cum ductibus biliariis alunt [1]), facillime explicanda, et de qua jam abunde disseruimus [2]).

Conf. c. hernia.

3. Et *herniae umbilicalis*, *incarceratae* symptomata, pro paroxysmo calculi biliarii imponi possent [3]), si

38) Ad secretionem morbosam adludit J. P. Frank (l. c.) ubi ait: „Calculos hepaticos et cystidis a bilis principiis conflari haud credimus."
39) Apud Portal (I p. 85.) de calculorum biliariorum in hemiplegia *lateris dextri* proventu legitur.
40) Fourcroy l. c.
41) Scopo adipo-ceram ad conficiendas candelas obtinendi. Joseph Frank *Reise nach Paris, London u. s. w. Wien* 1816. *B.* 2. p. 353.
1) „Eam maxime ob caussam, partim quod ductus choledochus per duodeni membranas feratur, partim, quod dextri nervi intercostalis et partis octavi ramus qui ventriculum adit, ramum quoque ad hepar ejusque biliferos canales mittat." Fr. Hoffmann Med. Rat. Syst. T. III. Sect. I. Cap. V. §. XXVII.
2) Praeceptorum etc. P. III. Vol. I. Sect. II. Cap. XIX. §. LXX. 21.
3) Craigie et H. L. Thomas ll. cc.

si denudati abdominis diligentissimum negligeretur examen.

4. Calculorum biliariorum vehemens paroxysmus, interdum suspicionem *veneni mineralis deglutiti* movet [4]), facile delendam. Conf. c. venenis.

Cholelithis.	*Venenum.*
1. Prodroma agnoscit.	1. Invasio repentina.
2. Vomitus modicus per insultus.	2. Vomitus effrenis continuus.
3. Dolor ex hypochondrio ad epigastrium ascendit.	3. Dolor universum detinet ventriculum et ad intestina protrahitur.
4. Materiae evacuatae insontes.	4. Materiae depositae veneni vestigia exhibent.
5. Commensales incolumes.	5. Commensales aegroti.

5. Etsi paroxysmi calculi biliarii magna anxietate et aliquando lipothymiis stipati sint, vix tamen eorum cum *angore pectoris* confusio, de qua Parry monet [5]), expectanda est [6]). Ve um cum lithiasis arteriarum coronariarum cordis, ae ue ac calculi biliarii, arthritidis sistant progeniem, nihil ejusmodi morborum obstat complicationi. Conf. c. angore pectoris.

6. *Colica biliosa* adeo affinis est paroxysmo calculi biliarii, ut ejusmodi morborum distinctio tanti non sit momenti [7]), imprimis cum sibi facile succedant, dum scilicet cholelithi superatis in ductibus biliferis obstaculis Conf. c. col. bilios.

4) Cob l. c. p. 143.

5) *Inquiry into the symptoms and causes of the syncope anginosa. chap. 4.*

6) Caeterum hujus quodammodo erroris particeps est L. V. Brera. *Della Stenocardia.*

7) Aliter quidem sentit Portal l. c. p. 210.

culis, cum pedissequa bile, a diuturna retentione copiosa et acre reddita, ad intestina perveniunt, eaque inundant, iritant, et, si fides adhibenda sit, ita occludunt, ut faecum descensus inde impediatur[8]). Interea retinendum, colicam biliosam per se maxime aestati addictam esse[9]) vixque periodis alligatam. Porro dolor, provectiori saltem in morbo, ad universum abdominis superficiem extendi solet, quae singula aliter se habent in calculi biliarii paroxysmo.

Differ. a hepatalgia.

7. Is a *hepatalgia nervea* seu *neuralgia hepatica*, juxta nostram definitionem[10]). in eo differt, quod caussam materialem, a medicorum principe praetervisam[11]) exhibeat.

Distinct. a taenia.

8. Dum in stadio libero calculi biliarii, necdum detecti, tormina ventris, dolores circa ventriculum, a jejunio aucti taedium vitae aliaque symptomata nervorum

8) Morand. *Nouvelle Bibliothèque médicale.* *Mars* 1828.
9) Sydenham *Works chap. 7.*
10) Cap. III. §. VIII. 1.
11) Sydenham non solum colicam biliosam, quatenus saepe in icterum terminatur (*it often ends in a jaundice*), cum paroxysmo calculi biliarii confudit, sed etiam alias passiones, evidenter a concretionibus biliariis repetendas, solo nervorum lusui tribuerat (l. c. *On hysterical diseases*). Sapienter itaque Coe (l. c. p. 147.): „*Da es scheint, dass* Sydenham *gar nichts von Concretionen gewusst hat, weil er derselben in keiner einzigen Stelle seiner Schriften Erwähnung thut*; *so ist es mir wahrscheinlich, dass dieser Schriftsteller beide Krankheiten wirklich mit einander verwechselt hat, und dass er, wenn ihm ein Patient vorkam, der einen Abfall von Gallensteinen hatte, die in den Gallengängen stockten, solche allemal blos als einen Nervenzufall angesehen hat.*“ Memorabilis huc spectans casus narratur (*Memorie della R. Academia delle scienze di Torino. T.* 23. 1818. p. *XCII.*) a doctore Arnaud: „*In una signora era tale la morbosa sensibilità tanto cutenea che universale, che il minimo tatto, la più picciola pressione, il solo lieve urto dell'aria cagionato dall'aprire in fretta una porta uno sternuto, lo scrosciar d'una sedia, bastavano a turbarla e ad eccitare in essa forti e durevoli convulsioni. La guarigione di questa malattia fu preceduta della ejezione di calcoli numerosissimi di diversa indole … molti ardevano con fiamma vivace e bianca.*“

rum abdominalium affectum indicantia occurrunt, idea latentis sive *taeniae solii*, sive *bothriocephali lati*, necessario sese obtrudere debet [12]); quae caeterum superveniente paroxysmo formali sponte evanesceret. Interea diagnosis dumtaxat a faecum investigatione lucem accipere posset.

9. Investigationem ejusmodi minime, viri caeterum eximii ad exemplum [13]), spernimus; immo suademus, quod nisi medicus tale negotium ipse quotidie suscipere possit, ut jubeat saltem familiaribus sellam semper inspicere faeces affusa aqua diluere et per cribrum trajicere [14]), ac, si quid inconsueti in illis obveniat, id examini suo submittere. Fient ita rariores observationes calculorum in vesica fellea repertorum, quin aegrotus unquam calculos alvo evacuasset [15]). Ipsis in thermis, curae calculorum biliariorum dicatis, illa evacuatio ignorari debet, cum maxima aegrorum pars latrinas communes adire coacta sit [16]). Faecum investigatio.

10. Cavendum autem ne pro calculis biliosis habeantur *pilulae, semina aurantiorum, lapilli* [17]) etc. Monita.

I 2 fae-

12) Wendt. *Heidelberger klinische Annalen. B.* 6. p. 256.
13) Ait Heberden (l. c. p. 136): „*It is frequently recommended to the attendants, upon icteric patients to examine their stools in order to find gall stones... but the other signs of this disorder are so certain, that the finding of a gall stone will add very little to the evidence for the nature of the disorder, and will be of no use to the cure!*"
14) Consilium Vallisnerii, teste Morgagni Op. c. Epist. XXXVII. 44.
15) Inter alia cadavera de quo Oczapowski (l. c.) quinquaginta calculos in vesica fellea exhibuit, quin aeger, ut asseritur, vel unum excrevisset!
16) „*Quand les malades sont alités, ou du moins retenus chez eux, l'investigation soigneuse et journalière des évacuations alvines est plus aisée; mais, quand ils peuvent sortir et aller aux fontaines, il est prèsqu'impossible de savoir, si ces calculs ont passé, en satisfaisant en divers endroits, aux besoins que l'usage des eaux rend plus fréquents.*" De Carro l. c.
17) „*Ich sahe einmal einen kleinen, weissen, sehr harten Stein,*

faecibus mixti. Si aegrotus alvum una cum lotio deponeret, *calculus* quoque *urinalis*, in faecibus inveniri posset. Nec quivis viarum hepaticarum calculus ad biliarios revocandus; siculi enim lithiasis in aliis visceribus obvenire potest, ita etiam in jecinore[18]). Generatim quo major in calculo, vomitu, alvo aut viis abdominalibus inconsuetis evacuato, phosphatis calcis copia, eo magis illius a bile origo, dubiis subjicitur[19]). Juvat tunc et *calculorum pancreatis* memores esse*).

Distinct. a calc. intest. 11. Ad *calculos intestinorum*[20]), non ad cholelithos revocari debent calculi globosi, quadrati et informes, cortice tenui laevigatove instructi, duri simul et laeves, ex partibus fibrosis, tenacibus et terreis ope muci intestinalis in massam solidam conglutinatis, efformati; per se nec cholestearinam nec principium coloratum bilis continentes; in centro nucleos cerasorum,

den man unter den Excrementen eines meiner Patienten gefunden hatte, von dem ich stark vermuthete, dass solcher Gallensteine hätte. Da ich ihn aber genau untersuchte, so fand ich, dass er blos einer von den weissen Kieselsteinen war, die man oft unter den kleinen Rosinen antrifft, und ich erfuhr auch, da ich mich dieserwege erkundigte, dass der Patient vor Kurzem etwas von einem Kuchen oder einer andern Speise gegessen hatte.“ Coe l. c. p. 38. — Simile exemplum de Carro (l. c.) refert, et alterum habeo, ubi lapilli cum oryza deglutiti, cholelithos simulabant.

18) „*Dieselben können in der Leber auf eben die Art entstanden sein, wie dieses bei der Entstehung von Steinen in der Milz oder in andern Eingeweiden geschicht.*“ Coe l. c. p. 64.

19) „*Eine erdigte aus dem Blute abgesonderte Materie, welche in ihrer Natur mit derjenigen übereinkömmt, aus der die Nieren- und Blasensteine, und die in den Knochen gichtischer Patienten befindliche kalkartige Materie zusammengesetzt ist.*“ Coe l. c. p. 68. — Cystidis calcareae in hepate repertae exemplum Berg narrat. *Års berättelse om Svenska Läkare Sälskapets arbeten.* Schmidt *Jahrbücher der in- und ausländischen gesammten Medicin. B.* 23 *Heft* 3. p. 316.

*) Cap. XI. §. LXX. 3.

20) Praeceptorum etc. P. III. Vol. II. Sect. I. Cap. X. §. LII. 1. Cfr. Meckel *Deutsches Archiv für die Physiologie. B.* 1. *Heft* 3.

rum, prunorum, ossicula aliaque corpora dura, cholelitho non excepto habentes; sine icteri indiciis, praeviis maximis intestinorum coli et recti cruciatibus evacuati, ac volumine et pondere calculos biliarios excedentes.

12. Sciendum vero cholelithos talis interdum voluminis per anum evacuari, ut mens primo intuitu vix concipiat, quomodo per canales biliferos ad intestina pervenire potuerint[21]). Hîc autem observandum est 1. quod etsi collum cystidis felleae angustum sit, et ductus cysticus tortuosus, choledochusque, praecipue ubi inter membranas duodeni decurrit, parvum habeat diametrum; nihilominus hae partes, extensionem successivam mirum in modum admittunt[22]); et 2. quod cholelithus per vias, nisi insolitas[23]), saltem morbosas (praevia scilicet adhaesione vesicae felleae inter et intestinum colon ascendens, subsecutisque abscessu et ulcere) tubum alimentarium directe attingere potest[24]). Observatio.

13. Ex dolorum vi, ad volumen calculi biliarii concludere minime licet; permagnus enim calculus, quum difficulter aditum ad canales biliferos invenire Monita.

21) Calculus ovi gallinae turcinae similis, de quo SCHLACHT (Diss. de aegro icteritia phthisi laborante. Herborn. 1724), quem COE (l. c. p. XXX.) pro intestinali declarat, ego pro cholelitho haberem, quum icterum socium habuerit.

22) §. XXI. 3. 23) Cap. II. §. VI. 2.

24) „*L'on a vu sortir, durant la vie, des calculs d'un volume tel, qu'on a été en doute s'ils s'étaient échappés à travers les conduits destinés à leur livrer passage, ou s'ils s'étaient frayé des routes particulières et contre nature. Le docteur* CHESTON *fut témoin d'un phénomène pareil: Le malade souffrait beaucoup. Elant mort quelque temps après d'une autre maladie, la dissection prouva, que le calcul s'était ouvert, à travers la vésicule, un passage forcé dans l'intestin.*" SAUNDERS op. c. p. 149.

venire possit, et plerumque minus sit durus quam parvus [25]), in vesicula fellea, praecipue si fuerit callosa, sine gravibus incommodis latere queat [26]). Rarius quoque ab illo observatur icterus [27]). Calculo bilis iter ad intestina non occludente, faeces aliàs argilaceae consuetum plus minus retinent colorem. Infida itaque sunt cholelithorum signa, quatenus ex ictero et faecum decoloratione desumuntur. Eo magis iis gratulamur, qui facultate gaudent, stethoscopii ope rumorem per attritum calculorum excitatum, cognoscendi [28])!

Complicationes. 14 Stabilita calculi biliarii praesentia, *complicationum*, quas frequenter cum morbis tam systematis hepatici quam aliorum viscerum inire solet, memores esse juvat. Inter illos eminent *hepatitis* [29]), ejusdemque exitus, imprimis *abscessus* et *hydrops* [30]); inter hos *phthisis pulmonalis* [31]) ac *morbi cerebri* [32]).

§. XXVI.

25) Heyfelder l. c.
26) „*If they (the gall-stones) are large, they sometimes lie quiet in the gall-bladder without being at all perceived.*" Heberden l. c. p. 125.
27) „*Les calculs volumineux sont moins propres que les autres à produire la jaunisse; car ils ne peuvent guère pénétrer dans le conduit cystique et venir ensuite obstruer le canal cholédoque; ceux au contraire qui ont des petites dimensions éprouvent bien moins d'obstacles à parvenir dans ces endroits. La règle n'est cependant pas sans exception, puisqu'on a trouvé plusieurs fois que le canal cholédoque avait acquis un pouce de diamètre.*" Saunders op. c. p. 149.
28) *Ueber die von* Lisfranc *in Paris mit dem Stethoscope angestellten Versuche, von Dr.* Heyfelder. *Annalen der Medicin.* 1824. *Heft* 2. p. 152.
29) Cap. VI. §. XXXII. 14.
30) Stok *Medical cases* p. 65. v. *Samml. auserles. Abhandl. für prakt. Aerzte. B.* 11. p. 55.
31) Conradi Diss. cit. §. V.; — *Ueber das häufige Vorkommen der Gallensteine bei krankhafter Beschaffenheit der Lungen. Von Dr.* Bergmann. *Hannöversche Annalen. B.* 1. *Heft* 3. 1836. Cfr. Portal Op. c. p. 169.
32) *Complication of Delirium tremens with Gall-stones. By* H. S. Cadwell. *London medical Gazette. Vol.* 18. *Octob.* 1835.

§. XXVI.

Prognosis.

1. Calculi biliarii *prognosis*, potius ex aegrotorum aetate et habitu, quam ex cholelithorum volumine et copia repetenda. In homine necdum ad senectutem perducto, corporis bona compagine dotato, regimini diaetetico obtemperante ac facultate aquas minerales adeundi pollente, sanationis alimus non quidem HEBERDENII securitatem [1]), sed spem. Hoc est magnum in morbo quondam fere pro insanabili declarato [2]). Generatim.

2. Inter sanationis permulta exempla, praxis quidem nostra stupenda illa non suppeditat de quibus fasti medici testantur [3]), quorumque unum adeo probat, posse calculum biliarium, etsi per vias morbosas, ad intestina pervenerit, feliciter terminare [4]); ast talia offert ubi ducenti et ultra calculi alvo evacuati fuere [5]). Adde casus cholelithorum secedentium, ne dicamus per vias urinales [6]), certe per abscessus et Sanat. exempla.

1) Op. c. p. 123. („*The obstruction of the Galt-ducts from Gatt-stones is the most common, but the least dangerous of alt Liver complaints.*“)
2) VATER Diss. cit. Thes. XII. („Calculi isti, ut difficillime, et non nisi probabiliter cognoscuntur, nisi tales per alvum secernantur, ita eorum aeque ac urinariorum *resolutio vix sperari potest.*“)
3) §. XX. 3.
4) Aegra de qua T. BRAYNE (l. c.) quaeque maximum calculum biliarium ano excreverat, quum post annum cum dimidio ex alio accidentali morbo perierit, sectione cadaveris exhibuit adhaesionem vesiculae felleae cum duodeno prope pylorum, ubi verisimiliter ulcus fuerat, calculo transitum concedens. „*There can be no doubt*, inquit BRAYNE, *that the aperture in the adhesion was once large enough to give passage to the stone.*“
5) Inter alios in nobili Lithuaniae LACHNICKI.
6) *Ueber den Abgang von Gattensteinen durch die Harnwege, von Dr.* FABER. Ex *medicinische Annalen B.* 5. *Heft* 4. in SCHMIDT's *Jahrbücher der in- und ausländ. gesammt. Medicin. B.* 28. *Heft* 1. *No.* 10. p. 47. Cholelithorum per urinam evacuatio, aliter explicari haud posset, quam per ulcus communicationem efficiens hepar aut cystidem felleam inter

et ulcera peritonaei [7]) (relictis quandoque fistulis [8])), epigastrii [9]), umbilici [10]), sub eo [11]) et sub costis spuriis [12]) et in inguine dextro [13]); adeo natura, in corporis sanitatem invigilans, corpora haec heterogenea per

et renem dextrum. Quum vero aegrota, de qua agitur, sanitati restituta sit, ejusmodi communicatio, non quidem impossibilis, sed saltem non probabilis est. Forte cholestearinae cum urina secessus in errorem duxit? Cfr. Bianchi Op. c. T. I. p. 181. §. III. De bilis secretione in glandulis renalibus.

7) Acta acad. natur. curios. Vol. VI. obs. 69. Vol. X. obs. 91; — Bartholinus Acta Havniens. T. IV. obs. 46; — Tacconi l. c.; — Amyand *Philosoph. Transact, No.* 449; — Johnston ibid. T. 1. P. 12. p. 548, v. Leske *Auserles. Abhandl. B.* 5. p. 36; — Wislicen Lapides bilioso-lymphatici per metastasin febris catarrhalis exorti, ac per abdomen exulceratum exclusi. Lips. 1742. Haller Disput. T. III. No. CVII.; — Commercium literar. Norimbergense 1743. p. 81; — La Peyrome *Mémoires de l'acad. de chirurgie. T.* 1. 1748. p. 185; — Guérin ibid. T. 3. p. 470; — Petit *Oeuvr. posth. T.* 1. p. 320. 323; — Haller Opuscul. pathologica. T. III. histor. VIII. obs. 38; — Wilckens Diss. cit. §. XIII.; — Cheselden *The anatomy of the human body. Edit.* 11. *Lond.* 1788. p. 166; — Sandifoat Tab. anat. Fasc. III.; — Bloch *Medic. Bemerk. Berlin* 1774. p. 27; — Schlichting. Baldinger *Neues Magazin. B.* 9. p. 210; — Wadsberg, praesid. Acrell Diss. de cholelithis per abscessum ruptum egredientibus. Upsal. 1788; — Hoffmann. Crell's *Chemisch. Annal. B.* 8. 1789. p. 128; — Sandorff Diss. de cholelithis ex ulcere abdominis elapsi. Helmst. 1801; — Vogler *Museum der Heilk. B.* 4. p. 91; — Bruckmann. Horn's *Archiv für medic. Erfahrung.* 1810. p. 231. 144; — Blagden *Medical Transactions* 1813. *No.* 15; — W. Macush *The Edinburgh medic. and surgical Journal.* 1834. p. 149 et *Samml. auserles. Abhandl. B.* 41. *St.* 4. p. 62.

8) Heyfelder l. c.; — *Bulletin des sciences médicales. September* 1830. p. 46 (adhuc in cadavere reperiebantur calculi biliares in fistula).

9) Haller Opusc. patholog. l. c.

10) Büttner *Sechs seltene anatomische Wahrnehmungen. Königsberg* 1774; — Tolet De lithotomia. Cap. IV. p. 24.

11) B. Alli *Vier grosse Gallensteine, welche durch einen Abscess zunächst unter dem Nabel abgingen. Medicin. Jahrbücher des k. k. österr. Staates. B.* 21. *St.* 1. p. 115 (unus sponte magnitudinis ovi columbini, tres arte extracti).

12) Gooch *A practical Treatise on wounds, and other chirurgical subjects. Norwich.* 1767; — Blooch l. c.; — Duplay *Archives générales. Mars* 1833.

13) Civandier *Nouvelles économiques et littéraires. T.* 9. *Hamburg. Magazin. B.* 21.

per diversas vias eliminare conatur! Porro: nonne cholelithi canales biliarios transeundo, in eos veluti candelae in angustatam urethram agunt, illosque dilatando, bilis posterum effluxum reddunt faciliorem?

3. Altera ex parte mors a cholelithis induci potest, vi dolorum [14]) et inflammationis [15]), maxime per exulcerationem et rupturam vesicae felleae [16]) et venarum [17]). Mortes repentinae [18]), cancer [19]) aliaque mala [20]), quae illis adscribi solent, potius eidem quae calculos gignit caussae, tribuenda videntur. Caeterum si lactis metastasi fidem dare coacti simus, cur non et bilis illi? Pericula.

4. Calculi biliarii secessus, in morbo provecto et complicato, sanationem non spondet [21]). Nec absentia calculi in cadavere, eum quoque morbo vigente de- Observationes

14) Lieutaud Hist. anat. med. Lib. I. obs. 873; — Portal Op. c. l. p. 170; — Godardin *Revue médicale. T.* 2. 1829. p. 550.

15) D. Scott *Case of death from inflammation of the Gall-bladder, occasioned by the irritation of stones* (addere potuisset: *and of incongruent treatment). The Edinburgh Medic. and Surgical Journal. April* 1825. p. 297.

16) §. XXI. 2.

17) *Journal de médec. de Paris. Juillet* 1782; — *Einkeilung eines Gallensteines im Gallengange, wodurch Colik, Entzündung, Brand und tödtliche Blutung aus einer Lebervene verursacht wurde. Medicinische Jahrbücher des k. k. österr. Staates. B.* 20. *St.* 3.

18) „Mortes aliquando subitae visae sunt ex assidentia in hepate lapidum horumve praegrandium.“ Bianchi Op. c. T. I. p. 188; — Aliter sentiit Weitbrecht Ephem. acad. natur. curios. Cent. IV. obs. 60.

19) Scultetus Armament. chirurg. obs. 61; — Bonnetus et Spigelius uti videre est apud Coe Op. c. p. 176.

20) „A calculis seu tophis in cysti degentibus oriri frequenter icteros, psoras, universales pustulas, et tubercula, aliasve habitus corporis defoedationes, tum epilepsias, hecticas, marasmos, ignotosque morbos quotidiana est medicorum observatio et inspectio“ Bianchi l. c.

21) Quis medicorum non vidit cholelithos evacuatos ab ictericis et hydropicis, paullo post demortuis? Cfr. Fr. Hoffmann Med. rat. syst. l. c. obs. 2; et Coe Op. c. p. 188.

defuisse indicat [22]), Idem de absentia icteri post mortem valet [23]). Cholelithum alterum subesse, ab excavatione unius lateris calculi evacuati, suspicari licet [24]). Calculi a bili ejusque parte colorata conflati, facilius abigüntur, iis qui cholestearina et phosphate calcis abundant. Tempus, calculorum biliariorum qualitatem non immutasse visum est [25]).

§. XXVII.

Cura.

Generatim.

1. Calculi biliarii *cura* bifaria est: altera, paroxysmi, quae tendit inflammationem ejusque sequelas avertere, dolores aliaque symptomata mitigare; altera intervalli liberi, ad morbum radicitus evellendum [1]).

C. paroxismis.

2. Sub paroxysmo, si aeger fuerit plethoricus, et utcunque, si hepatitidis fundatus adsit timor, *vena* e brachio aut pede lateris dextri *secanda* [2]). Peracta ve-

22) Coe l. c. p. 187.

23) Coe l. c. p. 179. („...*Es weiss daher ein Arzt, der blosser Zeegliederer, und nicht auch zu gleicher Zeit ein praktischer Arzt ist, sehr wenig von den Wirkungen der Gallensteine, und ist gar kein hinreichender Richter, zu beurtheilen, wie oft sie eine Gelbsucht verursachen. Er kann zwanzig todte Körper oder vielleicht noch mehr geöffnet haben, die Gallensteine enthielten, und doch bei allen denselben dabei keine Spuren der Gelbsucht bemerkt haben, obgleich vielleicht alle diese Personen in ihrem Leben sie mehr als zwanzigmal gehabt haben können.*")

24) Travers. *Medico chirurgical Transactions. Vol.* 12. *P.* 2. p. 255.

25) *Gleichartige Beschaffenheit der in der Leiche einer Frau gefundenen Gallensteine mit den fünfzehn Jahre vor dem Tode abgegangenen.* Meckel's *Archiv für Anat. und Physiolog. B.* 6. p. 66.

1) „*Quant au traitement préservatif ou véritablement curatif de la colique hépatique, il ne doit être conseillé que dans les intervalles des douleurs.*" Portal Op. c. p. 159.

2) „*Man wird auch keineswegs leugnen, dass es bei starken blutreichen Körpern zuweilen vernünftig, auch schicklich sei, zur Verhütung der Entzündung und des Fiebers, die aus dem Schmerz und der starken Reizung entstehen können, eine Ader öffnen zu lassen. Ausserdem wird auch noch bei Personen*

venae sectione una alterave, aut ea, utpote non indicata omissa, *hirudines* primum ano ac dein circa hypochondrii locum dolentem, ut plurimae inde cruoris unciae educentur applicandae. Ejusmodi locales evacuationes, in recenti praesertim morbo, etiamsi phlogoseos non urgeret periculum, locum obtinere debent, ut sanguinis inconsuetus affluxus ad partes a cholelithis irritatas earumque turgescentia impedientur [3]. Porro alvus *clysteribus emollientibus* saepe repetitis et *purgantibus lenissimis* [4] movenda, multum enim interest humores a loco affecto revellere et motum intestinorum peristalticum promovere. Juxta aegrotorum gustum eliguntur *pulpa cassiae fistulae*, aut *tamarindi indici*, *succus inspissatus fraxini ornus*, *oleum seminum ricini communis*, *sulphas magnesiae* aut *sodae* multa aqua dilutus, et, si vomitus haec pharmaca non admittat, una alterave *calomel* dosis [5]. Etsi *vomitoria* fautores non spernendos in cholelithorum cura habeant [6] et maxime ad ductuum biliariorum mo-

von einer solchen Beschaffenheit das Ausleeren der Gefässe etwas zur Erschlaffung der Fasern beitragen, und hierdurch die Erweiterung der Gallengänge zur Heraustreibung dieser Steine befördern, und auch noch überdies den Gebrauch anderer Arzneimittel sowohl sicherer als heilsamer machen." COE l. c. p. 205.

3) „...ubi plenitudo sanguinis sit, non video cur non hujus missio proponatur, non modo ne forte inflammatio fiat, verum etiam ne vasculorum turgescentiâ angustiae viarum augeantur." MORGAGNI Op. c. Epist. XXXVII. 49.

4) „Porro ut quae laxant, comendo omnia, ita quae irritant, vehementer suspecta habeo." Idem, ibid.

5) Octo, vel decem granorum. Interea HEBERDEN (l. c. p. 161) fassus est: *There appear nothing in the known powers of mercury peculiarly usefull in dislodging a biliary concretion; and the preference should be given, to these purges, which act with the most ease, and may be continued with greatest safety.*"

6) „*Ich meines Ortes habe oft Brechmittel unter solchen Umständen verordnet, und ich glaube mehr Ursache zu haben, mit denselben zufrieden zu sein, die sie mir in Forttreibung der Gallensteine geleistet haben, als ich dieses von irgend*

motum excitandum valeant [7]); nihilominus memores gravissimorum inde secutorum malorum (haematemeseos [8]) et cystidis felleae rupturae [9])) illa aliorum medicorum ad exemplum [10]) fugimus. E contrario vomitum spontaneum haustibus decocti hordei cum melle promovemus potius quam reprimimus [11]). Caeterum aegrotis sub calculi biliarii paroxysmis jacentibus, patientiam, qua sub partus labore opus foret, inculcamus [12]). Interea nihil impedit quo minus illis prae-

einem andern Mittel sagen kann" (Cor l. c. p. 219.). Modicas exhibebat radicis ipecacuanhae doses, dum vomitus spontaneus silebat. Eandem methodum secutus est Saunders. op. c.

7) „*There is no means of pushing forward a bilary concretion that is more probable than the action of vomiting; which, by compressing the whole abdominal viscera, and particularly the full and distented gall-bladder and biliary vessels, may contribute, sometimes gently enough, to the dilatation of the biliary duct.*" (Cullen *First lines.* §. 1825).

8) Rahlff Acta R. Societatis Medicae Havniensis. Vol. VII. Havn. 1829.

9) Richelmi l. c.

10) Reyenhorst (Diss. de motu bilis §. 66.) fatetur, quemcumque ductum calculus et obstruat, vomitoria anceps esse remedii genus. Fr. Hoffmanns (l. c. cautel. §. 1.) docet: „emetica saepe deprehendi summe perniciosa... si ductui cystico inhaerens calculus graviores circa praecordia efficit anxietates." Maxime vero memorabilia sunt Morgagni verba (l. c.): „At enim exempla, inquit, calculorum circumferuntur, quos valida pellentia, ut *fortiora emetica* et purgantia eduxerunt. Fateor. Sed felicem casus temeritatem quis consulto imitari audeat, qui non sciat (quis autem pro certo sciat?) vias satis jam esse laxatas, ut nihil nisi ultima impulsio, et agitatio desideretur: non vero adhuc rem contra se habere, et in eas angustias conjectum praepropere iri calculum, unde nil possit expedire, quo magis et cruciatus crescant, et pericula augeantur."

11) „Illo tempore, dum molestissima illa symptomata (anxietas, dolor, *vomitus*) urgent, nihil melius est, quam dare magnam copiam decocti hordei cum melle: sic facilius vomunt repleto parum ventriculo: et practerea vomitus ille diutius sustinetur dum nauseanti adhuc stomacho post singulos vomitus molle tale remedium ingeritur. Salubre hoc naturae molimen conducit quam optime, ut loco suo moveantur calculi, et bilis accumulata exprimatur, si nondum penitus impeditus sit exitus; vel saltem reprimatur in hepar cum levamine omnium malorum." Swieten l. c. §. 950.

12) „*Was die Heraustreibung der schon entstandenen Gallen-*

praescribeantur aut simplex *oleum amygdalarum dulcium*[13]), aut *emulsiones* ex eo et *gummi arabico* paratae. Emulsiones tenues amygdalarum, seminum melonum aut quatuor frigidorum etiam pro potu inservire possunt. Si aegrotus potius aquam fontanam, sive simplicem, sive gaz acido carbonico imbutam, sive succo expresso aurantiorum, limonum saccharoque mixtam exposceret, concedatur. Nec *glaciei conditae*[14]), nec *pilulis glaciei*[15]) adversamur. Sunt autem aegri qui frigida respuant, et calida exposcant: his potus *infusi florum chamomillae,* aut *herbae melissae* arridet. Sic alii exoptant *balnea tepida, semicupia, epithemata emollientia* hypochondrio dextro tepide applicita[16]), alii perferre recusant; quo in casu virtus *fomentationum frigidarum, ex glacie* videlicet *contusa*, vesicae porcinae commissa, loco dolenti admotorum[17]) experiri possit; memores tamen frigoris in morbis hepatis usum novum non esse[18]) et a Celso reprobatum[19]).

Tuto

steine anbelanget, so thut man am besten wenn man solche lediglich der Natur überlässt." T. Thompson. *Medicinische Rathschläge.* Ex *medical consultations on various diseases. Lond.* 1773. in *Samml. ausserl. Abhandl. für prakt. Ärzte. B.* 3. *p.* 70.

13) Babington apud Eliotson (l. c.) praecipue eo in casu commendat, ubi materia sebacea alvo secedit.

14) In Italia sub hac rerum positione jam dudum conceditur *il sorbetto.*

15) Proposuit nuper J. Brichetau *Clinique médicale de l'hôpital: Necker. Paris.* 1835.

16) „Externe epithemata et sacculi ex emollientibus et carminativis speciebus parati, vel etiam vesicae decoctis florum emollientium et paragoricorum repletae partibusque affectis applicitae plane singularem dolorum et spasmorum lenimen afferre solent." Fr. Hoffmann l. c. §. III.

17) Brichetau. *Nouveaux Mémoires de la Société médicale d'émulation à Paris. T.* 9. *p.* 194. et *Samml. auserl. Abhandl. B.* 34. *p.* 204.

18) Sic testatur sanatio *Imperatoris Augusti,* operâ Antonii Musae. Cfr. M. G. Schilling Quaestiones de Cornelii Celsi vita. Pars prior. Lips. 1824. Cap. III.

19) De medicina. Lib. IV. Cap. VIII. („Abstinendum utique

Tuto abdominis pars dolens *unguento althaeae, malvino* aut *oleo hyoscyami cocto* levi manu illinitur. Verum, dum frustrâ adhibitâ methodo antiphlogistica, cruciatus epigastrii plane intolerabiles evadunt, dum graves nervorum tumultus, in aegrotantibus teneriori-bus urgent, verbo, dum vitae periculum adest, ad *narcotica*[20]) confugiendum, imprimis si febrilia desint symptomata. Nisi experimentum cum *syrupo diacodii* seu *capitum papaveris albi*[21]), aut cum *lactucario*[22]) conducat, tempus neque cum *extracto hyoscyami nigri* neque cum illo *atropae belladonnae*[23]), terendum, sed mox ad *opium* et quidem in substantia[24]) vel in clysteribus[25]) recurrendum. Illud dolores mirifice mitigans, nec alvi nec calculorum excretioni obstat[26]).

De

est ab omnibus frigidis, neque enim res ulla magis jecur laedit.")

20) De eorum usu lege: KRÜGER-HANSEN in GRAEFE *und* WALTER *Journal der Chirurg. und Augenheilk.* 1835. *Heft* 4. p. 204.

21) DE CHAUX. *Journal de médec. chirurg et pharmacie. T.* 74. p. 209.

22) Cap. III. §. XI. 5.

23) *Efficacia della Belladonna nell' itterizia calculosa. Lettera del Dr.* LOLATTE *al cavaliere* MAGLIARI. *Osservatore medico di Napoli. Settembre* 1833.

24) „*Ich glaube, dass man hier, so wie in anderen Fällen, die eine geschwinde Erleichterung fordern, und wo ein fehlgeschlagener Gebrauch des Mohnsaftes gefährliche Folgen haben könnte, das Opium in Substanz, allen Bereitungen vorziehen muss.*" COE l. c. p. 240. — Opii dosis a grano dimidio ad granum unum, haud facile saepius repetenda.

25) Rc. Infusi florum chamomillae uncias sex. Laudani liquidi Sydenhami Scrupulum. Olei olivarum unciam. M. D. S. pro clystere.

26) „Ubi vero intolerabilis anxietas et nimis violentus vomitus, aut dolor acerrimus, urgent, *opiata* dantur cum successu optimo, ut compescantur illae turbae. Nec nocebit hoc calculorum expulsioni, immo observatum fuit, potius prodesse... Opiata autem, ut omnibus medicis notum est, dolorem sopiendo, simul spasmo contractas partes resolvunt; sicque faciliorem exitum pariunt." SWIETEN l. c. — „*Unter allen äusserlichen und innerlichen Mitteln, durch we*

De *mercurio*, nisi scopo purgandi sub forma *calomel* adhibito, hic maxime damnoso, etsi ad salivationem usque commendato, tacemus.

3. Absoluto paroxysmo „saepe intra paucos dies tales aegri se integros sanatos credunt, et omnem ulteriorem curationem respuunt. Sed serio monendi sunt, latere adhuc mali radicem, unde postea repullulabunt denuo dira haec symptomata nisi tollatur"[27]. Concessis itaque nonnullis post accessum quietis diebus, remotaque, si remanserit, complicatione (saepissime gastrica), ad *curam radicalem* deveniendum. Convenit ipsa cum illa infarctus systematis hepatici, praeterquam quod saepe magis activa requiritur. Si ideo pro cura hyemali indicata remedia[28], effectu destituerentur; illico *sapo terebinthinatus*[29], rite praeparatus[30], praescribendus est[31]; pretiosum sane pharmacum! C. intervalli liberi.

che man bei dem Anfalle dem Patienten Erleichterung zu verschaffen suchet, ist keines, dessen Wirksamkeit und Nutzen mit den Kräften des Mohnsaftes zu vergleichen wäre." Con l. c. — „In summo dolore opium magna quandoque dosi propinandum est, quod eum mitiget, tum quod spasmos sopiat, forte ductum cysticum aut communem constringentes." Quarin Advers. practic. in varios morbos, Vienn. 1814. T. II. p. 150. — „*Il ne faut pas ignorer que, lorsque les douleurs sont très-violentes; bien loin de s'opposer aux évacuations alvines, les anodins les favorisent.*" Portal Op. c. p. 193.

27) Swieten l. c. 28) Cap. IV. §. XVIII. 3.

29) Aliàs *Sapo tartareus*, seu *Sapo Starkeyanus*, ex mixtione potassae vel sodae causticae cum oleo essentiali terebinthinae. Vide Spielmann Pharmacopea. p. 293.

30) R: Terebinthinae. Olei amygdalarum ãã unciam. Olei terebinthinae drachmas quinque. Salis alcali mineralis caustici unciam unam. Liqua terebinthinam cum oleo amygdalarum leni igne, in vase porcellaneo, his ab igne remotis et parum refrigeratis adjice oleum terebinthinae: tunc sensim sensimque sub continua agitatione adde sodae causticae in finissimum pulverem redactae quousque massa saponacea evadat. Si alcali praedominaret, adjicias olei terebinthinae quantum requiritur ad illud saturandum. Massa inde obtenta sit solida, quae si charta bibula obtecta in loco frigido pe

macum! Ei tamen Durandi[32]) *remedium* ex *oleo terebinthinae* et *aethere sulphurico*[33]) palmam arripere solet[34]). Dolendum solum plurimos aegrotos, imprimis haemorrhoidarios, illius vim aestuantem perferre minime posse. Quod dum accidit saltem periculum cum *aethere sulphurico* instituendum[35]). Alia adhuc remedia sibi nostro in morbo laudem promeruere, circa quae autem propria hic destituimur experientia. Hujusmodi sunt: *radices chelidonii*

decem aut duodecim dies permaneret, fit coloris flavicantis atque durior. Saponem loco frigido in vase ampliori et probe obturato serva. (G. H. Piepenbring *Deutsches allgemeines Dispensatorium. B.* 3. *Erfurt* 1804.)

31) R. Saponis terebinthinati drachmam. Extracti taraxaci drachmas septem. Misce assidue. f. piluli ponderis granorum trium. Consperg. pulvere lycopodii. D. S. Bis de die a pilul. IV ad VIII.

32) Durande *Nouveaux Mémoires de l'Académie de Dijon. Premier Semestre.* 1782. *p.* 199; — Maret ibid. *Second Semestre.* 1782. Excerpta dedit Eschenbach *Vermischte med. chir. Bemerkungen. 2te Samml. Leipz.* 1785 p. 123. 202. *3te Samml.* p. 194; — Durande *observations sur l'efficacité du mélange d'éther sulphurique et de l'huile volatile de térébenthine dans les coliques hépatiques produites par des pierres biliaires. Strassbourg* 1790. Versio Germanica. Helmest. 1791.

33) Praescribuntur partibus aequalibus, aut, ut soleo cum aetheris dupla portione, ad guttas sex, octo, super sacchari frustulum, aut cum vitello ovi aqua subacto edulcoratum, aut cum lacte et syrupo violarum.

34) Laudes hujus remedii canunt Strack in Straubi Diss. cit. p. 79; — Odier *Manuel de medecine pratique*; — Portal op. c. p. 196, qui ait: „*J'ai plusieurs fois precsrit ce remède pendant quatre à cinq jours de suite et a plusieurs reprises avec un succès réel.*"

35) Caeterum Fourcroy (l. c. p. 356) minime assentio, ubi ait: *Je crois que la cessation du spasme, et conséquemment la dilatation du canal cholédoque, est la véritable cause des bons effets des mélanges éthérés proposés par* M. Durande, *dont je conseille d'ailleurs de supprimer l'huile de térébenthine, d'autant plus qu'il parait démontré, que très-échauffant d'ailleurs, elle n'a d'avantage, que comme diminuant la volatilité de l'éther.*" Fourcroy sane oblitus est, oleum terebinthinae *per se* jam a Boerhaavio, ut specificum adversus calculum biliarem laudatum fuisse. (Swieten Constitution. epidemic. Vol. I. p. 112.)

donii majoris[36]), *pareirae bravae*[37]), *curcumae longae*[38]); *succus expressus millepedum*[39]), *lumbricorum terrestrium*[40]); *aqua calcis*[41]); *liquor antispasmodicus Protesii*[42]), *acidum nitricum*[43]) et, quis id crederet? *electricitas.*[44])

4. Quemadmodum in systematis hepatici infarctu, ita etiam in calculo biliari, impatienter tempus expectamus vernale. Enim vero observatio, in hepatibus bovinis calculos satis frequenter hyemali tempore adesse, qui dum haec animalia in pasculis recenti gramine vescuntur, eliminantur, jam dudum medicos[45]) induxit, — Continuatio.

36) Creuzbauer Diss. de radicis chelidonii majoris ad solvendos pellendosque calculos cholelithos efficacia. Argent. 1785.

37) Geoffroy. *Histoire de l'Académie des sciences. Année* 1710 p. 56; — Cob l. c. p. 261.

38) Bontius Tractat. de medicina Indorum p. 115; — Cob l. c. p. 247.

39) Schroeder Pharmac. medic. chymic. Lugd. Batav. 1673. p. 863; — Willis Pharmaceut. national. Cap. de ictero; — Cob l. c. p. 263—266.

40) Cob l. c. p. 268.

41) R. Whytt *Essai sur les vertus de l'eau de chaux.* — Conradi Diss. cit. §. X.

42) Est spiritus acidus, ex tribus acidis, nempe vitrioli, nitri et salis, singulari encheiresi paratus. Conradi Diss. cit. §. XIV.

43) Richelmi l. c. (ad cholestearinam solvendam!)

44) „*Nous ne parterons pas de l'électricité que l'on a recommandé pour altérner ou faire excerner des excrétions biliaires, l'ayant vu administrer inutilement, par des médecins qui n'aiment que les remédes extraordinaires.*" Potral l. c. p. 168.

45) Vide Matthioli Epist. Lib. V. p. 184; — Sylvius de la Boe Prax. med, Lib. I. Cap. XLV; — Glisson anatom. hepat. Cap. VII. — Haller Element. Physiol. C. VI. p. 562. — Swieten l. c. („Largo et continuo usu succi graminis, taraxaci, cichorei, fumariae et similium, observavi, minuta quasi fragmenta calculorum cum faecibus alvinis exivisse, imo quandoque excrementa alvina dura extrinsecus his grumis quasi aspersa fuisse, et in transitu per anum excoriasse finem intestini recti"); — Burserius Inst. med. pract. Vol. IV. Cap. XIII. §. CLXXIII. („Sed prae ceteris con-

induxit, vel *radicem et herbam graminis* decoctam, succumque ex iis expressum addito saccharo vel melle ad gratiam, vel succos aliarum herbarum resolventium[46]), in usum ducere. Conspicuo cum fructu hanc methodum, praecipue in regionibus septentrionalibus, secuti sumus. Maxime vero in nonnullis aegrotis profuit *succus cucumerum.*[47]) Omnia autem auxilia antecellunt *aquae minerales* indicatae[48]) hasque inter *thermae Carolinae*[49]), sub debito regimine[50]), repetitis vicibus per mensem et ultra epotae.

Finis. 5. Quum observatio docuerit, quandoque cystidem felleam accrevisse peritonaeo, et, inflammatione et suppuratione sequente, ulceribus fistulosis ansam dedisse, ex quibus dilatatis calculi educti fuerant, qui ex vesica fellea, in fundo suo erosa, viam sibi fecerant, celebris PETIT[51]) proposuit *sectionem*, ut educerentur

fert longus diuturnusque vegetabilium aperientium et emollientium usus, quo solo multos novi felicissime curatos. Imo his solis etiam morbi reditum vidi sublatum.")

46) Cap. IV. §. XVIII. 4.

47) Ab eo etiam maximum levamen obtinuit uxor medici Pragensis Cz . . . quam anno 1836 Carlsbadii vidi.

48) Cap. IV. §. XVIII. 5.

49) Eorum fama in cura cholelithorum minimum ad seculum XVI. ascendit. Legitur (*Almanach de Carlsbad publié par le chevalier* DE CARRO. 1832. p. 59.) „*que Philippine Velser, femme de l'archiduc Ferdinand du Tirol, second fils de l'Empereur Ferdinand I., vint a Carlsbad en* 1571, *affectée de calcules biliaires, et qu'elle passa cinq semaines à boire les eaux, et à prendre des bains de plusieurs heures suivant la méthode d'alors.*" Thermarum Carolinensium contra cholelithos vis praeterea elucet ex LEO *Bemerkungen über Carlsbad als Curort im Jahr* 1825 in HUFELANDS *Journal der pract. Heilkunde B.* 63. 1826. *Stück* 3. p. 21; et ex DE CARRO op. c. *année* 1837. p. 26.

50) Cap. IV. §. XVIII. 7.

51) *Remarques sur les tumeurs formées par la bile retenues dans la vésicule du fiel. Mémoires de l'Académie R. de chirurgie. T.* 1. p. 155.

rentur calculi, aut in organis biliferis incarcerati, aut ita magni, ut per vias ordinarias transire nequeant. Conditio ejusmodi operationis in eo consistit, ut fundus cystidis felleae peritonaeo accreverit; aliàs enim mors certa lapsum bilis in abdominis cavum per vulnus factum sequitur. Adhaesio illa verisimilis est, si symptomata inflammationis cystidis et partis peritonaei ei respondentis praegressa sint, sique tumor sub costis spuriis prominens immobilis observetur. Verum hoc ipso in casu, quis spondet, vulnus a chirurgo infligendum adhaesionis, interdum admodum circumscriptae, limites non superaturum? Quis certus, praeter calculos, alios, hepatis imprimis, latere morbos, aëris accessum respuentes? — Quae cum ita sint, decernat aegrotus, auditis argumentis pro et contra operationem, utrum sese ancipiti vult submittere experimento, necne. Chirurgus esto memor vulnerum cystidis felleae[52]), consiliorum pro ejus sectione[53]), et factorum huc spectantium.[54])

 CAPUT VI.

52) J. SURRY de curandis forsitan vesiculae felleae vulneribus. Tübing. 1803; — THOMSON *Report of observations made in the military Hospital in Belgium.* 1816.; — SABATIER *méde cine opératoire. Nouv. édition par* SANSON *et* BÉGIN. *Paris* 1822. *Vol.* 2. p. 157; — HENNEN *Grundsätze der Militair-Chirurgie. Weimar* 1822 p. 516.; — VELPEAU *Nouveaux élémens de médecine opératoire. Paris* 1832; — DUPUYTREN *Theoret. prakt. Verletzungen durch Kriegswaffen, Berlin* 1835 *Cap.* 2.; — E. GRAEFFE. *Encyclopädisch. Wörterbuch für die med. Wissenschaft. B.* 13. *Heft* I. p. 134.

53) Praeter PETIT l. c. — MORAND *Observations sur les tumeurs à la vésicule du fiel. Mémoires de l'Acad. de chir. T.* 3; — HALLER. l. c. p. 596.; — BLOCH *Berliner med. Bemerkungen* p. 29.; — CHOPARD *und* DESSAULT *Anleitung zu chirurg. Operationen. B.* 2.; — DELPECH, *Précis-élémentaire. Vo.* 2. p. 272.; — RICHTER. *Anfangsgründe der Wundarzneik. B* 5. p. 152; — SEBASTIAN Diss. de hydrope vesiculae felleae. Heidelb. 1827. („Cl. CHELIUS sic procedit: cutis, quae tumori superstructa est, incisione pollicem unum et dimidium longa solvitur, posthac musculi subjacentes in-

CAPUT VI.

De Hepatitide.

§. XXVIII.

Definitio. Scriptores.

Definitio. 1. *Hepatitidis* [1]) nomine designamus morbum modo acutum, modo chronicum pro re nata insignitum febre,

cisionibus parvis gradatim minori extensione peragendis perciduntur, et via ad peritonaeum aperitur, posthac indice manus sinistrae accuratius inquiratur, an vesica fellea cum peritonaeo concreta sit; tunc illa tumoris pars, ubi undulatio maxime tactu percipitur, cultro vel scalpello pertunditur. Quando autem haec symphysis dubia foret, peritonaeum denudatum loco consignato instrumento, quod Franco-Galli *troisquarts* vocant, perfigitur, ejusque tubus in cysti fellea tam diu infixus tenetur, donec haec cum peritonaeo concreverit.")

54) J. FABRICIUS teste SCHURIGIO (Lithologia p. 268) duos e vesica fellea exsecuit calculos. TACCONI l. c. — DE VRIES Diss. de calculo biliario et sectione felleae vesiculae. Traject. ad Rhen. 1759; — LESPINE. *Observation sur une tumeur très-volumineuse, située dans l'hypochondre droit, guérie par l'extraction d'un grand nombre de concrétions ou pierres biliaires.* SÉDILLOT. *Recueil périod. de la Société de médecine de Paris. T.* 37. p. 290.; — *Giornale della Società Medico-chirurgica di Parma. Vol.* 7. *p.* 236; — ANDREE *on bilious Diseases. Hertford* 1788. p. 18. 44; — TODD. *Dublin Hospital Reports. T. 1.* p. 325.; — VOGEL *medic. chirurg. Beobacht.* p. 155.; — REIBETANZ Diss. Casum abscessus hepatis memorabilem exponens. Lips. 1808. — W. MACNISH. *Edinburgh medical and surgical Journal. January* 1834.; — R. PRUKER. *Repertoire d'anatomie. T.* 8. p. 33. et FRORIEP *Notizen aus dem Gebiete der Natur- und Heilkunde. B.* 29. p. 16. (Cystidis felleae tumor, pro abscessu habitus, incisus; multa bilis cum levamine exivit relicta fistula, per quam quatuor post operationem annis calculi exiverunt, sanata aegrota.)

1) Febris icterodes GALENI; febris hepatica FR. HOFFMANNI;

febre, hypochondrii dextri (tensi, tumentis, ardentis attactumque respuentis) dolore, ad scapulam extenso, decubitu in alterutrum latus molesto, flavedine nunc ad albugineam oculorum circumscripta nunc ad universam cutim extensa, dyspnoea, tussi sicca, singultu, nausea, vomitu, urina profunde tincta alvoque perturbata.

2. Inter jecinoris morbos, *hepatitidis doctrina* maxime exculta est. Praeterquam quod argumentum fuit multarum dissertationum inauguralium[2]), et nonnul- Scriptores.

larum

ANGLIC. *Inflammation of the Liver*; GALLIC. *Hépatite, inflammation du foie, la Pièce*; ITALIC. *Epatitide, epatide, infiammazione del fegato*; BELGIC. *Leverzieke, Leverzucht*; DAN. *Leversot, Leversyge, Leversygdom*; SUEC. *Lefversot, Lefverbrand*; ISLAND. *Lifrarbólga*; POLON. *Zapalenie wątroby*; ROSS. Воспаленіе печени.

2) MICHAELIS Diss. de hepatis inflammatione. Basil. 1584.; — WALTHER Diss. de hepatis inflammatione. Lips. 1593; — LYSEN Diss. de hepatitide. Basil. 1597.; — WEIDNER Diss. de hepatitide. Basil. 1601; — HOFFMANN Diss. de inflammatione jecinoris. Basil. 1603; — VARANDAEUS Diss. de elephantiasi et *hepatitide*. Genev. 1620; — HOORN Diss. de inflammatione hepatis. Altdorf. 1630; — KERNIUS Diss. de inflammatione hepatis. Ibid. 1630; — JENTKE Diss. de hepatitide. Ibid.; — ROCCI De hepatis inflammatione duellum. Venet. 1647; — HOOGHLANDT Diss. de hepatitide. Leid. 1655; — HARMES Diss. de hepatitide. Basil. 1661; — ROBTEL Diss. de hepatitide. ibid. 1661; — CONRING Diss. de hepatis inflammatione. Helmest. 1676; — LUDOLF Diss. de hepatitide. Erfurt 1717; — ADAM Diss. de hepatitide. Jen. 1720; — A BERGEN Diss. de hepatitide. Francf. 1721; — KÜCHLER Diss. de hepatitide. Lips. 1725; — TEICHMEYER Diss. de hepatitide. Jen. 1737; — J. M. GRAFF Diss. de hepatitide. Ibid. 1737; — ENGLAND Diss. de hepatitide. Edinb. 1749; — KALTSCHMIED Diss. de hepatitide. Jen. 1756; — BRAUNEISEN Diss. de hepatitide. Argentor. 1763; — M. SMITH Diss. de hepatitide. Edinb. 1766; — SCOTT Diss. de hepatitide. Ibid. 1778 (WEBSTER *System der pract. Arzneikunde. B.* 1. p. 318); — MURRAY Diss. de hepatitide maxime Indiae orientalis. Götting. 1779; — JAEGER Diss. de hepatitide cum naturali vesiculae felleae defectu. Tübing. 1780; — R. WILLAN Diss. de jecinoris inflammatione. Edinb. 1780; — FIFE Diss. de hepatitide. Ibid. 1781; — TOURNAY Diss. de hepatitide. Nancy 1783; — VAN ROSSUM Diss. de hepatitide. Lovan. 1782; — VAN IPEREN Diss. hepatitidis historia. Lugd. Bat. 1782; — DIXON Diss. de hepatitide. Edinb. 1784; —

larum memoriarum in actis academicis[3]), peculiari studio prosecuta est a principibus medicorum[4]) et ab auctoribus

MACAY Diss. de hepatis inflammatione. Ibid. 1785; — M. CAUSLAND Diss. de hepatitide. Ibid. 1787; — J. F. SCHWARZ Diss. observationes quasdam medicas continens. Goett. 1787. De inflammatione hepatis. Versio Germanica in *Samml. ausserl. Abhandl. für pr. Aerzte. B.* 12. *St.* 2. p. 195; — MOERS Diss. de hepatitidis casu singulari. Colon. 1789; — MACLEAN Diss. de hepatitide. Edinb. 1790; — MILLAR Diss. de hepatitide. Ibid. 1795; — J. G. ACREL Diss. de hepatitide. Upsal. 1797 (RUDOLPHI *Schwedische Annalen. Heft* 1. p. 196); — BOVELL Diss. de hepatitide. Edinb. 1797; — KIESSELBACH Diss. de hepatitide. Marburg. 1798; — MORNE Diss. de hepatitide. Edinb. 1799; — KIRCHNER Diss. de hepatitide. Francf. 1800; — ANSLIE Diss. de hepatitide. Edinb. 1801; — BEECK Diss. de hepatitide. ibid. 1801; — MELVILLE Diss. de hepatitide. Ibid. 1801; — KEATING Diss. de hepatitide. ibid. 1802; — STOCH Diss. de hepatitide. ibid. 1802; — BRANDFORT Diss. de hepatitide. ibid. 1803; — SUE *Diss. sur l'hépatide. Paris* 1805; — RIAMBAULT *Diss. sur l'hépatide aigue. Paris* 1808; — J. C. JUDYCKI Diss. de hepatitide. Wilnae 1811; — SEGRET-LOMPRÉ *Diss. sur l'hépatide aigue. Paris* 1812; — KLEIN Diss. de hepatitide. Viennae 1816; — SEIDLER Diss. de hepatitide. Halae 1816; — JOAN. PAPETTI Diss. de hepatitide. Ticini 1826; — DOMIN. POZZI Diss. de hepatitide. Patav. 1830; — FRANC. GALLINI Diss. de hepatitide. Ticini. 1835; — Jo. BAPT. GUERRA Diss. de hepatitide. Patav. 1835; — Jo. BAPT. PERCACINI Diss. de hepatitide. ibid. 1835; — Jo. BERNASCONI Diss. de hepatitide. Ticini. 1837; — DOM. FRAGASSI Diss. nonnulla de hepatitide. Ticini 1838; — R. SCHULZE Diss. de hepatitide. Berolin. 1838; — ANT. BANDINI Diss. nonnulla de hepatitide. Patav. 1839.

3) FERREIN *Sur l'inflammation des viscères du bas ventre et particulièrement du foie. Mémoires de l'académie des sciences;* — JOHN CLARK *observations on the hepatitis. Medical and philosophical Commentaries by a Society in Edinburgh. Vol.* 5. p. 423; — A. A. AASKOW observationes practicae de hepatitide. Acta Societat. medic. Havniensis. Vol. II. p. 234.

4) HIPPOCRATES De internis affectib. Liber. Cap. XXX; — GALENUS De locis affectis. Lib. V. Cap. VIII; — CELSUS De medicina Lib. IV. Cap. VII; — ARETAEUS De caus. et signis acutorum. Lib. II. Cap. VI. et VII, de curatione acut. morbor. Lib. II. Cap. VI, de caus. et signis diuturn. morbor. Lib. I. Cap. XIII, de curatione diuturn. morbor. Lib. I. Cap. XIII; — AETIUS Tetrab. III. Sect. II. Cap. III; — ALEXANDER TRALLIANUS Lib. III. C. XV; — AVICENNA Canon. Lib. III. Fen. XIV. Tractat. II. Cap. IV; — BENIVIENUS De abditis morbor. caussis. Cap. LXXVI; — SCHENK Observat. Lib. III. Sect. II. N. 20

toribus institutionum medico-practicarum[5]) (non tamen omnibus[6])), operum de morbis regionum tropicarum[7]), monographiarum morborum hepatis[8]), tractatuumque peculiarium[9]).

§. XXIX.

— Forestus Lib. XIX. obs. 3. 7. 8; — Fabricius Hildanus Cent. II. obs. 46. Opp. p. 778; — Zacutus Lusitanus med. pract. Histor. Lib. II. p. 13. 102; — C. Piso De affectibus a serosa colluvie. Obs. 69; — Riverius Lib. XI Cap. II; — Rondeletus Cap. XXXII. De hepatis inflammatione; — Ballonius Cent. I. pr. 15. 80. 89; III. No. 42; — Sarcone *Krankheiten von Neapel. B.* 1. p. 235; — Valcarenghi Continuatio epidemiarum cremonensium constitutionum annorum 1730—1740; — Francis Home *Medical facts.* 1759. Versio Germanic. *Attenb.* 1767; — Lieutaud Hist. anatom. med. Sect. VI; — Stoll Ratio medendi. T. V. p. 214.

5) Fr. Hoffmann Medic. rational. Syst. T. IV. Sect. II. Cap. VII; — Swieten Comment. in H. Boerhaave Aphoris. T. III. p. 81; — J. P. Frank Epitome de cur. homin. morbis T. II. Ord. IV. Gen. V. p. 267—69; — Vogel *Handbuch der prakt. Arzneiwissenschaft. Theil* 4. *Kap.* 19. p. 347; — Reil *Über die Erkenntniss und Kur der Fieber. B.* 2. *Kap.* 15; — J. W. H. Conradi *Grundriss der Pathologie. Th.* 2. *B.* 1. *Kap.* 16; — G. A. Richter *Die spezielle Therapie. B.* 1. *p.* 522; — Val. nob. ab Hildenbrand Institut. pract. med. T. III. p. 337; — J. Mason Good *The study of medecine. Vol.* 2. *Class. III. Ord. II. spec. XIII*; — Behrends *Vorlesungen über die prakt. Arzneikunde. Herausgegeben von* Sundelin. *B.* 3. p. 255; — P. A. Valentini Institut. medic. pract. Vol. II. Romae 1828. §. 412. p. 308; — J. N. nobil. de Raimann Principia pathologiae et therapiae specialis medicae. T. 1. Spec. X. p. 345; — M. E. A. Naumann *Handbuch der medic. Klinik. B.* 5. p. 4.

6) Hepatitidis solum per transennam meminit Burserius (Institut. med. pract. Vol. IV. Cap. XIII, de morbo regio et de calculis felleis). Obiter illa pertractata est a Cullen (*First lines of practice of physick. T.* 1. *Cap.* 110.) qui ait (§. 114): „*As this chronic inflammation (hepatitis chronica) is seldom to be certainly known, and therefore does not lead to any determined practice, we omit treating of it here, and shall only treat of what relates to the acute species of hepatitis.*“

7) Cap. I. §. III. 2. 8) Ibid.

9) Th. Girdlestone *Essays on the hepatitis and spasmodic affections in India. London* 1788. Versio italica. *Pavia* 1792; — Clark *Sui sintomi e la cura dell'epatide e osservazioni sulle malattie chroniche del fegato, di Giov.* Andree *Pavia* 1792; — W. Saunders *observations of hepatitis in India. Lond.* 1809; — Van Hoven *Über Leberentzün-*

§. XXIX.

Symptomata.

Generatim.

1. Alia sunt *symptomata hepatitidis acutae,* alia *hepatitidis chronicae.* Illius imprimis symptomata rarissime simul et tali vehementia obveniunt, ut ea, ne doctrinae desimus, tradere debeamus[1]). Modificantur praeterea ab aegrotorum aetate, temperamento alisque rerum positionibus.

S. hepat. acutae.

2. *Febris* reliqua symptomata aut antecedit, aut sequitur. Primo praesertim in casu horrore, interdum sat vehemente et diuturno, inchoat, cui aestus, horis matutinis plerumque remittens succedit. Sub exacerbatione oris siccitas, sitis, cephalaea et, provectiori in morbo, haud raro delirium[2]) obveniunt. Quamvis *pulsus* plerumque frequens et saepe durus sit, cāeteris tamen symptomatibus febrilibus non semper respondet. Sub magno aestu illum vix a norma aberrantem[3]), imo

dung. Samml. ausserl. Abhandl. für prakt. Aerzte. B. 12. p. 195; — G. Wilkinson *Von der Leberentzündung. ibid. B.* 13. p. 318; — Griffith *an essay on the common causes and prevention of hepatitis as well in India as in Europe. Lond.* 1817; — Alex. Raguenet *Essay sur l'hépatite. Strasb.* 1820.

1) Ferrein (l. c.) de symptomatibus hepatitidis sermonem instituens, monet ea saepe sub miti forma obvenire, additque: „*mais non meilleurs auteurs sont fort sujets à ne les peindre qu'en grand*“ — „*ce qui n'arrive par une fois sur mille.*“

2) Si encephalitidem et diaphragmatidem excipias in nullius visceris inflammatione aegri tam facile delirant ac in hepatitide, praesertim si potus liquorum fermentatorum et animi pathemata eam excitaverint.

3) Legitur apud J. P. Frank (l, c. p. 272) „pulsum a naturali parum alienum observatum fuisse“ et in nota manuscripta hoc accidisse in violenta inflammatione hepatis ad gibbam ejus partem, qua magister rei equariae *Ayrer* anno 1794 Goettingae laboravit. Pulsus erat 79 in sexagesima

imo aliquando lentiorem observavimus[4]). Haud raro ictus arteriarum diversi in utrisque carpis, validiores nimirum in sinistro[5]). Frequens cruoris stillicidium e nare dextra. *Hypochondrii dolor*[6]), pungens, urens, obtusus[7]) protrahitur[8]) pro re nata ad sternum et cartilaginem xiphoideam, ad mammam[9]), ad nucham et claviculam[10]), frequentissime ad scapulam dextram[11]); inter-

horae parte. Notandum tamen dicto viro, sanitatis quoque tempore pulsum rariorem fuisse.

4) Nec miratus sum, perpendens hepatis nexum cum cerebro, in cujus affectibus constat pulsum saepe lentum esse.

5) Id facile intelligitur ex eo, quod detento hepate a valida inflammatione cum conspicuo tumore, pulmo ejusdem lateris ita sursum pellitur, ut arteriae subclaviae dextrae compressio sequi debeat.

6) Vere Hildenbrand (l. c. p. 338): „Communissimum quod illico evolvitur symptoma, est dolor."

7) „Tardus, stupidus, tractatorius." Galen. l. c.

8) „Dolor hujusmodi, si quis alius, vicina corpora ad consensum trahit." Galen. l. c.

9) „Dolor acutus in hepar incidit et sub ultimas costas, et in claviculam et sub *mammam*" Hippocrates l. c. additque: „et suffocatio fortis tenet et aliquando lividam bilem evomit, et rigor ac febris primis diebus debilior habet, et dum attingitur hepar, dolet et color ipsius lividus est, et cibi, quos prius comedebat aeger, suffocant ipsum et ingesti urunt ac torquent ventrem."

10) Non solum ut Forestus (l. c. obs. 7) dixerat „dolorem ad jugulum propagatum sentiunt ii tantummodo, qui magno laborant phlegmone" sed etiam in minori morbi gradu observavi.

11) Scapulae dextrae in hepatitide dolor explicari potest 1° per nexum nervi phrenici cum tertio et quarto pari nervorum cervicalium; 2° per depressionem diaphragmatis, sacco pleurae dextrae arcte juncti (*Samml. auserl. Abhandl. f. pr. Ärzte B.* 21. *St.* 3. p. 172. *not.*) et 3° per compressionem plexus nervorum brachialis a pulmone, ab hepate turgente sursum pulso. Opinio haec confirmari videtur, a Girdlestone (l. c. p. 35), qui non solum dolorem scapulae dextrae inter symptomata hepatitidis Indiae refert, sed etiam *scapularum elevationem* („*L'elevazione delle spalle a misura che s'avvazava la malattia era evidente*").

interdum percipitur ad jugulum oppositum[12]) et ad hypochondrium sinistrum.[13]) Sunt qui conquerantur de affectu totius lateris dextri[14]), aut solum de formicatione brachii et torpore manus[15]), de spasmo surae[16]), de dolore lumbi[17]), de obnubilatione oculi deque auditu gravi in aure dextro[18]). Narratur de brachii dextri convulsione et stupore sinistri[19]). E hypochondrio affecto tantus aliquando evolvitur aestus, ut fomentationum evaporationem et citam exsiccationem producat[20]). Illud macula rubra notatum fuisse legimus[21]). Est praeterea illud hypochondrium tensum et tumidum. Hepar volumine auctum saepe sub costis spuriis prominet, et semper attactum respuit. Aliquando ipsa jam pressio a mus-

12) Aretaeus acutor. Lib. II. Cap. VII.

13) Chisholm *Medic. Commentar. von Edinburgh. Dec.* 1. *B.* 1. p. 261.

14) Thilenius. Hufeland's *Journal der pr. Heilk. B.*17. *St* 1. p. 99.

15) Celsus (l. c.) haec acuti jecinoris morbi signa esse perhibet: „Dextra parte sub praecordiis dolor vehemens est, idemque ad latus dextrum et ad jugulum humerumque partis ejusdem pervenit; *nonnunquam manus quoque dextra torpet,* horror validus est, bilis evomitur, interdum singultus prope strangulat.“

16) Plus vice simplici observavi. 17) C. Piso l. c.

18) Obvenit mihi in aegrota anno 1821. In clinico instituto Wilnensi decumbente; notandum, eam simul de labe plicosa suspectam fuisse.

19.) „*Quelques malades que j'ai vu se sont plaints d'éprouver non seulement de la douleur dans l'épaule et dans le bras du côté droit, mais quelquefois ils ont eu des mouvemens convulsifs dans cette extrémité ou de la stupeur, quelquefois aussi dans l'extrémité supérieure gauche.*“ Portal op. c. p. 268.

20) Hypochondrii dextri temperies aucta, maxime diagnosin hepatitidis in infantibus adjuvat.

21) Apud Bianchi op. c. T. 1. p. 426, („... in aliquibus *macula* quaedam *saturate rubidior,* flammarum colorem prae se *ferens* totumque occupans dextrum hypochondrium discernebatur.“

a musculis abdominalibus sub crurum extensione, molestias gignit, unde aegrotus crure, dextri saltem lateris flexo, decumbit. Tumor facile regionem epigastricam, aliquando pulsantem, adtingit. Decubitus in alterutrum latus, praecipue dextrum impeditus, quo fieri solet, ut infantes mammam nutricum sinistram respuant[22]. Oculorum albuginea saepe flavo colore notata[23]; facies haud raro coloris cerei, gena dextra profunde rubra, et aliquando icterus universalis. Nisi respiratio, saltem profunda inspiratio, ardua est. Tussis frequenter sicca, brevis. Plurimis singultus[24]. Multi praeviis ructibus amaris, nausea, vomituritione, bilem flavam porraceam evomunt. Alvus segnis, cum faecibus griseis, albidis. Aliquando diarrhoea serosa, mucosa, cruenta[25]. Urina[26] crocea, tincta et saepe tingens cum sedimento purulento roseo[27]. Recensitis symptomatibus medicorum nonnulli adnumerant impotentiam

22) Naumann l. c. p. 48. („*indem bei dieser Lage die Leber gegend gedrückt wird.*")

23) „Omnium autem prima coloris icterici indicia in adnata oculorum tunica apparent." Swieten l. c. §. 931.

24) „Hepatis inflammationem patienti *singultus* advenit." Hippocrat. Aph. 59. Sect. V. Et Celsus (l. c.) *singultum* pro signo acuti in hepate morbi habuit.

25) J. F. A. Anschütz Observatio hepatitidis quam melaena secuta est. Lips. 1813.

26) Lotium in hepatitide principio urico (*uré*) orbatum esse contendit Rose (*London medical Repository. Vol.* 6. 1816) et confirmat Henry (ibid. Vol. 5. 1816): secus Prout (*inquiry into the nature etc. of gravel.* 1821. P. 11.) et Davy (*account of the Interior of Ceylon.* 1821. p. 490.) et Alfred Becquerel (*Séméiotique des urines dans les maladies du foie*).

27) „Sedimentum hoc rosei quidem coloris, sed submucidae et veluti purulentae est consistentiae: unde hoc phaenomenon multis imposuit, ut pro vero pure illud agnoscant, ut abscessum accusent." Juncker Conspect. med. Tabul. LXV. 16.

tentiam sternutandi[28]), dysphagiam et hydrophobiam[29]); nos adnumeramus vertiginem[30]).

S. hepat. chronicae. 3. Ad *symptomata hepatitidis chronicae*[31]) majori minorive jure referuntur[32]) animi dejectio[33]), mo-

28) CLARK (l. c. 104.) „*ma il sintoma più generale e diagnostico* (!) *è l'inabilita disternutare, ancor quando si usino stimolanti sternutatorii per eccitarlo.*"

29) PORTAL *Anatomie médicale* T. 5. p. 300 („BRACHT FIELD *donne l'histoire d'une maladie inflammatoire du foie qui fut accompagnée d'hydrophobie; ce que j'ai egalement observé dans une jeune fille, mademoiselle Reverseau, qui était devenu très jaune et avait éprouvé des violens vomissemens après une affection d'ame ... elle était atteinte en même temps d'une Dysphagie.*" In opere *Sur les maladies du foie,* PORTAL quidem de hepatitide socia hydrophobia loquitur (p. 269. nota 3.); ast observatio ad quam provocat nihil ejusmodi offert!

30) Pluries observavi, et luculentissimum exemplum habui in Clinico Wilnensi mense Novembri anni 1819.

31) Jam GALENUS (Definit. med. N°. 274. CHARTER T. II. p. 264.) hepatitidis chronicae sequentibus verbis meminit; „Hepatici sunt quos jecoris dolor comitatur diuturnus, cum tumore et duritie et corporis decoloratione, supervenit illis febris et lingua exarescit." — VALCARENGHI (l. c. p. 51.) ait: „in longum tempus aliquando hepatitidem produci, dum nempe modo remittere videtur, modo gravius iterum insurgere." — KLEIN (Interpres clinicus) „hepatis inflammatio, inquit, quandoque ita parva est, ut respiratione magna tantum deprehendatur, talisque multis saepe mensibus trahitur." De hepatitide chronica etiam TODE (*Vorrede zu* MENDER's *Grundzüge aus den neuern Theorien der Heilkunde. Kopenh.* 1781) mentionem fecit. De illa ex professo egerunt: A. BAZZONI Diss. de hepatitide chronica et de vario ejus exitu et sequelis. Paduae. 1826; — A. ELKHEN Diss. Adumbratio quaedam observationes de hepatis inflammatione chronica. Dorpat. 1835.

32) Imago hepatitidis chronicae a DUNCAN (*Medical Commentaries Decad.* 2. *T.* 4. p. 348) tradita, utpote certiora morbi signa exhibens, adduci meretur: „*When a patient has frequent returns of a bilious purging, becomes pale and bloated and has a dull white colour or a yellow tinge in his eyes, attended with great uneasiness about the pit of his stomach, an unnatural carving foot at times and a slow fever, a chronic hepatitis is strongly to be suspected. If obstinate constipation succeeds the purging and tenesmus and if there be a sense of weight and a heavy pain in the right hypochondrium on pressing the fingers under the false ribs, when patient is in a recumbent posture, the disease is still more certain. But if there be also a dryness and hardness of the gums, a pain about the top of the shoulder', and an inability to sneeze here can be no doubt of it.*"

morositas, anxietas, in iram proclivitas, somnolentia, cita defatigatio, cutis arida [34]), dolores vagi artuum, obtusi lumborum, acuti scapularum [35]); ciborum desiderium modo excedens, modo deficiens [36]), ventriculi post pastum molestiae*), ructus praesertim acidi, nausea, per vices vomitus; sitis, lingua sicca, gingivarum durities [37]), sensus caloris interni aut plenitudinis ad regiones hepatis et stomachi, attactum rudiorem respuentium; alvi obstructio alternatim cum diarrhoea [38]); molimina haemorrhoidalia; urina pauca, tincta cum sedimento puriformi roseo; tussicula brevis; profunda inspiratio plus minus impedita; decubitus in alterutrum latus incommodus; flavedo nisi totius faciei (aliquando tumidulae) saltem alarum nasi; proclivitas ad epistaxin; pulsus, praesertim horis vespertinis, febrilis [39]), interdum sano lentior [40]).

§. XXX.

33) „*Gli spiriti animali s'abbattano di molto.*" Girdlestone l. c. p. 12.

34) „*La pelle, specialmente quella delle parti muscolari del corpo, è secca è squallida.*" Idem, ibid.

35) „*Il dolore della spalla... che dapprima era ottuso e vago, fassi immediatamente acutissimo. Esso corrisponde sempre* (?) *con quella parte del fegato che trovasi più immediatamente affetta... Il dolore della spalla s'accresce in ogni movimento del diaframma...*" Idem l. c. p. 15.

36) „*Frequentemente prima di pranzo vi è un disaggio momentaneo, il quale viene quasi istantaneamente susseguito da una sensazione di fame.*" Idem l. c. p. 13. — „*Der Kranke... hat bald starken Hunger, bald Widerwillen gegen Alles.*" Vogel l. c. §. 7.

*) Wagner *über chronische Leberentzündung, als häufige Ursache schwerer Verdauung* in *Journal für Natur- und Heilkunde, herausgegeben von der K. med. chirurg. Academie zu St. Petersburg.* 1841. *Heft* 3.

37) „*Le gingive contraggono una durezza.*" Girdlestone l. c. p. 13.

38) „*I secessi si rendono molto irregulari; alcuni giorni scarseggiano, altri sono profusissimi ed acri.*" Idem ibid.

39) „*Il polso è picciolo, duro, frequente, massime verso sera.*" Idem. ibid.

40) „*Der Puls ist fast natürlich, manchmal langsamer als der normale.*" Reil l. c. §. 219.

§. XXX.

Necroscopia.

Generatim 1. Saepius et nos vidimus in defunctis ab hepatitide foedo spectaculo ex ore et naribus cadaverum amurcosam olidissimam materiam exire [1]). Capilli plerumque praeter modum flaccidi obveniunt.

Hepar. 2. Aperto abdomine, *hepatis* superficies vasis cruore repletis rubra, livida apparet, saepius in lobo dextro quam sinistro [2]). Membrana hoc viscus ambiens nunc tota nunc ex parte solito crassior [3]). Rarius universum jecur tumet, et confinia excedit; quod autem dum contingit, superficies ejus externa costarum vestigia exhibere solet [4]). Plerumque superficies ista lymphâ coagulabili et pseudomembranis obducta est. Pseudomembranae ejusmodi nunc sparsim obveniunt, ac levi adhibita vi frustatim secedunt; nunc universum viscus investiunt [5]), eique tenaciter adhaerent, nunc illud morbose jungunt cum peritonaeo [6]), musculis abdominalibus et omento [7]); cum diaphragmate [8]), oesopha-

1) Swieten l. c. §. 933. 2) Bovell Diss. cit. p. 7.

3) Bonnet *Maladies du foie.* p. 19.

4) „Costa ultima vera, et prima spuria *sulcos* in hepate fecerunt sat profundos, evidenti signo quod hepar saepius ad costas urgeretur.“— Stoll Ratio medend. T. VII. p. 71; — Anschütz Diss. cit. p. 27.

5) van Doeveren Specimen observationum academicarum. Lugd. Bat. 1765. cap. IV. p. 74; — Stoll op. c. T. I. p. 275; — Andral *Cliniq. méd. maladies de l'abdomen* p, 145. („*Tout le foie est comme enveloppé par une couche purulente épaisse, étendue en membrane.*“)

6) Lieutaud Hist. anat. T. I. p. 247. Obs. 838. 840; — Sandifort Observat. anat. patholog. Lib. II. Cap. 2. p. 61. Not. c; — Chambron de Montaux Observat. clinicae curationes morborum periculosiorum et rariorum, aut phaenomena ipsorum in cadaveribus indagata referentes. Paris 1789. Versio Germanica. Lips. 1791. B. 6. p. 558.

7) Hebenstreit Resp. Springsfeld Diss. de partium coalescentia morbosa. Haller Collect. Disput. ad morbor histor. et cur. facientium. Vol. VI. p. 377. §. XIII. („hepar...

phago [9]), ventriculo [10]), intestino colon [11]), duodeno [12]), et jejuno [13]); cum liene [14]) et utero [15]). Conjunctio haec fit sub forma aut ligamentorum, aut membranarum proprie dictarum aut textus cellulosi. Hoc ultimo in casu saepe *lympha coagulabilis inter cellulas colligitur ac abscessum simulat* [16]). — *Serum*, hepatis membranam externam inter et ejus parenchyma collectum, rarissimum *hydropis acuti jecinoris* exhibuit casum [17]). Adhuc rarior ille *hydropis paren-*

non tantum cum membrana peritonaei, sed et per eandem pseudomembranam) cum musculis abdominalibus, fundo ventriculi atque omento coaluit.

8) Miscell. Acad. Natur. Curios. Dec. II. Ann. VII. Obs. 252; — Bartholinus Hist. Anat. T. II. Cent. IV. Hist. 20. p. 265; — Morgagni op. c. Epist. VII. 11. E. XI. 6. E. XVI. 30. E. XXXVIII. 34, E. XL. 23. E. XLIX. 19. E. LVI. 31; — Lieutaud op. c. obs. 839. 841 842. p. 248; — Stoll op. c. T. VII. p. 184. („Hepar, plurimis in locis, ac ordinario solet, membranosis vinculis concavae diaphragmatis parti accretum.“); — Soemmerring Not. 138 ad Baillie op. c.; — Voigtel *Handb. der path. Anatom. B.* 3. p. 22; — Maclean apud Bovell Diss. cit. p. 27.

9) Sandifort Museum anatom. Vol. I. Sect. IV. No. 23. p. 249.

10) Hebenstreit l. c. — Rudolphi *Schwed. Annalen. B.* 1. *St.* 1. p. 66; — Voigtel l. c.

11) Crebro observavi.

12) *Journal de médecine T.* 87; — Soemmerring Nota 91 ad Baillie op. cit.

13) Miscell. Acad. Natur. Curios. Dec. III. Ann. I. Obs. 122.

14) Morgagni op. c, Epist. XVI. 6; — Dietrich Diss. continens observationes circa calculos in corpore humano inventos. Halae. 1788. p. 78. obs. 2.

15) Gerlach. Stark's *Archiv für die Geburtshülfe. B.* 6. *St.* 6. No. 2. p. 555.

16) Plura exempla propria suppeditat experientia; et mirabilem narrat Abercrombie *On diseases of the Stomach* p. 356 (Cystis inter hepar et partem posteriorem diaphragmatis).

17) Non ex propria, ut vulgo creditur, sed ex aliena observatione casum hunc retulit J. P. Frank (l. c. p. 277—78). Narrat enim Fr. Alix (Observata chirurgica; fasciculus III) de rustico, qui de spiritus difficultate ac dolore gravativo in regione costarum spuriarum dextri lateris conquestus erat, atque in sinistrum latus decumbere non poterat. Regio hypochondriaca dextra erat tensa, dolebat, tumebat, atque tertiam inter et quartam, ex spuriis costis manifesta sentiebatur fluctuatio. Hic igitur sectio fuit instituta, ex cujus vulnere egrediebatur *vesica*, aqua repleta. Ac ex ve-

renchymatis hepatis*). Saepius *hydatides* (videlicet vesicae verisimiliter ex pseudomembranis formatae) superficiei hepatis externae adhaerent [18]). Longe frequentius serum plerumque lymphae coagulabili mixtum, in peritonaei cavo colligitur, ac *hydropem ascitem* constituit [19]). Hepatis substantia nunc purpurea [20]), flava [21]), nigra [22]), decolor [23]); nunc compacta [24]) (ut cultro secanti aliquando cum stridore re-

sica aperta, effluxit aqua urinae similis, et aeger in melius converti videbatur. Post sex vero septimanas, praegresso horrore, calore, paucorum dierum spatio, extinctus fuit. Sectio cadaveris docuit, *vesicam illam aqua repletam, externam hepatis membranam fuisse.* In majori vero hepatis lobo abscessus haerebat pure foetido repletus. — Cum hoc casu quandam alit similitudinem ille Portalii (op. c. p. 106): „*La foie était d'un énorme volume, sa membrane externe était soulevée par de la sérosité limpide; il en avait d'épanchée entre le foie et le diaphragme, dans l'espace où ces deux viscères se touchent immédiatement, espace qui est entrouré par le ligament ordinairement appellé coronaire.*" — Spectat quodammodo huc etiam casus memorabilis a doctore Hesse relatus. *Beobachtung einer Wassersucht der Leber.* Horns *Archiv für med. Erfahrung. Berlin* 1829. *Septembr. Octobr.* p. 868.

*) „In hoc affectu totum hepatis parenchyma spongiae instar aequaliter intumescit, serosoque humores undiquaque imbibit. Hoc malo affectum hepar interdum in immensam molem excrescit." Glisson Anatom. hepatis.

18) Commentar. Academ. Petropolitan. T. I. p. 379; — *Journal der Erfindungen.* §. 10. p. 88; — Annesley *Recherches* cit.; — Bright. *Guy's Hospital Reports. No.* 5. *Octob.* 1837. *Edited by* G. H. Barlow *and* J. P. Babington *London*; — Krauss *Würtembergisches Correspondenzblatt. B.* 9. *No.* 7; — Joseph Mauli Diss. de hydatide ingenti mole praedita in hepate mulieris reperta. Patav. 1836 (Hepar magnum, undique cum partibus viciniis concretum. Cystis stricte jecinoris superficiei convexae adcreta, voluminis capitis pueri. Continebat serum flavescens). Barbier *Diss. de la tumeur hydatique du foie. Paris.* 1840.

19) Quibus hepar aquae plenum in omentum eruperit, iis venter aqua repletur." Hippocrates Sect. VII. aph. 55.

20) Lieutaud, Baillie ll. cc. 21) Baillie l. c. p. 133.

22) Forrest *Glascow medical Journal. July* 1833.

23) Andral *l. c.* p. 160. („*Son tissu remarquable par sa pâleur s'écrasait en pulpe sous les doigts avec la plus grande facilité.*"

24) „*Le changement de structure du foie, devenu ferme et compacte semble être dû à la lymphe coagulable qui se*

renitatur), cholelithis referta [24]), friabilis [26]); nuncque extrinsecus mollis et intus dura [27]). Saepe parenchyma cruore et lympha coagulabili infarctum, ejusque vasa tam capillaria quam biliaria lacerata. Hydatides [28]) continet crebro [29]), modo singulas, modo collectas [30]), quae probe a *vermibus*, formae quodammodo similis distinguendae sunt [33]).

repand dans le tissu parenchymateux de ce viscère, et qui alors est déposé par les vaisseaux véneux." Saunders op. c. p. 173.

25) Cap. V. §. XXI. 1.

26) Lieutaud op. c. Obs. 816. p. 243; — Andral l. c. („*En tirant assez légèrement cet organe hors de sa place; nous fumes étonné d'en opérer la déchirure. Son tissu était effectivement d'une remarquable* f r i a b i l i t é. *On l'écrasait et on le reduisait en une pulpe rougeâtre par une pression très-légérement exercée. Ainsi ramolli, le tissu du foie ressemblait au tissu de certaines rates, molles elles mêmes*").

27] Piso apud Lieutaud l. c. c. Obs. 819. p. 244.

28) Camerarius Act. Acad. Natur. Curios. Vol. II. p. 378; — Ruysch observat. anatom. chirurg. Obs. 44. 45; — Morgagni op. c. Epist. XXXVI. E. 4. XXXVIII. 36. 42; — Lieutaud op. c. Lib. I. Sect. II. Obs. 695—703 p. 208; — Haen Rat. Med. P. IV. p. 105. P. VII. Cap. 3; — Stoerk Annus medic. II. p. 203; — Roederer De morbo mucoso p. 190; — Lambsma Ventris fluxus multiplex; — *Fränkische Sammlung B.* 3. p. 66; — Leske *Auserles. Abhandl. aus den philosoph. Transactionen. B.* 3. p. 51; — Baillie op. c. p. 134; — J. Th. G. ab Eckardt Diss. sistens observationem hydatidum in hepate inventorum una cum praemissis ad hanc materiam spectantibus. Jenae 1797; — Brera Sylloge opusculorum ad praxin praecipue medicam spectantium. Ticini 1790. Vol. IV. p. 157; — Portal op. c. p. 105; — Annesley *Diseases of India.* Vol. I. p. 677—683. v. *Samml. auserl. Abhandl. B.* 36. p. 20; — L. Marlinet *Clinique médicale de l'Hôtel-Dieu de Paris. Revue medicale T.* 3. 1827. p. 431; — Bright, l. c. — Biett *Gazette des hôpitaux. T.* 7. p. 383; — Craigie *The Edinburgh med. and Surgic Journal. January.* 1834. p. 119. — *Medicinische Zeitung von dem Verein für Preussen.* 1838. *N°.* 46. 1°; — *Medic. Jahrbücher des k. k. Oesterr. Staats. B.* 20. §. 3.

29) Galenus (Commentar. in aphor. 55. Sect. VII) hepar *aptissimum ad hydatides* vocat. Sententia haec ex sectionibus animalium deducta confirmatur in genere humano.

30) „Ubi hydatidum plurimae sunt, ibi majori plerumque sacco, cujus parietes et notabilis crassitudinis, et duritiae sunt, includi solent. Id quod praecipue in hydatidibus

sunt [31]). A hydatidibus, volumine dumtaxat majore, differre videntur *sacci sero repleti,* qui non raro in jecinoris substantia obveniunt ac *hydropem saccatum* constituunt [32]). Tam hydatides quam cystides, seu sacci, sibi facile viam parant ad peritonaeum [33]), in cavum pleurae [34]), inque ventriculum [35]), duodenum [36])

hepar adficientibus, accidit. In eo quoque inter se differunt, quod nonnullae sacci commemorati superficiei internae adhaerescunt, nonnullae in fluido, quod simul in sacco deprehenditur circumnatant." Eckard l. c.

31) Caput III. §. IX. 3. Oculis nudis jam ex eo distinguere licet, inquit Eckard (l. c. p. 160) „quod hydatidum tumor in uno tantum ex plurimis lamellis conflato sacco continentur, fluidum autem in taenia hydatigenea contentum binis includi videtur velamentis, ex quo sequitur, ut taenia, vesicae internae adhaerens, vesicae alterius internae speciem referat. . . Aliud discrimen in oculos incurrens; hoc est, ut incisione facta, fontis artificiose prosilientis adinstar prorumpat, taenia autem hydatigena vesicam sibi indutam laxius solummodo replet."

32) Roux *Journal de médecine* 1774. *T.* 42. p. 314.: *Sur une hydropisie enkystee du foie („je trouvais dans la partie concave du gros lobe une tumeur très-considérable, dans laquelle je sentis une fluctuation très-marquée; y ayant plongé le scalpel, il en jaillit une eau claire, limpide, qui avait une légère teinte verte. Ayant prolongé l'incision je découvris une cavité qui pouvait avoir quatre pouces de diamètre; l'intérieur en était blanc et calleux, ressemblant assez exactement à l'intérieur d'un gosier de volaille, dont on a enlevé la tunique interne");* — Sallin *Séance publique de la faculté de médecine en l'université de Paris.* 1778. p. 67. et *Samml. auserl. Abhandl. B.* 7. p. 245. *Nota* *); — Home *klinische Versuche*, p. 380; — Weigel's *Italiän. med. chir. Bibliothek. B.* 1. *St.* 2. p. 143; — Brugmann in Bernard Specim. inaug. sistens quaestiones medici argumenti. Lugd. Batav. 1796. n. 6. Reil's *Archiv für die Physiol.* B. 6. p. 484; — Corvisart. Le Roux *Journal de med. chirurg. et pharmac. cahier* 1. Vers. Germanic. in *Journal der ausländ. medic. Literatur.* B. 1. *St.* 2. p. 17; — Lassus *sur l'hydropisie enkystée du foie. Journ. de médecine ann. IX. Brumaire;* — Guerin *Journal de chimie médicale. Septembr.* 1825; — Hodgin. *Medico chirurgical Transactions published by the medical and chirurgical society of London. Vol.* 15; — Hawkins ibid. *Vol.* 18. 1833.; — *Medical Gazette. Vol.* 1. p. 334. 468.

33) Guattani De extirpatione anevrysm. Romae 1772. p. 109.

34) Cruveilhier *Essai d'anatomie pathologique.* T. 1. p. 164; — Clemont *La Lancette française.* 20. *Mars* 1832.

num [36]) et colon [37]). Frequentissime autem *hepatis abscessus*, argumentum capitis sequentis, occurrunt. Nec illius visceris *gangraena*, etsi ab expertissimo Baillie non observata [38]), in dubium vocari potest; confirmatur enim ab experientia tum aliorum [39]), tum nostra [40]). Verum nec omnis jecinoris livor mox pro gangraena declarandus est [41]), nec omnis gangraena a praevia inflammatione repetenda [42]).

3. *Vesiculae felleae* pars externa, frequenter notas inflammationis exhibet, praecipue dum superficies illius — Cystis fellea.

L 2

35) Cruveilhier *Dict. de med. practique*; — Husson apud Bernhard *Monographie der Krankheiten der Leber.* p. 80.

36) Rudolphi Op. c. Vol. II. Part. 11. p. 248 („Et procul dubio hydatides ex hepatis abscessu in duodenum penetranti derivandae.")

37) Mérat *Diction. des sciences médicales.* T. 16. p. 139; — Andral *Cliniq. méd.* T. 2. p. 548.

38) Op. c. p. 129. („*ist von mir niemals beobachtet worden.*")

39) Schenck Observat. Lib. III. Sect. II. §. 17; — Salmuth Cent. I. obs. 4; — Dodonaeus Observat. cap. XVI; — Coiterus Observat. anat. chirurg. Miscellan. Academ. natur. Curios. Dec. II. obs. 2; — Capivaccius lib. III. cap. XXIII; — Bartholinus Observat. Cent. IV. hist. 18. Miscellan. citat. Cent. III. et IV. Obs. 144. Dec. II. ann. IX; — Blancardus Anatom. pract. rationalis. Amstelod. 1687 obs. 75 (. . . „concava jecoris pars erat *sphacelosa*". . .); — Bianchi Op. c. T. I. p. 337. („In principe de Orsinis Romae 1722 post quatuor dierum morbum octuagenaria defunctâ, et apertâ, hepatis, et pulmonis viscera abitâ in *necrosim* inflammatione aeque perculsa deprehensa sunt."); — Lieutaud l. c. obs. 599. p. 180. obs. 604. p. 182; — Mongagni l. c. Epist. XXXIV. 25. („Sinister jecoris lobus inventus est laxus *sphacelo* prorsus vitiatus"); — Tinelli *Storia d'una assai rovinosa infiammazione del sistema epatico. Giornale della società medico-chirurgica di Parma.* Vol. 6. p. 244 („*nella parte concava la sostanza del fegato era alterata per ingorgamento infiammatorio, ed anerita, e passata alla cangrena*"); — Bovell Diss. cit. p. 25; — Portal l. c. p. 126 („*on trouve le lobe gauche du foie entièrement sphacélé.*"); — R. S. Graves *Dublin Journal of the medical and chemical science.* Vol. 2. *London. medical and surgical Journal* Vol. 4. 1834. No. 84. p. 191. *Samml. ausserl. Abhandl.* B. 41. St. 3. p. 426.

40) Conspicuum exemplum habui ann. 1799 in femina spatio quinque dierum a hepatitide enecta. Et hic sphacelus jecinoris lobum sinistrum occupabat.

postica jecinoris phlogosi correpta est [43]), non raro illius adhaesiones morbosae cum musculis abdominalibus [44]), peritonaeo [45]), omento [46]), duodeno [47]) et colon [48]) contingunt, quibus aliquando vesicula e sede consueto removetur [49]). Ipsa a pseudomembrana, cellulosae instar, plene involuta apparuit [50]). Frequentissime membranae cystidis crassescunt [51]), et interdum callosae veluti cartilagineae [52]), quidquod os-

41) Potest enim *ecchymosin* sistere, quae saepe ex cadaveris peculiari positione gignitur, monentibus Bell *Zergliederungskunst.* B. 1. p. 43 et Voigtel cit. p. 17.

42) Fr. Hoffmann l. c. §. 111. p. 45. („Sed tenendum omnino non omnem sphacelationem supponere inflammationem.")

43) Voigtel l. c. p. 76.

44) Portal l. c. p. 178 (. . . „*il y avait un abcsès entre les muscles de l'abdomen, lequel abscès, moyennant un corps ligamenteux creusé en forme de canal, communiquait avec la vessie du fiet.*")

45) Bloch *medicin. Bemerkungen. Berlin* 1774. p. 27.

46) Walter Observat. anatom. p. 52.

47) Ludwig Adversaria med. practica. Vol. III. p. 708; — Cline *Samml. ausserl. Abhandl.* B. 14; — A. Cooper et M. J. Weber *Abhandlungen der kais. Leopold. Carol. Akademie der Naturkundigen. B. 9. Abthl.* 2. p. 440; — Heyfelder. Clarus *und* Radius *Beyträge zur prakt. Heilkunde. B. I. Heft XI.* 2.

48) F. A. Walther Annotat. Academ. p. 83; — Portal l. c. p. 169.

49) Treuner (Stark's *Neues Archiv für die Geburtshülfe.* B. 2. St. 1. p. 90) vesiculam felleam ligamenti ope colon adcretam vidit. Distenso hoc intestino, illa vesicula *invertebatur*, ut bilem evacuare nequiret.

50) Walther *Anatom. Museum.* B. 1. p. 125. No. 250.

51) Wepfer De cicuta aquatica. p. 176; — Morgagni Epistol. Anatom. Vol. I. §. 43. De sedib. et causs. morbor. Epist. XXXVII. 20 („Irritatio autem phlogosis potest et ulcera, et excrescentias, a me quoque visas, et, si cum Wepfero urinae et fellis vesicam inter se conferamus, *tunicarum saltem crassitudinem facere*"); — Fantoni Opusc. medic. et physica. Genev. 1738 (Cystis fellea, lymphae inter ejus tunicas collectione adeo tumida, ut earum crassitudo totum fere digitum transversum aequaret); — Lentin *Beyträge zur ausübenden Arzneywissenschaft.* B. 1. p. 207.

52) Lancisi Opp. varia. p. 46; — Trewius Act. acad. natur. Curios. T. IV. obs. 140; — Pezold Diss. citat. de cholelithus. §. 6; — Walter Annotot. Acad. p. 83; — Soemmerring Not. 296 ad Baillie op. cit.; — J. P. Frank l. c. p. 272.

osseae [53]) fiunt, imminuta inde vesiculae cavitate [54]). De calculis inter illas nidulantibus jam dictum est [55]); non ita de *oedemate* [56]). Quamvis inflammatio totius cystidis observata fuerit [57]), praevalet tamen opinio conspicuum telae cellulosae stratum, quod inter membranam externam et internam locum obtinet, impedire quominus phlogosis a prima ad alteram penetrare possit [58]). Id certum, tunicam, cavitatem ambientem maxime calculorum experiri vim [59]). Visa est interdum vacua [60]), longe autem saepius (imprimis dum orificium a calculis obturatum erat, aut vitia ductuum biliariorum mox describenda adfuerant) a bile, stupendae interdum copiae [61]) repleta (*cholecystoncus*). Cy-

53) Rhodius Observat. medic. Cent. II. obs. 96. Cent. III. obs. 3. 28; — Molinelli. Murray *Medic. Biblioth.* B. 2. p. 153; — Grandchamp. Hufeland's *Annalen der französ. Arzneykunde.* B. 3. p. 102; — J. G. Walter Observat. anatom. rarae; — Andral l. c. p. 350.

54) Morgagni l. c. Epist. XVI. 10. E. XXII. 2. E. XXXVI. 25. E. XXXVII. 29. E. L. 4. E. LIV. 46.

55) Cap. V. §. XXI. 2; — Durand-Fardel in *Archiv. de médec. de Paris. Avril* 1841.

56) Sœmmerring *Anmerk. zu* Baillie. p. 151. XVIII. („*Ich sahe wirklich in mehreren Fällen die Häute der Gallenblase wassersüchtig angelaufen und von einander getrennt*"); — Andral l. c. p. 324 („*Dans la vésicule nous avons trouvé les tissus subjacens à la muqueuse infiltrés plusieurs fois de sérosités, et une fois de matière purulente*").

57) Voigtel l. c. p. 77.

58) Idem, p. 76.

59) „*Mir ist es nicht selten vorgekommen, dass eine Gallenstein enthaltende Gallenblase inwendig entzündet, ja sogar vereitert war. . . In ein paar Fällen sahe ich die innere Haut ganz zerstört, so, dass ihr netzförmiges, fächeriges Ansehen ganz verloren gegangen war.*" Sœmmerring l. c. not. 296.

60) Rhodius Mantissa Anatomic. obs. XXIV. p. 17; — Fernelius Pathologia Lib. VI. c. 5 („Non pauci e vivis erepti sunt, in quibus non alia interitus causa comparuit, quam quod folliculus bile omnino exhaustus esset"); — Fantoni op. c. p. 147. 169; — Home *Klinische Versuche*; — Wiedemann, Hufeland's *Journal* B. 3. p. 383.

61) Amyand *Philosophical Transactions No.* 419. p. 317. (tres sextarii); — Goldwitz *Pathologie der Galle*, §. 12.

Cystidis tunc volumen [62]) et extensio [63]) vix limites agnoscere solent. Aliàs autem vesicula non a liquore, de quo nomen habet, sed a *sero* pro re nata tenui [64]), cruento et purulento [65]), ad multas uncias collecto [66]) distenditur, verumque *cystidis felleae hydropem*, perbelle ab Aug. Arn. Sebastian [67]) aliisque [68]) descriptum, constituit. Immo

(librae duodecim); — Cline l. c. (punctione in vita perracta viginti unciae bilis evacuatae, et cadavere secto e vesica fellea, ad pelvim usque extensa, insuper duo canthari bilis exhausti fuerunt); — Young *Philosophical Transactions. Vol.* 17. *No.* 333. p. 426 (Librae fere tresdecim); — Gibson *Edinburgh. Versuche und Bemerkungen. Altenburg* 1749. B. 2. No. 30. (Octo librae, in separatis cancellis invicem in medio junctis)

62) Vesalius Epistol. rationem modumque propinandi rad. chinae decocti pertractans (magnitudinis duorum pugnorum); Zwinger Act. acad. natur. Curios. Vol. I. obs. 78. (Volumen sextuplum); — Koreff Diss. sistens theoreticam considerationem icteri. Hal. 1758. §. 12. (instar cystidis felleae bovinae).

63) Swieten l. c. §. 935 (ad os ileum dextrum); — Commercium Literar. Norimbergense 1733. Hebdom. XI. obs. 2. (Sub costis emergens); — Richard de Hautesierk *Recueil périodique d'observations de médec. Vol.* 2. p. 358. (Longitudo septem pollicum cum dimidio); — Andree l. c. p. 36. („*Il dottor* Cheston *di Glocester sparò un cadavere e trovò, che la vesichetta del fiele conteneva circa due pinte di bile, e che si estendeva fino al catino, essa era aderente al diaframma, all' omento, ed ad una porzione di stomaco e tutte queste parti erano infiammate.*")

64) Riedlin Lin. medic. 1695. Octobr. obs. XVIII. p. 338; — Morgagni Epist. III. 2. E. IV. 26. E. VII. 11; — Dietrich Diss. de calcul. biliar. Hal. 1778. p. 80; — Hahn Ratio medend. T. IV. p. 133.

65) Miscell. acad. natur. curios. Dec. II. Ann. IX. obs. 31; —

66) Ad tres uncias, — Portenschlag (*über den Wasserkopf. Wien* 1812. p. 539); — ad uncias octo ad novem — Meckel (*Patholog. Anatomie. B.* 2. *Abthl.* 1. p. 304); — ad libras duas — Raymond (*Traité des maladies qu'il est dangéreux de guérir.* T. 2. p. 243. Ruysch (Opp. omnia anat. medic.) casum memoravit, ubi volumen cystidis calculo occlusae a contento liquore sexies majus fuit.

67) De hydrope vesiculae felleae. Heidelbergae 1827.

68) Fr. Jos. Schieffer De hydrope vesiculae felleae. Berolin. 1829. p. 18 (. . . „omnia vasa, bilem ad vesiculam devehere solita, nec non vesicula ipsa, octo pollices longa, et, qua

Immo videtur observationes de vesicula fellea bile tenui et pallidissima repleta[69]) non ad *cholecystoncum* sed ad *hydropem* pertinere. Mirum praeterea est, *hytatides,* hepati admodum familiares, vix aut ne vix quidem in cystide fellea obvenire[70]). Rarissima quoque est illius *gangraena*[71]). E contrario a quocunque demum liquido, *gaz* non excepto*), ipsa distenditur,

maxime patebat, pollices tres atque dimidium, circa apicem duos pollices ac dimidium lata, referta erat latice. Humor iste vesiculae felleae limpidus erat, serosus, saporis non amari sed fatui, membrana intima adeo expansa, ut plicae non amplius cognoscerentur"); — Hohenbaum et Bartenstein *Medicinisches Conservations-Blatt.* 2ter *Jahrgang*, 1831. No. XXIV. p. 185.

69) Bonet Sepulchr. anatom. p. 1005. §. 7. 8. p. 1006. obs. 29; — Paw obs. anat. XVIII. p. 73; — Bartholini Hist. anat. rara Cent. I. hist. L. T. 1. p. 76; — Miscell. acad. natur. Curios. Cent. I. et II. obs. 140.; — Bianchi op. c. T. I. p. 174. („Pallida occurrit ordinario ad cystin suam bilis in delicatulis, pallidissime et fere absque ulla flavedinis tinctura, ac tantum non aquea, in hydrope aliisque morbis diuturnis, in quibus sensim deperierit emaciatio in sanguine; in his interdum affectionibus albescens observatur et candida ut vidit Diemerbroek"); — Morgagni op. c. Epist. XXXV. 16. E. XXXVI. 11. E. LXX. 6.; Epist. Anatomic. I. 43. („Sed in cysti nonnullis cum calculis erat bilis ejuscemodi, ac si admistam haberet aquam in qua caro recens lota esset"); — Haen Rat. med. T. IV. p. 132. (Infantis bimestris cadaver lustrans vesicam felleam invenit valde quidem turgidam, sed humore plane aquoso plenam, gustu amaratiem vix ullam referente.)

70) Casus a Simons relatus (*Medical Communications. London* 1784. *Vol.* I. *no.* 5.) et quem etiam Voigtel (l. c. p. 49) atque Schieffer (Diss. cit. p. 9) referunt, testari quidem videtur, quod cystis fellea sexdecim cantharis hydatidum variae magnitudinis impleta fuerit; ast Meckel (l. c.) qui ejusmodi observationem severo examini submisit, demonstrat, casum, de quo agitur, ad hydropem saccatum partis concavae hepatis pertinuisse, pressione sua cystidem felleam delentem. „Insuper Meckel, Soemmerring, Tiedemann nunquam hydatides in vesica fellea observarunt." Sebatian l. c.

71) J. P. Frank Interpretat. Clinicae. Tübing. 1812. p. 365.

*) G. Tinelli l. c. („*La vesichetta del fiele conteneva poca quantità di bile atra, e scorrevole ed era enormemente distesa da qualche gaz, perchè appena fu punta, si restituì all'ordinario suo volume*").

tenditur, membranae non solum extenuationem[72]) subeunt, sed haud raro, *suppurationem* et *erosionem*, et *consumptionem*, de quibus plurima in capite sequenti.

Ductus biliarii.

4. *Ductus biliarii* frequenter a calculis in illis hospitantibus inflammantur; aut phlogoseos hepatis et vesicae felleae participes fiunt. Praeterea saepe praegressi in illis incendii raliquiae inveniuntur, ut sunt: 1° *Crassities membranarum*, sociis plerumque cum *excrescentiis* et inevitabili canalis *angustatione*[73]); — 2° *Coalitus* et *occlusio*, ut plurimum cum dilatatione ductuum sociorum[74]); 3° *induratio*[75]) et *lithiasis*[76]); 4° *gan-*

72) Walter. Annotat. Academ. p. 84. no. 5. *Anatomisches Museum B.* 1. p. 119. *no.* 225.

73) Marcellus Donatus De medic. hist. mirab. Lib. V. Cap. 3; — Bonet l. c. Lib. III. Sect. XVIII. §. 7. obs. 24. 25; — Stoll Rat. med. T. III. p. 379 („Ductus choledochus angustissimus, corpusculis rotundis fabam aequantibus, glandulis induratis, cartilagines ferme referentibus, ubique obsessus. Canalis ipse totus durus"); — Wedemeyer. Rust *Magazin für die gesammte Heilk. B.* 21. p. 418.

74) Blasius Observat. med. Part. II. obs. 4. p. 38.; — J. M. Hoffmann Diss. de ictero. Jen. 1685. p. 10; — Maurer Acta acad. natur. Curios. Vol. VIII. obs. 70; — Stoll l. c. p. 382 („Vesicula fellea inflammata, intus puris albi, sed solito consistentioris unciam, aut paullo plus, at vero bilis nihil continuit: *ductus ex hac vesicula prognatus ex toto coaluit, cohaerentibus inter se parietibus*, idque ibi arctissime omnium, quo is a vesicula nasci incipit. *Canalis socius, quem hepaticum appellant, ita dilatatus inveniebatur, ut crassiorem viri pollicem facile admitteret)*; — Andral l. c. p. 331 („*Incisé en divers sens, le conduit cholédoque ne présenta qu'une cavité presqu' imperceptible ... au contraire les canaux hépatique et cystique présentaient une augmentation notable de capacité, ainsi que la vésicule*"), p. 335 („*En cherchant de pénétrer de l'intérieur de la vésicule dans le canal cystique, nous ne pûmes y parvenir. Incisant ensuite le canal cholédoque, pour remonter dans le canal cystique, nous reconnûmes que la cavité de ces deux conduits était devenue si petite, qu'il était impossible d'y introduire le stylet le plus fin. Cette obtitération presque complète était le resultat de l'épaississement considérable qu'avaient subi leurs parois. Le canal hépatique, au contraire, était très-dilaté et rempli de concrétions biliaires*"); — Annesley Op. c. appendix; — W. Twining *Über Verschliessung der Gallengänge*

4° *gangraena*[77]), ne dicamus de *obturatione* a muco tenace[78]) et a bile spissa[79]), atque de *suppuratione*[80]).

5. Quamvis et olim *venae portae* examen non omnino neglectum fuerit[81]), attamen ejus conditio inflammatoria maxime a recentiorum observationibus confirmata est[82]). Vena porta.

6. Ne-

ex *Transactions of the medical and physical Society of Calcutta* in *Samml. auserl. Abhandl. B.* 40. p. 664.

75) Palazzoli apud Morgagni Epist. XXXVII. 35; — Andral l. c. p. 343 („*Le conduit hépatique ainsi que le cholédoque dans toute son étendue, est transformé en un cordon ligamenteux, dans lequel la dissection la plus exacte ne peut faire découvrir aucun reste de cavité*").

76) Bonet l. c. obs. 16; — Soemmerring not. XV. ad Baillie op. c. p. 151.

77) Vide historiam morbi no. 6. tradendam.

78) Ettmüller Prax. med. Lib. I. Sect. XI. Cap. III. §. IV.

79) Stoll l. c. p. 383. („Bilis ibi profunde flava et ductilis continebatur").

80) Cap. VII. §. XXXVII. no. 3.

81) Vesalius. Lib. V. Cap. XV.; — Spiegel De lumbrico lato. Patav. 1618. (Concretionem polyposam pro verme habuit); — Blancard anat. pract. rationalis. Cent. II. Amst. 1687. obs. LXXIII.

82) Andral l. c. p. 64. („*L'ouverture du cadavre nous montra une induration rouge du foie; en incisant les veines de cet organe, nous fumes frappés de la vive rougeur de leur surface interne. En se rapprochant du tronc de la veine porte, on observait que la membrane interne de cette veine et de ses principaux rameaux hépatiques se détachait des tissus subjacens avec une facilité beaucoup plus grande que de coutume, elle était manifestement aussi molle, plus friable que dans son état ordinaire. Dans quelques rameaux, une sorte de pseudomembrane tapissait les parois veneuses sous forme d'une toile mince, transparente, inorganique en apparence. Le tronc lui même de la veine porte, ainsi que les principales branches qui convergent vers le foie pour lui donner naissance, présentent à leur surface interne la même rougeur, la même friabilité de leur membrane.*"); — *Cliniques des hôpitaux.* 2. *Mai* 1829. („*Le tronc de la veine porte hépatique depuis le lieu ou il pénètre dans l'organe jusqu'à ses dernières ramifications, rempli de pus blanc, concret, pris en pseudomembranes, qui sont collées aux parois du vaisseau.*"); — Aullibr *Journal hebdomadaire. Février.* 1830; — A. Baczynski De venae portarum inflammatione. Commentatio pathologica. Turici 1838; — Davis *Account of the morbid appearances found in the bodies of those who died subse-*

Alia viscera.

6. Necroscopiae hominum hepatitide defunctorum non solum complicationes exhibuerunt vitiorum jecinoris, cystidis felleae et canalium biliariorum[83]), sed

quently to their return to England from the Walcheren expedition of 1809.

83) Magni hujus complicationis momenti historia morbi sequens, ex schedis paternis desumta, offert, quaeque *Epitomes* l. c. p. 271, ubi de inflammatione vesiculae felleae quaestio est, respicit." Mense Decembri 1787 femina ad Clinicum Ticinense venit, jam jam per quatuordecim dies hepatitide affecta. Summus aderat hypochondrii dextri dolor, qui attactum minime ferebat, singultus non adfuit; scapulae non doluerunt; sed vomitus successit. Venter vix adeo tumebat, icterica nunquam fuit, sed aliquas pridem colicas passa est. Morbus fere in totum similis pleuritidi, quam, ob situm, dicunt hepaticam. Verum saepius secui, fomentationes emollientes apposui, de quarum pondere conquerebatur. Vesicans quoque appositum fuit. Interius porrigebantur antiphlogistica et clysteres injiciebantur. Postquam vero per tres dies apud nos commorata esset frigus forte praegressum est. Gangraenam tunc praedixi. Quarta die e vivis fuit crepta. Die 18. Decembris cadaver publice dissectum est. Hepar erat praegrande. Lobus dexter, convexa sua parte, et inferiori conspurcatus videbatur purulenta materia cujus ope leviter *cohaerebat cum peritonaeo* costas spurias obtegente, et inceperat jam *pseudomembranam* formare. Peritonaeum nequaquam, nisi in levissima parte, quae paulo intimius cohaerebat cum hepate, magis rubrum. Sed in superficie concava jecinoris, durioris et tumidioris hac in parte; circulus adparebat lividus et ater, pollicem latus, et pollices fere tres pro diametro ita habens, ut vesiculae felleae regio pro centro fuerit. Pars circulo intermedia magis coccineum hinc inde colorem, alibi vero *maculas gangraenosas* superficiales offerebat. *Loco vesiculae felleae apparuit tumor albus, quasi lardaceus, splendens, oblongus* profunde ad hepatis incisionem prope lobulum Spiegelii descendens, cum vicino colon intestino dextro connexus ac duodeno etiam adhaerens, durus, renitens. In parte hujus tumoris crassiore, ad lobum hepatis, *abscessus* erat adpertus, sphacelosus, pollicem habens latitudinis. Ex laterali et sinistra hujus parte prominebat *calculus felleus*, triangularis, apicem suum per duas fere lineas super ulcus, perpendiculariter erigens. Vesiculam felleam hic subesse comparuit: hinc tumorem in longum aperui. *Tam crassi erant parietes, ut pollicem aequarent; cartilaginis quasi colore et splendore protinus albo.* Apparuerunt in medio envoque tumore calculi duo castancae fere magnitudinem habentes, fere rotundi, pluribus aliis. parvis, uno iterum triangulari, circumdati. *Interna vesiculae felleae superficies sphacelosa*, foetidissima, crassa et cinerea materia oblita, non plena; ita ut *nihil bilis* adesset. Detersa per spongiam superficie, comparebant *sinus*, in profundum

sed etiam phlogosin ejusque sequelas in peritonaeo, omento, ventriculo[84]), intestinis[85]), pulmonibus[86]), diaphragmate[87]). Dolemus cerebri plerumque omissum fuisse examen.

§. XXXI.

Causae.

1. Ad hepatitidem (est idem acutam aut chronicam) *disponunt* peculiaris annua constitutio[1]), nec equis[2]), C. praedisponentes.

hepar ex huc descendentes: quibus compressis, purulenta, melliformis, ex cinereo nigrescens materia foetidissima effluebat. Hepar igitur, quoad circulus ille externus, lividus, illud notabat, interius videbatur excavatum circulusque ille videbatur notasse limites gangraenae internae."

84) „Pylorus tam interne quam externe conspiciendam dabat maculam fuscam seu nigricantem, quae Imperialis magnitudinem excedebat ... et durities notabilis in ea hepatis parte, quae pylorum respicit et attingit, apparebat" (Klauning Hepatitide subito extincti anatome. Ephemer. Acad. Natur. Curiosor. Cent. III. et IV. p. 334) — „... *il ventricolo attaccato vicino al piloro da una macchia cangrenosa, com egualmente la mortificazione si era impadronita di buona parte del duodeno, illeso il resto degli intestini e del mesenterio*" Tinelli l. c.

85) Andral casus plurimos recenset l. c. p. 147. 153. 155. 159. 179. 186. Vide praeterea: Portal *Mémoire sur les inflammations des intestins qui surviennent dans les maladies du foie. Mémoires de l'Académie R°* des sciences de l'Institut de France. T. 5. p. 56, 1826. *Bulletin de sciences médicales. Octobre* 1827. *p.* 136.

86) „Pulmonis lobi, nigricantibus punctis, procul dubio ab intercepto sanguinis motu, undequaquam notati" (Klauning l. c.); — „*Il pulmone ingorgitatissimo di sangue*" (Tinelli l. c.); — M. Jameson *Cases of Dissertations* 1° *Hepatitis joined with inflammations of the thorax. Memoirs of the Medical Society of London. Vol.* 3. *p.* 573.

87) „*Il diaframma nella faccia che incumba al fegato infiammató, era di colore atro-livido dimostrante la cangrena.*" Tinelli l. c.

1) Fischer Diss. hepatitis Pegaviae in circulo Lipsiensi epidemice grassans observata. Erfurt. 1718. Haller Collectio Disputationum etc. T. V. No. 159.; — Judicky Diss. cit. p. 4. utpote qui refert, J. M. Vien in observationibus medico-chirurgicis Rutheni Imperii ante sex annos editis de hepatis inflammatione et suppuratione loqui, quae magnas strages edidit. Suspicor praeterea plures icteri epidemias, nihil aliud fuisse quam hepatitides ictero stipatas. Cfr. Cap. IX. §. LIX. 1.

equis[2]), nec canibus[3]) parcens; tempus autumnale[4]); clima tropicum, saltem pro advenis[5]), et Europaeum ubi humidum simul ac calidum[6]); conditio jecinoris haereditaria[7]); periodus dentitionis[8]); pueritia[9]); sexus

2) Hertwig *Über die Influenza der Pferde. Magazin für die Thierarzneikunde. B.* 2. p. 329.

3) Becker *Über die epizootische Leberentzündung bei Hunden.* Ibid. *B.* 4. p. 311.

4) Hippocrates de internis affectibus. Cap. XXIX.

5) ,,*Among the natives hepatitis does not often occur: in out of thousand native troops, J did not, in the course of three months, meet with more than two cases of Liver complaints*" (Cristie *Letter to the Editors of medical and physical Journal. Mai* 1798.). Idem confirmatur in *Transactions of the medical and physical Society of Calcutta.* 1833.

6) J. Johnson *The atmosphere and climate of Great Britain as connected with derangement of the Liver. London* 1819.

7) ,,Novimus familias, quibus non chronicis modo, sed *inflammatoriis adeo affectibus*, singulari protinus dispositione, hepar frequentius laboraret" (J. P. Frank l. c. p. 268); — ,,*Es giebt ganze Familien die nicht allein zu chronischen sondern auch zu entzündlichen Übeln der Leber besonders disponirt sind*" (Vogel l. c. §. 10.). Notatu dignissimum mihi videtur sequens Hamiltoni Bell monitum (l. c p. VII.): ,,*It is well known that every one who has been much exposed to a hot climate acquires a predisposition to hepatic affections; and when we remember the number of our countrymen, or of their descendants, who annually return from the intertropical possessions of Britain, labouring under the diseases of the climate, and become fathers of families: or who themselves suffer during the remainder of their lives under the morbid affections which they have brought with them, we shall have no reason to be surprised at the diffusion and very general prevalence of diseases, which have not hitherto been regarded as indigenous in the temperate Zones.*".

8) Praeceptorum Part. III. Vol. I. Sect. I. Cap. IX. §. XXXIX. 3; — Mylius. Hufeland's *Journal der prakt. Heilkunde. B.* 18. *St.* 4. p. 65.

9) Permultorum puerorum hepatitide laborantium imago mihi coram oculis versantur. In India res aliter se habere videtur: ait nimirum Girdlestone (l. c. p. 23): ,,*Finora non ho osservata questa malattia se non se negli adulti. Di venti tamburini di* 101. *regimenti, sotto all' età della pubertà, ne pur uno fu da essa assalito, quantunque essi fossero costantemente nel campo, e facessero le loro marcie più regolarmente di qualunque altra parte del regimento.*" Verisimiliter Reil (l. c. §. 225) inde asserit: ,,*Vor der Pubertät sollen die Leberentzündungen selten seyn.*"

xus virilis[10]); temperamentum atrabilare[11]); obesitas praesertim ventris[12]); victus inconsuetus[13]); usus mercurii[14]); arthritis[15]); vitia chronica hepatis et receptaculorum bilis.

2. Inter haec vitia calculi biliarii per se ad hepatitidem excitandam valent, quod necdum de vermibus omnino probatum est. Apud praedispositos *hepatitidem excitant* atmosphaerae calor[16]), praesertim ictus solis[17]); calida ventriculo imposita[18]), refrigeratio[19]), repletio stomachi post jejunium[20]); potus liquorum fermentatorum non solum nimius, sed moderatus etiam apud eos qui ex regionibus frigidis ad calidas migrant[21]); — C. excitantes.

10) Hepatitis longe rarius in feminis quam in viris obvenit, forte quoniam isti saepius potu liquorum fermentatorum abutuntur?

11) HIPPOCRATES l. c.

12) SWIETENIUS (l. c. §. 916) obesitatem omenti ingentem, caussis ad hepatitidem praedisponentibus adscribit, imprimis si corporis exercitium violentum superveniat.

13) „*Ogni cangiamento di dieta, dopo che si è da lungo tempo avvezzo ad una particolare, sembra agire come uno stimolante sui condotti biliari.*" GIRDLESTONE p. 29.

14) „*Il costume di prendere picciole dosi di calomelano come profilatico dell' epatitide, io sono persuaso che sovente sia stato il mezzo di eccitare questa malattia.*" GIRDLESTONE l. c. p. 57.

15) „Hepatitidi maxime obnoxii sunt, qui arthriticis et rheumaticis passionibus aliàs patent." FR. HOFFMANN l. c. p. 451. —

16) Fervidis aridisque aestatibus in nosocomiis militum hepatitidem epidemicam observavit BIANCHI op. c. T. I. p. 426, Eosdem caloris effectus observarunt GIRDLESTONE l. c. p. 24 et LARREY *Rélation historique et chirurgicale de l'expédition de l'armée en Egypte. Paris* 1803. p. 188.

17) GIRDLESTONE (l. c. p. 26) omni jure monet, non requiri capitis vulnus, ut cerebri cum hepate consensus manifestus fiat.

18) FABRICIUS HILDANUS Cent. II. obs. 46.

19) ARETAEUS De causs. et signis morbor. acuti. („Si qua in vehementi refrigeratione phlegmone in portis jecoris excitatur."); — CHESTON *Pathological inquiries and observations in Surgery*; — J. M. GRAF Diss. cit. §. VIII. (Potus aquae frigidae copiosior; — nutatio aestuante corpore.

20) GIRDLESTONE l. c. p. 31.

grant[21]); motus corporis nimius[22]); animi perturbationes[23]), ira praesertim[24]); diarrhoea cohibita[25]), ulcus pedum siccatum[26]), extirpatio nodorum haemorrhoidalium[27]), fistula ani consolidata[28]), aliae mestatases[29]); intempestivus cinchonae usus[30]); item jodinae*); — contagia nonnulla.[31]) Sanissimum caeteroquin hepar inflammare possunt, corpora extranea ad illud

21) Annesley l. c.

22) Fabricius Hildanus Cent. II. obs. 48.

23) „In peregrinatione per deserta loca, et ubi terror ex viso spectro comparuit." Hippocrates l. c.

24) Quotidiana experientia; imprimis si animi excandescentia suppressa fuerit.

25) Frid. Hoffmann l. c. §. IV. (a potu largiori spiritus vini).

26) Fr. Zanetti De hepatitide funesta ab ulcere exciccato. Nova Acta Academ. Natur. Curiosor. Vol. VI. obs. 56. p. 263.

27) Ploucquet Diss. observationes *hepatitidis* et metritidis consolidationem fistularum ani secutarum. Tubing. 1794.

28) *Aphorismen von* Ph. v. Walther. *Journal der Chirurgie und Augenheilkunde. B.* 22. *Heft* 2. *No.* 1.

29) J. L. Rouly *Diss. sur les dépôts, qui ont lieu au foie consecutivement aux blessures. Paris* 1803. — Pluries hepatitidem, praesertim chronicam, post impeditam evolutionem herpetis habitualis ad cutem, potissimum inter Lombardiae incolas, qui maxime huic impetigini (vulgo *il salso*) obnoxii sunt, observavi.

30) C. Speranza *Storia di una epatide con itterizia e pleuritide cagionata dall'uso intempestivo detta china.* Omodei *Annali universali di medicina. Fascicoto* 14⁰ *Febbrajo.* 1818. p. 145.

*) „*The observations of our professional brethern in Europe, observes* Ms. Twining, *afford reason to believe, that Jodine, administred in large doses, is liable occasionally to excite pain in the region of the liver; and in some instances, the existence of hepatitis in such cases, has been proved by post mortem inspections. Dr.* Christison *alludes to two instances (reported by* Rust *and* Zinc) *in which hepatitis occurred in persons who had recently taken large doses of Jodine, and thinks is not impossible that Jodine possesses the power of inflaming liver.*" G. Thomson op. c. p. 220.

31) Sic saltem concludo ex conditione inflammatoria jecinoris in peste (Part. I. Vol. II. Sect. I. Cap. I. §. IV. 2), *typho* (P. I. Vol. II. Sect. II. Cap. I. §. III. 5.) et febre flava (ibid. Cap. II. §. XI. 11.).

illud perducta[32]), violentiae externae hypochondrio dextro illatae[33]), vulnera capitis[34]) et faciei[35]).

3. He-

32) e. c. *Acus.* MARCHANT in FOURCROY *Médccine éclairée par les sciences physiques T.* 4. p. 213. (In puella quindecim circiter annorum, post dolorem hypochondrii dextri a partu auctum et biennium perdurantem, febris supervenit veluti gastrica, accedentibus respirandi difficultate et anasarcà, morte terminata. „*Le foie avait le double de son volume ordinaire et était très dur; dans la partie inférieure et latérale du lobe droit, je trouvais une aiguille à coudre, de la longeur de scize lignes et ... absolument noire et prèsqu' entièrement oxidée. Dans cet endroit le foie était fortement adhérent à l'intestinum colon.*")

33) WEDEL Diss. de casu ab alto. Jen. 1684 (ruptura hepatis, integra cute); — CAMERARIUS l. c. casus 1. (truncus ligni, quem puer in capite gerebat, decidens in dextrum hypochondrium); — Commercium Literarum Norimbergense 1732. p. 4. (Ruptura jecinoris lethalis); — KALTSCHMIDT Diss. de vulnere hepatis curato. Jen. 1735.; — ALETOPHILI (HAMBERGER) *Antwortschreiben über Doctor* KALTSCHMIDT's *Disputation. Jena* 1735.; — WEDEKIND Diss. de vulnere hepatis curato. Jenae 1735; — J. GREEN in *American Journal of medical science. T. VI.* p. 539.; — MIDLAND *medical and surgical Reporter. T. II.* p. 76; — THOMSON *Report of observations in the military Hospitals in Belgium. Edinb.* 1826.; — ALEX. KILGOUR in *the Edinburgh medical and surgical Journal No.* 147. 1841.; — MORGAGNI op. c. Epist. LIV. 16; — BIANCHI Op. c. T. I. p. 136. (Scissura hepatis lethalis ex casu et percussione, unde ruptura portae et mors subita); — MOHRENHEIM *Wienerische Beiträge. B.* 2. p. 295.: — SCHAARSCHMIDT *Medicin. chirurg. Nachrichten. Jahrgang* 3. p. 341; — THEDEN *Neue Bemerkungen. B.* 3. p. 134. (ruptura a saltu ex alto); — DE BERGEN Diss. de lethalitate vulnerum hepatis. Francfort. 1753.; — REINHARD De vulnerum hepatis lethalitate. Append. ad Librum de febre miliari purpur. Glogau 1758; — BOSE Diss. de hepate rupto. Lips. 1776.; — *Journal de médecine. Janvier* 1784 (Hepatis inflammatio et suppuratio a lapsu ab equo); — PEARSON *Arzneikundige Abhandlung. von London. B.* 3. p. 279; — BEAUCHENE. CORVISART *Journal de médecine. Octob.* 1812. p. 138.; — BAILLIE l. c. p. 67.; — STAEHLIN Acta Helvet. Vol. VIII. No. 8. (Ruptura jecinoris ex percussione sine indiciis externis); — RUEFLI *Museum der Heilk. B.* 2. *p.* 279; — TUTHILL *Rupture of the Liver in consequence of several blows inflicted upon the body by the husband. London medical and surgical Jonrnal Vol.* 6. *No.* 34. p. 304; — VACCA *Osservazioni di rottura di fegato e di milza senza esterna lesione. Filiatre Sebésio Luglio* 1841; — FORREST *Glascow medical Journal. Juli* 1833; — CONSTANTIN *Journal hebdomadaire.* 1834. *No.* 14. (Scissura hepatis a lapsu); — BONNET *Monographie complète des maladies du foie* p. 10; GERARD *Gazette médicale de Paris.* 1836. *No.* 10. p. 153. (Ruptura hepatis, ex vehementi nisu post quin-

3. Hepar aptissimum ad inflammationem esse viscus, jam dudum innotuit[36]), ac immerito sane negatum fuit[37]). Caeterum inflammationis mysteria aliis et hic dilucidanda relinquimus[38]). Quam scenam hoc in negotio bilis acredo ludat, determinare non audemus[39]).

§. XXXII.

Diagnosis.

Generatim. 1. „Saepe inflammationes hepatis ita clam decurrunt, ut medicum, nisi ad omnia adtentum facillime fugiant" [1]). Vilipenduntur praeterea a quibusdam aegro-

que horas lethalis.); — Billroth. Rust *Magazin für die gesammte Heilk. B.* 29. *Heft* 3. p. 540 (Laceratio hepatis a casu super caput); — Pietsch *Medicinische Zeitung von einem Verein für Heilkunde in Preussen.* 2ter *Jahrg. Berlin* 1833. *No.* 8. (Laesio hepatis lethalis ab ictu super abdomen); — Moll ibid. 1837. No. 42. (Commotio periculosa viscerum abdominalium); — Carganico ibid. 1838. No. 15. (Contusio hepatis, sine externa laesione); — Rœmhild junior. ibid. 1839. (Ruptura jecinoris); — Naumann l. c. p. 51. Cfr. Cap. V. §. XXVII. 5. de vulneribus cystidis felleae.

34) Cap. VII. §. XXXVIII. 2.

35) Richter l. c. p. 534. („*Nicht allein am Hirnschädel, sondern selbst im Gesichte hat man die Entzündung der Leber, nach einem Falle auf den Hintern entstehen gesehen.*)

36) „Hepar, inquit Rondeletus (l. c. Cap. XXXII), quod multo sanguine abundat et illo nutritur, multas et magnas venas habet, per quas magnum sanguinis fluxum, vel potius refluxum ad se patitur. Ob id aptum est ad inflammationes suscipiendas."

37) Docebat Fr. Hoffmannus (Opuscul. pathologica. Dec. II. Diss. VIII. p. 484) quod hepar parum ad inflammationem dispositum sit, quoniam ejus arteriae, habito respectu ad visceris molem, exiguae sunt, ac sanguis venae portarum a cordis et arteriarum viribus impellitur.

38) Gendrin *Anatom. Beschreibung der Entzündung. B.* 2 p. 219; — Andral *Grundriss der pathol. Anatom. B.* 2. p. 343.

39) Haller Element. Physiologiae. T. VI. Lib. XXIII. Sect. III. §. 9; — Richter l. c. p. 548; — Noeldecke Diss. cit. p. 16.

1) A. Weinholt Diss. de inflammatione occulta viscerum hypochondriorum, in febre biliosa putrida. Goetting. 1772. J. P. Frank Delectus opusculorum medicorum. Vol. I. Ticini. 1785. p. 130.

aegrotis, quod periculum eas praetervidendi adauget [2]). Accedit facilis hepatitidis cum nonnullis aliis morbis confusio.

2. Inter hos primum locum obtinet *febris biliosa* [3]); quam ita a hepatitide distinguimus, ut febrem catarrhalem a bronchitide. Quemmadmodum enim in febre catarrhali bronchia mucum copiosum sine evidenti inflammatione secernunt, sic in febre biliosa hepar bilis proventum largitur. Qui phlogosin mox admittunt, ubi secretionem auctam observant, sane obliviscuntur, tristitiam et timorem profluvium lacrymarum et urinae sine phlogosi glandularum lacrymalium et renum provocare, quod etiam de hepate respectu ad bilem per cadaverum sectiones probatum est [4]). Caeterum si sub curriculo febris, ab initio pro biliosa inflammatoria declaratae, hypochondrii dextri dolor, adtactum respuens, aut aliud probatum inflammati jecinoris symptoma, evolverentur, primae diagnosi illa hepatitidis utique substitui posset. Distinctio a febre biliosa.

3. De distinctione *hepatitidis a rheumatismo acuto seu phlogosi musculorum abdominalium anteriorum* Distinctio a rheum. acut. muscul. abdom.

2) V. Hildenbrand op. c. §. 756 („hepatitis haud raro adeo obscure delitescit, ut ab aegris vilipendatur, a medentibus praetervideatur").

3) F. Zabiello Diss. de hepatitide occulta febrem gastricam biliosam mentiente. Wilnae 1823. Cfr. P. I. Vol. I. Sect. II. Cap. IV. §. XXIII. 14.

4) „*Une circonstance m'a toujours frappé dans un assez grand nombre d'autopsies: c'est la quantité prodigieuse de bile qui remplit le canal intestinal chez certains individus, qui ont eu pendant la vie une abondante diarrhée. Quant au foie il ne présente alors aucune altération appréciable, seulement il est gorgé de bile*" (Andral l. c. p. 49). Hanc bilis copiam interdum hepatitidis et gastritidis symptomata excitare casus a Dr. Henning relatus (Hufeland's *Journal der prakt. Heilkunde.* B. 25. St. 4. p. 75) et alter a me ipso memoratus (P. III. Vol. I. Sect. II. Cap. XXIII. §. XCII. 3) docent.

rum puderet scribere post GALENUM [5]), ALEXANDRUM TRALLIANUM [6]), RONDELETUM [7]), FORESTUM [8]), FR. HOFFMANNUM [9]) et BIANCHIUM [10]).

4. Minus

5) De locis affectis liber V. Cap. 7. Edit. KÜHN Vol. VIII. p. 347. („Rectorum ergo musculorum tumores praeter naturam oblongi sunt atque per medium totius ventris extenduntur, umbilicum quemadmodum ipsum musculorum par comprehendentes; quapropter merito haud obscura est eorum dignotio, quos et situs et figura declarat, accedente ad haec, quo ipsi a nullo exteriore musculo conteguntur. Haec autem obliquis quoque musculis a thorace descendentibus sunt communia. At multo difficilior est dignotio musculorum, qui his subjecti sunt, difficillima vero transversorum. Constat autem jecur intra hos sub peritonaeo esse positum; quum itaque tribus contegatur musculis, fieri non potest, ut tactus aliquam ipsius notitiam praestet, nisi vel magna in ipso oriatur inflammatio, vel incumbentes ei musculi extenuati fuerint. Sed jecur affici declarant in dextro hypochondrio gravitas, dolor totum hypochondrium retrahens, atque ipsius doloris usque ad jugulum extensio, nam et hoc nonnunquam evenit, exigua tussis, linguae color inprimis quidem magis ruber, deinde vero niger evadens, ingens cibi fastidium, sitis inexhausta, vomitus quidam tum sincerae bilis tum ovorum luteo similis ac postea interdum aeruginosae; alvus quoque adstringitur.")

6) Lib. X. Cap. 1. („Considerari oportet, num inflammatio ipsi jecori proprie acciderit, an tunicis et *musculis* extrinsecus ambientibus.")

7) Cf. e. p. 496. („In musculis aliquando non in subjectis partibus fit inflammatio hypochondriorum. Quare qui minus exercitati in partium affectarum cognitione sunt, internam pro externa et contra accipiunt. Cognoscuntur autem hae certissima nota, quod si in parte fiat tumor, est vel inter cutem vel musculos. Illa tactu deprehenditur, visuque. Nam si calida, rubescit cutis, si frigida, sine febre est, vel dura vel laxa; si in medio ventre, figuram musculorum servat. Est longa et recta, ut ipsi recti sunt; tumor quoque multum extra protenditur; si vero in lateribus, maximus tumor erit, qui a partibus anterioribus per posteriores procedet, et extra prominebit in musculis obliquis dextris vel sinistris: si in descendente, tumor ad thoracem extenditur: si in ascendente magis ad inguina. Si in transversalibus magis laeduntur partes profundae, et qua e jugulo comprimuntur intestina.")

8) Libr. XIX. („Saepe imponit tumor dextri hypochondrii medico, tanquam sit in jecinore affectus, quum tamen sit in musculis abdominalibus.")

9) l. c. §. VI. („Inflammatio musculorum abdominis, praesertim transversorum, qui arctissime alligati sunt peritonaeo circa hepatis confinia, sensibus magis est obvia et tumor tactui ac visui sese offert, cutis circumjecta tensa comparet,

4. Minus signa diagnostica *hepatitidem* inter *pleuritidem* dilucidata fuere, ita ut hoc sub respectu gravem errorem commiserit, medicinae lumen [11]. DURETUS [12]) quidem ait: „hepatis inflammatio solam ad jugulum *tensionem* facit; pleuritis vero punctorium et gravantem *dolorem*, quae duo plane sunt acerbiora quam tensio." Haec autem distinctio se minime sustinuit [13]). Valet potius illa, quod in pleuritide dolor circa costas *veras* urget, epigastrium non adtingit, a pressione externa vix augmentum capit, magis pungens est et respiratio plus impedita quam in hepatitide (nisi forte adhaesio facta sit jecinoris cum diaphragmate*)), in qua praeterea saepe icteri indicia, Distinct. a pleuritide.

M 2 et

ut digitis attracta minime sequatur, febris sociata mitior, nec tussis nec vomitus adest.")

10) Op. cit. T. I. p. 339. („Praecipue dissimilis in hisce inflammationibus totius corporis color exhibetur: in musculorum inflammatione naturalis, et vividus permanet, in hepatis phlegmone aut pallidior apparet, aut ad ictericum vergens. . . VALLERIOLA mulierem, quae ab alio medico phlegmonoso hepatis tumore prehensa judicabatur, musculorum abdominis inflammatione vexari foeliciter ostendit, ut offert Lib. IV. Observat. Cap. V.").

11) „Multum erat VALSALVA incertus animi, quam esse morbi sedem censeret. Attamen cum aeger nullum in thorace doloris signum patefaceret, sed propriis manibus . . . in regione hepatis, dolorem suum indicaret, tandem esse credidit hepatis inflammationem. Interea morbo indies ingravescente, magis semper aucta spirandi difficultate, pulsusque debilitate, septimo exacto die mors accessit. - Cadaveris sectio, mei judicii, inquit VALSAVA, digna ipso ingenuitate, detexit errorem. Nam in ventre sana omnia erant viscera, si lienem excipias quadruplo majorem, quam par fuisset" (MORGAGNI op. c. Epist. XX. 30.). Errores contrarii, ubi scilicet hepatitides pro peripneumoniis habitae fuere, leguntur apud FORESTUM lib. XIX. obs. 3; — CLEGHORN *Observations on the epidemic diseases of Minorca*. p. 250; — THILENIUM. HUFELAND's *Journal. B.* 17. *St.* 1. p. 78.

12) Commentaria ad Coacas.

13) Quivis enim medicorum et hepatitide laborantes de juguli dolore, utrisque morbis familiare, conqueri audivit.

*) „Dr. NICOLL *states, that, according to his experience, when the respirations have been very quick throughout the course*

et tussis peculiari modo brevis et sicca obveniunt. Porro multum lucis afferunt aegroti constitutio, morbi praegressi, et caussae praesentis, quatenus pro affectu hepatis aut pulmonis loquuntur. Retinendum autem hepatitidem crebro cum pleuritide et aliquando cum ipsa pneumonia [14]) societatem inire [15]) aut unum in alterum sese convertere morbum [16]).

Distinctio a pericarditide.

5. De confusione *hepatitidis* cum *pericarditide* nostris dumtaxat temporibus quaestio facta est [17]); ac re quidem vera, si morbi chronici hepatis, cordis illos facile simulent [18]), cur idem cum acutis non contingeret, haud intelligimus. Interea cum in jecinoris inflammatione latus corporis dextrum, in pericarditide autem sinistrum maxime patiantur, et praeterea hoc ultimo in morbo angustiae longe majores esse soleant, confusio de qua agitur facile evitanda erit. Sed et hîc possibilis *complicatio* eo potissimum in casu non praetervidenda, ubi vigente circa systema venae portae inflammatione, phlebitis, facile ad cor dextrum propaganda, oriri potest, de quo argumento infra.

6. Ubi

of hepatitis, there have always been extensive adhesions of the liver to the diaphragm; and that, when no adhesions, or scarcely any, existed, the breathing has been little disturbed in any way, except in the very last stage of the disease." G. Thomson op. c. p. 173.

14) S. C. Vogel *Versuch einer medicin. prakt. Beobachtung.* Goetting. 1777. No. 19.

15) „Ita facillimum est hujus generis hepatitidem cum pulmonum affectu complicari, juxta illud Hippocratis in Coac. praenotion. *hepaticis sputum multum cruentum, sive intus subputridum, sive si merè biliosum fuerit, statim perniciem denotat.* Non ergo cruentum hoc sputum ab affecto hepate, rectà profluere dijudicandum est." Bianchi l. c. T. 1. p. 336.

16) Josephi Frank Acta instituti clinici Caesar. universit. Wilnensis. Ann. III. sq. p. 89.

17) Spangenberg. Horn's *Archiv für medicinische Erfahrung.* 1812. *Mai.* p. 472.

18) Cap. IV. §. XIII. 3.

6. Ubi *diaphragma* utrinque *inflammatum est* [19]), nullum confusionis cum *hepatitide* periculum. Secus dum illius inflammàtio ad latus dextrum circumscripta est. Erit tamen hìc, nisi, quod saepius contingit, utrique morbi complicati sint, respiratio longe difficilior, magisque sublimis, parva, anhelosa, interrupta, suspiriosa, et quivis inspirandi, tussiendi, alvum et urinam deponendi conatus magis dolorificus, frequentiorve singultus, quam in hepatitide, quo porro in morbo, facile quidem delirium, sed vix risus sardonicus, observari solet. Distinctio a diaphragmitide.

7. Nec *hepatitidis* cum *gastritide* similitudo [20]), nec eorum complicatio [21]), praetervisae sunt. Dum phlogosis in lobo jecinoris sinistro viget, distinctio inter utrosque morbos adeo ardua est „ut proinde vel expertissimos medicos fallat" [22]). Est quoque ardua dum alteruter morbus minori vi decurrit, tunc enim, praeter ardorem epigastrii ab ingesto etsi mitissimo potu, gastritidi, et praeter subflavum cutis et lotii colorem hepatitidi familiares, criterium indicare nequimus. Secus in summo illorum morborum gradu, ubi gastritis propter pulsum contractum, durum, vomitum effrenem et magnam anxietatem, satis a hepatitide distinguitur. Distinctio a gastritide.

8. *Inflammatio* trium potissimum *intestinorum*, *duo-* Distinctio ab enteritide.

19) Praeceptorum P. III. Vol. II. Cap. II. §. IV. 1.

20) Praeceptorum P. III. Vol. I. Sect. II. Cap. XXIII. §. XCII. 6; — Fernelius Opp. lib. VI. cap. II; — A. Thuessink in *Geneeskondig Magaz.* 2. *Deel.* 2. *St.* *No.* 1. — Annesley l. c. p. 598. 605.

21) Kretschmar Diss. de gastritide cum historia gastro-hepatitidis occultae post mortem detectae. Erford. 1795.

22) Fernelius l. c.

duodeni videlicet, *caeci* et *colon ascendentis* [23]) pro *hepatitide* imponere posset; nisi initium morbi a turbis tubi alimentarii, et non ex hypochondrio dextro, quandam afferret lucem. Quoties autem insuperabiles diagnoseos difficultates obveniunt, indicium est complicationis. Est ea bifaria: nunc enim inflammatio ex hepate et cystide fellea per canales biliarios ad duodenum propagatur (*hepato-enteritis*); nunc ipsa ex intestinis ad jecur transit (*entero-hepatitis*).

Distinctio a reliquis inflammat. 9. De modo *hepatitidem* ab inflammationibus *renum*, *ovariorum* et *peritonaei* distinguendi, in tractatibus de istis morbis quaestio erit [24]).

Distinct. a dysp. et cardialg. 10. Jam dudum animadversum fuit *hepatitidem*, imprimis chronicam, aliquando sub forma *turgescentiae ventriculi* [25]), *dyspepsiae* [26]) et *cardialgiae* [27]) latere. Contingit id maxime in regionibus calidis, apud strenuos potatores et in hominibus diuturnis animi pathematibus vexatis, praecipue carceribus inclusis. Latentem hostem, facile a cholelithis comitatum, suspicamur, ex detrimento

23) Praeceptorum P. III., Vol. II. Sect. I. Cap. III. Cap. III. §. XVII. 5. 7. 10.

24) Interea legisse non poenitebit Renauldin *Mémoire sur le diagnostic de quelques maladies, qui, ayant leur siège dans quelques viscères de l'abdomen, et en offrant entre elles plusieurs points de similitude, peuvent être confondues les unes avec les autres. Bulletin de la faculté de médecine de Paris. Ann. VII.* (1801) p. 126.

25) B. J. Reyland Tractatus medico-practicus de inflammatione latente. Ingolst. 1787. Versio Germanica. Vindobonae 1790. p. 110.

26) Wright *Medical facts and observations.* Vol. 7. No. 1; — Saunders (*maladies du foie* p. 169): „*Je suis bien porté à croire que l'inflammation chronique du foie est souvent prise pour un état de dyspepsie.*"

27) A. Ferrein *Mémoires sur inflammation des viscères du bas-ventre, particulièrement sur celle du foie . . . et qui produit des douleurs qu'on attribue faussement à l'estomac, sur le nom de cardialgie ou autre. Mémoires de l'Académie de Paris.* 1776. *Hist.* 46. *Mémoire* 121.

mento quod remedia sic dicta stomachica important, dignoscimusque ex recensitis symptomatibus [28]), maxime ex flavedine cutis et urinarum, ex oris siccitate et siti, ex affectione hypochondrii dextri, nec non ex febricula vespertina. Hanc, morbum graviorem quam hepatitidem, videlicet abscessum jecinoris, indicare posse, suo loco palam fiet.

11. *Neuralgia hepatica* a *hepatitide* distinguitur subita invasione, et subitanea solutione [29]); tensione hypochondrii dextri (attactum haud raro ferentis) tantum momentaneâ [30]) et sine tumore circumscripto [31]); dolore quidem ferocissimo, sed raro continuo [32]), urina multâ, pallidâ [33]); absentiâ sitis et febris [34]). Haec ubi succedit, morbum, ut diximus [35]), solvit. Distinct. a neuralg. hepatis.

12. *Hepatalgiae traumaticae, inflammatoriae* et *rheumaticae* non nisi per minorem gradum distinguuntur a *variis hepatitidis speciebus*, quae illustrandae restant. Aliae hepatalgiae.

13. Ante

28) §. XXIX. 3.

29) „Ut subita eius invasio est, ita et subitanea solutio.“ Bianchi op. cit. T. I. p. 339.

30) „Tensio hypochondrii, *quae momentanea non est* aut interrupta per intervalla, sed pertinax et dolorifica, *certissimum signum est inflammationis* subjectae sive cum tumore fuerint sive sine tumore.“ Jacotius Commentaria in Coac. praenot. Hippocratis. Lib. I. Sect. II. No. 15.

31) „Ingens quidem, unaque per totum hypochondrium tensio, *non vero circumscriptus tumor.*“ Bianchi l. c.

32) „Dolor non gravativus, aut tensivus, sed veluti dilanians, atque ad interiora, superioraque retrahens, isque vehementissimus, non insuper continuus, sed ad intervalla recurrens.“ Bianchi l. c. p. 338.

33) „Quippe spasmus hepaticus morbus est repente invadens, caeterum siccus, ut nulla in lingua, cute, urinis, aliisque excretionibus peccantis, aut transmissae bilis vestigia observentur.“ Idem, ibid.

34) „*La fièvre est un signe essentiel pathognomique de l'inflammation du foie, par lequel on la distingue de la simple hépatalgie, qui est ordinairement sans fièvre, quoique les douleurs soyent souvent plus vives que dans l'inflammation même du foie.*“ Portal op. c. p. 269.

35) Cap. III. §. X. 8.

Hepatit. traumatica. 13. Ante omnia *hepatitis a laesionibus externis* sese considerationi exhibet. Triplex ea esse potest 1° ex consensu cum capite[36]); 2° ex vi hepati directe illata; et 3° ex utrisque simul[37]). Dum laesiones externae jecinoris et cystidis felleae graves sunt, diagnosis, notis rerum positionibus quae morbo ansam porrexerunt, non ardua est, etsi nonnunquam integra cute contingant. Si autem leviores, facile praetervidentur, nisi medicus aegrotum de praegressa forte violentia externa perspicue interroget. Febrem in hepatitide traumatica secundariam esse patet, quod autem non impedit quominus juxta naturam morborum regnantium et constitutionem aegrotorum, variam temporis curriculo inducere possit indolem.

Hepatit. a calculo. 14. *Hepatitis* praeviis signis cholelithorum, nullâque alia accedente caussa phlogoseos, directe *a calculorum biliariorum irritatione* orta, a traumatica in eo solum differt, quod in hac violentia externa in ista violentia interna inflammationem excitat. Quodsi autem calculi biliarii dumtaxat systema hepaticum ad contrahendam ab aliis caussis inflammationem disposuerint; non agitur amplius de *hepatitide a calculo*, sed de *hepatitide*, cujuscunque demum indolis, *calculo accessoria*, qualis etiam jecinoris infarctui[38]), indurationi, scirrho etc. non aliter supervenire solet, ac odontalgia rheumatica, inflammatoria, denti carie laboranti. *Hepatitidem* et imprimis *choleitidem a calculo* arguimus, dum

36) Cap. VII. §. XXXVIII. 2. sub

37) „*L'affection du parenchyme hépatique qu'on rencontra chez M. B. fut évidemment indépendante de celle de la tête: il est incontestable en effet, que la cause qui produisit dans ce cas la fracture du crâne détermina également une violente commotion du foie, ce viscère étant déchiré.*" Bonnet l. c. p. 93.

38) Regius meditatio duarum virginum inflammatione et obstructione hepatis laborantium. Ultraject. 1652.

sub paraxysmo calculi biliarii, dolor profundus et ferox hypochondrii dextri et epigastrii, vomitus effrenis et icterus repentinus, *a febre* excipiuntur, cum pulsu saepe contracto, dumque cystis fellea turgida, ad regionem umbilici extensa, tumorem exhibet.

Hepatit. rheumatica et catarrhalis.

15. Ubi praeviis caussis et symptomatibus febris rheumaticae, hepatitidis signa in conspectum veniunt, talis inflammatio, omnium communissima[39]), et ex sympathia cutis facile explicanda[40]), *rheumatica*[41]) dicitur. Occupat ipsa membranam serosam, peritonaei propaginem, quae jecur una cum fellea vesica et ductibus biliariis undique cingit, ligamenta componit ac ipsos lobos connectit. Nihil itaque miri si praecipue in hac hepatitide dolor ad partem affectam sub corporis motu, contrectatione, inspiratione profunda, peculiari modo augeatur, sique inflammatio non solum reliquis visceribus abdominalibus, sed et diaphragmati et pleurae dextri lateris facile communicetur, unde haud rara illius cum pleuritide confusio et complicatio.[42]) Praeterea

39) Fr. Hoffmann Diss. de hepatis inflammatione rarissima, *spuria frequentissima.* Halae 1721.

40) Hasper. Hufeland's *Journal. B.* 69. p. 50.; — G. Hamilton Bell *Treatise on the diseases of the Liver* p. 16. („*Within the tropics, the most common of the immediate exciting causes of acute Hepatitis in severe exercise during the heat of the day; such, for example, as a day's snipe-shooting, in which, while the sportsman is wading up to his knees in water, he is exposed for several hours to a vertical sun.*")

41) Hepatitis spuria Fr. Hoffmanni; — Sero-hepatitis Bellii; — Hepatitis peritonealis Thomsonii.

42) „*When the membrane covering the upper surface of the Liver is inflamed, the pain is referable to the chest, there is a difficulty of breathing, and it is evident that the patient refrains as much as possible from using the diaphragm; there are also dry cough, and symptoms of obstruction to the pulmonary circulation. In short, there may be every reason to believe that the pleura lining the base of the right lung, or the diaphragm, is affected with inflammation; so that there*

terea sicuti omnes inflammationes rheumaticae, ita et hepatitis rheumatica, naturam *erysipelatis*[43]), aliquando ab illa *anthracis* haud alienam[44]), induere solet. Eam bilis receptaculo et canalibus parcere[45]) falsum;

will often be no small difficulty in deciding whether the affection is pleuritic or hepatic." Bell l. c. p. 12.

43) „In fervidis, aridisque aestatibus annorum 1711 et 1712, inquit Bianchi (l. c. T. I. p. 426), per nosocomia militum, castrorum laboribus defatigatorum, *exquisitum hocce jecinoris erysipelas* fere epidemicum exstitit. Acutissima statim oborta febre, eàque totam causonum naturam aequante, videbatur aegris hypochondrium dextrum in ardente fornace gestare, ac veluti flammà ab eodem loco erumpente, indeque per totum corpus diffusà, perenne, molestissimeque comburi. Clamose sitiebant cum aridissimis gingivis et faucibus, quae denuo, vix trajecto potu, desiccabantur. Neque arida solum lingua, sed simul rigida, et nigra, quae vix emollita, mundata et abstersa, atra rursus fuligine obducebatur. Rubidus universi corporis color, sed in accensa facie quidpiam subflavum, rubori veluti circulum protendens observabatur: urinae ardentes, et flammeae: nulla quies, sed assidua membrorum jactatio: enorme ad cibos omnes fastidium: interea vix tumor ad hepar deprehendebatur, vix tensio: in aliquibus tamen macula quaedam saturatè rubidior, flammeum colorem prae se ferens, totumque occupans dextrum hypochondrium discernebatur: in omnibus vix tussis, tum non ingens spirandi angustia: vomitus croceae acerrimae et calidissimae bilis, cum maxima ventriculi concussione aegros fere perpetuo infestabat... his qui ad salutem vergebant, tertia jam die morbus, et accidentia minuebantur, hinc quarta evanescebant sine ulla manifesta crisi. Caeteri ante tertiam nec febre, nec affectione visceris, nec alio quolibet mitescente, subita corripiebantur phrenitide, rigidique, et exsiccati quarta vel quinta die moriebantur. In aliquibus, judicatà, cum febre, et accidentibus, erysipelatosa affectione, supererant lancinantes dolores, hepatis regionem per aliquot adhuc dies infestantes, qui postea turbata a biliosis, mucosis, aliisque anomalis liquidis alvo, et succrescente tenesmo, feliciter dissipabantur. Hi certe de inductis levioribus, atque superficialibus, ut dicitur, ab exquisito erysipelate super hepatis viscus exulcerationibus, aut pustulis, deturbato per sedes erodente, aut collecto liquore, tandem incrustatis, exsiccatis, atque coalitis, suspicionem non modicam incutiebant. Ita in denatis ab hoc morbo hepar aut summe exsuccum, aut ulcerosum deprehendebamus."

44) Hippocrates (De intern. affect. Cap. XXX.) de hepatitide loquitur aestivo tempore orta *a bubulae carnis esu* et ebrietate.

45) „Dum *hepatis serosum velamentum* ... inflammatione obsi-

falsum; immo *hydrops acutus vesiculae felleae*, de ejus quoque *membranae internae phlogosi*, testimonium affert. Symptomata ejusmodi *cholecystitidis catarrhalis* [46]), necdum satis cognita [47]), et sub curriculo febrium catarrhalium gastricarum expectanda [48]), describere non audemus. In genere, etsi a GALENI ad nostra usque tempora magnum studium ad determinandum *specialem locum* quem inflammatio in systemate hepatico occupat[49]), impensum fuerit; nihil adhuc hac in re certi scimus. Quare cum PORTALIO, indicia, illo sub respectu a conditione doloris[50]) et pulsuum[51]) desumta

detur ... desunt cholepoeseos perversae indicia; symptomata gastrica et pulsuum irregularitas" HILDENBRAND l. c. p. 747.

46) SEBASTIAN l. c. §. XXI. („Catarrhalem ergo affectionem cystidis felleae ... principem hujus morbi (hydropis) causam statuere eamque *cholecystitidem catarrhosam* vocare licebit.")

47) „*L'inflammation de la vésicule du fiel pourrait être mieux distinguée de celle du foie, qu'on ne différencie celle des autres parties de cet organe, sans doute parcequ'elle n'adhère au foie que par une petite portion de sa face externe supérieure et postérieure par du tissu cellulaire et par quelques petits vaisseaux, et qu'elle a son siège souvent prèsque totalement hors de la cavité de l'hypochondre droit.*" PORTAL l. c. p. 273.

48) „*Les symptômes du catarrhe hépatique*, inquit PORTAL (l. c. p. 312) *sont*: 1° *ceux qui caractérisent le catarrhe en général: des frissons suivis de bouffées de chaleur en diverses parties du corps, ordinairement gravatives à la tête, à la poitrine, plus ou moins intenses et durables, un pouls serré etc.*; 2° *à ces symptômes il faut réunir les troubles des fonctions de l'estomac et d'autres organes correspondans, du foie particulièrement, d'où proviennent les inappétences, les dégoûts, les nausées, les vomissemens, la maigreur, l'enflure des extrémités, les infiltrations dans le bas ventre, dans les poumons, ou dans la poitrine.*"

49) GALENUS Libr. V. de locis affectis Cap. VII; — FORESTUS Libr. XIX. obs. 7; — SENNERTUS de hepatis inflammatione; — RIVERIUS Lib. XI. Cap. II.

50) „*Il est nullement prouvé que la douleur soit très-vive lorsque l'inflammation a son siège dans les membranes du foie, ni qu'elle soit plus obtuse, obscure lorsque l'inflammation réside dans la substance propre de ce viscère.*" PORTAL l. c. p. 271.

51) „*Le pouls serré dans l'inflammation du foie n'indique*

sumta et ab egregiis medicis jactata[52]), eo magis rejicimus, quum constet, inflammationem plus minusve plures systematis hepatici partes simul detinere[53]).

Hepatit. inflammatoria. **16.** *Hepatitis* quae constitutione annua morbis inflammatoriis favente, in hominibus ad hos morbos dispositis, praesertim praeviis abusu potus liquorum fermentatorum aut irae accessu, cum mox describendis symptomatibus, evolvitur, *inflammatoria* nuncupatur[54]). Insidiosus iste, praesertim in regionibus tropicis, morbus [55]) ingruit horrore, subsequente aestu reli-

pas que l'inflammation réside dans la membrane de ce viscère, ni le pouls développé, qu'elle ait uniquement son siège dans sa propre substance; tout ce qu'on dit à cet égard n'est pas mieux prouvé que ce qu'on avait avancé à l'égard du pouls dans la pneumonie et dans la pleurésie, maladies qu'on ne peut differencier (?). En effet les ouvertures des corps ont démontré que dans des sujèts morts d'inflammation du foie, et dans lesquels le pouls avait été très-dévetoppé, on avait trouvé la membrane extérieure du foie affectée de l'inflammation la plus évidente; et que dans quelques autres qui avaieut eu le pouls très-serré on n'a reconnu aucune trace d'inflammation dans la membrane du foie, et l'on a vu que sa substance intérieure était affectée de la suppuration la plus complète." Idem ibid.

52) Gravativos dolores, Alpinus (De praesag. vita et morte. Lib. II. Cap. XVIII) statuit carnosae hepatis substantiae specialiter convenire. Monet Duretus (ad Coac. praenot. Fol. 458): „ambarum partium (hepatis) commune symptoma febris est, sed convexarum major." Sauvages (Nosolog. method. Cl. IV. gen. 22) hepatitidem „cum pulsu duro" obvenire dicit, „si extima hepatis membrana inflammatur, secus febrem minorem et pulsum minus tensum" adesse putat. Valcarenghi (l. c. p. 32.) pro axiomate habet, quod dum acutissimus fit dolor in phlegmone hepatis, stasin juxta ipsius extimam superficiem consistere, aut saltem ad candem etiam pertingere. Similiter Bianchi.

53) „*Quelque soit le point par lequel débute l'irritation hépatique, elle ne s'élève jamais à un haut dégré d'intensité, sans se propager à la totalité du foie.*" Bonnet l. c. p. 35.

54) Phlegmone-hepatis. Puro-hepatitis Bellii; — hepatitis parenchymatosa Thomsonii.

55) Observatio Klauningii (l. c.) sic inscripta est: „Hepatitis per quatuor dies latitans, uno vero impetu in tantam flammam erumpens, quae *vix per decem horas saeviens* aegro finem subito attulit." „*This is a disease so insidious,* inquit Bell (l. c. p. 30), *that most practitioners, at least*

reliquisque febris inflammatoriae signis. Sensus aegritudinis ac turbae abdominis maxime aegrotum molestant [56]). In nonnullis molestiae ad hepatis regionem febrem antecedunt [57]). Morbo evoluto obveniunt cruciatus aestuans hypochondrii dextri ad epigastrium extensus, dolor scapulae, decubitus in latus sinistrum impeditus, anxietas, vomitus, singultus, oscillatio venarum jugularium, epistaxis, urina profunde tincta, atque icterus. Pulsuum conditio febrilis reliquis symptomatibus non semper respondet [58]). Ex decubitu in latus sinistrum impedito exque vomitu atque ictero, vulgo ad incen-

within the tropics, must have met with cases in which they became aware that abscess in the Liver had formed, only in the course of their post mortem examinations."

56) „*He is attacked with a shivering fit, which is followed by an irregular hot stage, ending in profuse clammy perspiration. Even after this there may be no symptom pointing aut the destruction which is going on in his Lever. The patient suffers from irregular feverish symptoms, and has the impression that something very wrong is taken place;... As the case advances there are occasional severe shivering fits, and distressing night sweats, the pulse rises, the tongue is furred, and from the appearence of the patient's countenance, it is evident that he is labouring, under some great internal disease. Still there may be no symptom referable to the Liver; great derangement of the bowels ensues, and there is much suffering from dyspeptic symptoms. In some instances there are severe spasms in the diaphragm, and violent tenesmus. After some days (or it may be even weeks) the patient is attacked with low delirium, and dies as if from effusion in the brain. This an extreme case.*" Bell l. c. p. 31.

57) „*In other instances the hepatic affection has been first detected by the patient finding that he could not endure the weight of his watch in his waist coat pocket, or that the pressure of a friend's hand while leaning on his arm has produced a sickening uneasiness.*" Bell l. c. p. 32.

58) „*In the less obscure cases there are fulness, weight, and uneasiness in the right side, increased on pressure. There is pain in the right shoulder, or in the back; there is a dry cough, the stomach is disordered and the bowels much deranged; and though the pulse may not be materially affected, there are alternate aguish and feverish symptoms. There is an urgent thirst, the tongue is furred, and the urine high coloured, depositing a lateritious or pinky sediment.*" Bell l. c. p. 31.

incendium in superficie concava jecinoris, praecipue circa cystidem felleam, ductus biliarios et venam portarum concluditur; at non sine errandi periculo. Experientia enim saepius repetita edocti sumus, in hepatitide icterum ex sola parenchymatis hepatici phlogosi, suppressa a inflammationis vi bilis secretione *(Acholia)* oriri posse.

Hepatitis nervosa.

17. Hac imprimis sub rerum conditione, contingit aliquando (forsan ex principiorum bilis secretioni dicatorum in massa sanguinis retentione), ut febris hepatitidem concomitans *nervosum* induat characterem [59]). Ne vero ideo *morbi malignitatem* praepostere proclamemus! Symptomata enim febris nervosae, variam hic agnoscere possunt originem, videlicet: 1° ex consensu hepatis cum cerebro, in ipso delirio sic dicto tremente manifesto [60]); 2° ex impedito cruoris circulo per venam portae [61]); et 3° ex hujus venae phlogosi, generalis interdum phlebitidis caussa. Quomodo illa phlogosis ad aegrotorum lectus discerni posset, docere non audemus [62]).

18. *Com-*

59) „Febres ex hypochondriorum doloribus malignae." Hippocrates libro Prorhet.
60) Praeceptorum P. II. Vol. I. Sect. I. Cap. XXIV. §. C. 1.
61) Swieten op. c. §. 950. p. 125. (Cum autem in hepatitide magna saepe adsit anxietas, et ab impedito libero transitu per venam portarum impediri, vel turbari saltem debeant omnium viscerum abdominalium functiones, magna quandoque debilitas simul adsit ob corruptam saepe in hoc morbo bilem, circa praecordia haerentem, minus periti quandoque tractaverunt hepatitidem inflammatoriam pro febre maligna, magno certe aegrorum damno").
62) Audacter quidem indicat venae portae inflammatae symptomata medicus scholam derelinquens (Baczynski Diss. cit.). Contra expertus praxeos medicae magister (Valentinus ab Hildenbrand l. c. §. 753.) monet: „Etiamsi negari nequeat in uno hepatitidis casu ramos arteriosos, in altero venosos eminentius turgere, testantibus id etiam cadaverum sectionibus, hocce tamen discrimen ad lectum aegrorum definitis signis nequaquam evinci poterit,

18. *Complicationem* quidem *gastrico-biliosam*, libenter in *hepatitide*, praesertim provectiore admittimus [63]), secus autem *hepatitidem* recta via *biliosam* [64]). Hepatitis gastrica.

19. De *hepatitide, febrium intermittentium symptomate,* dictis [65]) nihil addere licet. Commendamus autem circa hoc summi momenti argumentum ulteriores indagines [66]). Hepatitis intermittens.

20. Si casus excipiamus ubi pro *hepatitide chronica* praepostere declarati fuere jecoris infarctus [67]), abscessus etc., illum morbum, inter Europae saltem limites, longe rariorem invenies, quam medici ubique phlogoses lentas somniantes, existimant. Hepatitis chronica plerumque ab acuta relinquitur, atque tunc diagnosis, salvo errore morbum cum *abscessu* aut *hepatalgia* [68]) confundendi, haud multis premitur difficultati- Hepatitis chronica.

neque alicujus in dirigenda therapia aut prognosi utilitatis esse videtur."

63) Bilis enim proventus major expectandus erit, in *hepatitide rheumatica*, uti lacrymarum ille in ophthalmia erysipelacea, et in *hepatitide inflammatoria*, cessata vi phlogoseos; aut ea non ad gradum perducta ubi secretio supprimitur.

64) Bilem hepar inflammare posse credam, dum a lacrymis, a saliva, et ab urina, inflammationem organorum lingualium, parotidum et renum videbo.

65) Praeceptorum etc. P. I. Vol. I. Sect. I. Cap. II. §. VIII. 20.

66) Medicorum in Archi-Nosocomio Sancti Spiritus, quod Romae floret; — praxin exercentibus haud arduum id foret negotium; immo magnam hujus argumenti expecto illustrationem a secundo volumine *Exercitationum pathologicarum* cl. Folchii, propediem in lucem edituro. Interea vacant cl. Bailly conamina (*Traité des Fièvres intermittentes. Paris.* 1825.), qui observationes memorabiles de *malacia hepatis* in febribus intermittentibus tradidit.

67) Legitur apud Richter (l. c. p. 546): „*Vielleicht dass selbst eine jede Leberverstopfung in gewisser Rücksicht als eine chronische Leberentzündung zu betrachten ist*"!!

68) De *dolore* a praevia hepatitide superstite cl. Stockes (*Lect.* XVIII. p. 392) ait: „*it is supposed to depend upon a continuance of inflammation, while it is in reality nothing more than a mere neuralgic affection — a remnant or successor of the former disease, to which the antiphlogistic treatment is totally inapplicable.*"

cultatibus. Maximae eae sunt, ubi agitur de distinctione hepatitidis chronicae *primariae*, utpote in jecinore prius sano, evolutae, ab *accessoria*, quae ejus morbis supervenit[69]). Sunt praeterea istos inter morbos, e quibus inflammatio sponte evolvitur, ut ex. gr. tubercula, quae in hepate sicuti in pulmonibus ad suppurationem tendunt[70]). Inter omnes autem hepatitides chronicas ea frequentius occurrit, quae ex morbis cutaneis, herpete imprimis, male curatis originem ducit, atque *metastatica* dicenda est. Item *arthritica*. Saepius etiam conditio inflammatoria intestini recti, per vasa, ut videtur haemorrhoidalia, ad hepar propagatur. Forte ipsa hujus visceris *imminuta vitalitas*, aliquando phlogosi lentae ortum praebet.[71]) Ex quibus colligitur, *hepatitidem chronicam non pro uno eodemque morbo* habendam esse. Diagnosis autem specierum[72]), in viscere recondito, non ut in partibus externis, puta oculis, ex signis gentilitiis variarum inflammationum desumi potest. Nihil itaque, juxta statum hodiernum notionum nostrarum, restat quam symptomata hepatitidis chronicae[73]) cum aetiologia com-

69) Pulchre Reil (l. c. 592): „*können sich nicht zu allerlei chronische Krankheiten der Leber, besonders zu Verhärtung derselben, von Zeit zu Zeit chronische Entzündungen hinzugesellen, die aber nicht erste, sondern erregte Krankheiten sind?*"

70) Fr. Zanda de hepatitide praesertim scrophulosa. Ticini 1824.

71) „*L'inflammation chronique (du foie) offre des signes evidens de l'indolence et du défaut d'énergie du système sanguin; signes qui sont tous contraires à ceux de l'inflammation aigue.*" Saunders op. c. p. 170.

72) „*The distinction between acute inflammation in the parenchymatous substance and in the serous ov ring of the Liver, are applicable to chronic hepatitis.*" Bell l. c. p. 67.

73) Inter auctores Institutionum medicarum diagnosin hepatitidis chronicae optime illustravit cl. Conradi (l. c. §. 412.): „*Man kann oft nur auf sie schliessen durch das Gefühl von*

comparare, indeque speciatim singulis in aegrotis, duce sana logica, consequentias caute et sine praeconcepta opinione deducere.

§. XXXIII.

Prognosis.

1. Grave sane argumentum! Etsi enim hepatitis facilius quam inflammationes aliorum viscerum saltem inter Europae confinia*) curari soleat[1]) (ipsaque jecinoris vulnera non sint absolute lethalia**)); nihilominus propriis stipatur periculis, ac, ubi aut flocci pendi- Generatim.

Hitze, Schwere und Völle oder den drückenden stumpfen Schmerz in der Lebergegend, der durch einen Druck auf die leidende Stelle (welchen man im Sitzen oder Stehen des Kranken, wo der Rand der Leber drei Querfinger tief herabsinkt, und beim tiefen Einathmen desselben vornehmen muss) vermehrt und oft nur bei diesem gefühlt wird, durch die hier besonders oft ungemein grosse Geschwulst der Leber, durch die dabei beschwerliche Lage auf der linken Seite oder auch auf beiden Seiten, durch häufigen Schmerz an der rechten Schulter, manchmal auch in der Wade des rechten Fusses, wobei der Kranke ein erdfarbes, bleiches oder gelbsüchtiges Ansehen, mancherlei Verdauungsbeschwerden, viele Blähungen, öftere Magenkrämpfe, häufigen bittern Geschmack, Neigung zu Verstopfung und hartem, weisslichem Abgange, Erbrechen von Galle, nicht selten auch von pechartigem, geronnenem Blute, einem gewöhnlich trüben, gelblichten oder öligen Harn, einen tiefen, hohlklingenden trockenen Husten, sehr beschwerliches Einathmen, häufiges Nasenbluten und Haemorrhoidalbeschwerden, gemeiniglich auch hartnäckige Fussgeschwüre, und nur ein leichtes Fieber hat, so wie ausserdem die vorhergegangenen Ursachen Licht geben müssen." Nec cl. J. Burn's (*Handbuch der Geburtshülfe* p. 795) in doctrinam de hepatitide chronica merita, silentio praeteriri debent.

*) „...*among the British troops on home service, the sickness on account of diseases of the biliary organs is* 8, *and the mortality* 3 *from* 1000. — *On the Indian continent, on account of the disease in question, is in Bombay* 62, *in Bengal* 63, *and in Madras* 106; *and that the ratio of death, from the same cause, in these three presidencies respectively, is* 3, 5, 4, 6, *and* 6." G. Thomson op. c. p. 90.

1) Blaccord Ergo hepatitis arte expugnabilis. Paris. 1594.

**)) Carlo Speranza in *Annali universali di medicina Ottobre* 1840. — Linoli *D'una ferita di fegato.* ibid. *Agosto e Settembre* 1841.

ditur, aut male curatur, morborum gravissimorum sistit fontem[2]) a quibusdam tamen exaggeratum[3]).

Resolutio. 2. Rebus undique faventibus *resolutionem* hepatitidis acutae intra septem vel undecim dies expectare licet [4]); idque sine discrimine sedis [5]). Resolutio *hepatitidis rheumaticae* et *catarrhalis* [6]) contingit sudore [7]), aliquando lintea flavo maculante colore [8]); *inflammatoriae* autem pro re nata epistaxi [9]), fluxu haemor-

2) Hoc solum sub respectu admitti posset Junckeri (l. c.) sententia „inflammationem hepatis inter omnes fere periculosissimam esse". — Cfr. Tinelli l. c. et Hebread *Mémoire sur les terminaisons de l'hépatide. Mémoires de la Société médicale d'Emulation de Paris. T.* 1. p. 354.

3) Fatetur cl. Johnson (*An Essay on morbid sensibility of the stomach and bowels. 2d Edition. London.* 1827. p. 46.): „*I may venture to assert, that not one in ten of those who are supposed to labour under chronic Liver diseases, as it is termed on their return from hot climates, have any organic affection of that viscus, which can be detected by the most minute examination.*"

4) Idem fassus est Fr. Hoffmannus l. c. §. VII.

5) Docebat Galenus (Liber III. de crisibus cap. III.): „Hepatis devexae quidem partes inflammationem patientes tribus praecipue modis crisi obediunt, fluxibus sanguinis e nare dextra, et sudoribus bonis et urinis abundantibus: convexae autem partes excrementis alvi biliosis, atque sudoribus, nonnunquam vero et vomitibus: magis autem expediuntur per urinas expurgari."

6) „*Les observations ont prouvé que quelques-uns des catarrhes hépatiques avaient été assez légers pour se dissiper presque d'eux mêmes, principalement ceux qui étaient survenus au printems; mais que d'autres s'étaient aussi renouvelés à l'automne, et qu'ils avaient enfin terminé par être très-facheux pendant les hivers tant pour leur durée que par leur intensité, qu'ils avaient enfin fini par être mortels.*" Portal l. c. p. 313.

7) P. H. H. Bodard *Rapport sur le Mémoire de* . . . Fautrel *Hépatite terminée par les sueurs.* Sédillot *Recueil périodique de la Société de médecine de Paris.* T. 21. p. 129.

8) Raimann l. c. §. 420.

9) „Accidit autem et his in primo circuitu sanguinis e naribus profluvium et plurimum confert." (Hippocrates in prognosticis. Charter. T. VIII. p. 613); Galenus (l. c. cap. IV.) affirmat „omnes quae in hypochondriis fiunt calidas, et acutas inflammationes haemorrhagia narium judicari: addit tamen, fluere debere sanguinem ex nare dextra."

morrhoidali, vomitu [10]) materiae biliosae aut purulentae, ejusdem generis diarrhoea [11]), urina largo sedimento puriformi et lateritio instructa, aut pedetentim per plures vias simul [12]), quod praesertim in morbo chronico observatur. Quandoque cessante hepatitide, praesertim rheumatica, comparet in aliis locis inflammatio [13]), aut suppuratio [14]). Crisin hepatitidis attulit quoque *bullarum* eruptio [15]). Si pulmo simul cum hepate laboraverit; tunc et copiosior subinde expectoratio morbi solutionem comitabitur. *Dolor lienis* hepatitidi superveniens [16]), jure bono habetur augurio [17]). Aphorismus: „ex hepatis inflammatione *singul-*

10) N. W. Beckers De hepatitide vomitu curatae. Ephemer. Acad. natur. Curios. Dec. I. ann. VIII. obs. 74.

11) Meibom Diss. sistens casum rarissimum hepatitidis fluxu alvi purulento solutae sic perfecte sanatae. Helmst. 1642.

12) „. . . non raro per lysin seu etiam absque sensibili sudore per paulatinam et insensibilem resolutionem hic morbus terminatur." Bianchi l. c. T. I. p. 347.

13) „Cl. collega Raggi observavit cessante hepatitide, glossitidem. In alio casu cessavit in hypochondrio malum, cum ad inguen erysipelas natum esset, a quo ipsum scrotum septumque ipsius medium ad ipsos testiculos penetrante gangraena devastata, sed sex dierum spatio regenerata sunt." Ex schedis paternis.

14) De apostemate ad femur hepatitidem sanante legitur apud Tode, Diss. circa morbos inter copias Norwegicas Ann. 1789 grassantes. Hafn. 1790.

15) P. I. Vol. I. Sect. II. Cap. IX. §. LIII. 9.

16) Valcarenghi (l. c. p. 42) originem ejusmodi doloris sic explicat: „dum cava hepatis pars inflammatur, eo praecipue loco, ubi et umbilicale ligamentum, et venae portae maximus truncus a liene aliisque inferioribus partibus veniens adnectitur; non raro ad umbilicum dolor propagatur, molestumque tunc quendam sensum, patiuntur aegroti, ac si versus lienem valide traheretur, prout ego a pluribus audivi."

17) Carolus Piso (l. c p. 293) „si hepatis, inquit, morbus in morbum lienis permutatur, bono est; malo, si contrarium eveniat." Casus a Swietenio (Constitut. Epidem. T. II. hist. XIV. ann. 1734) traditus id confirmat. Item sequens patris mei scheda: „In puero nobili Ticinensi, periculosissimam hepatitidem vidi anno 1785. Dolor sub fine ad lienem transivit acutissimus cum bono rerum exitu. Similia in fratre hujus pueri contigerunt." Cfr. Cap. XVII.

gultus malum" [18]), a propria experientia raro confirmatus est [19]). Nec coeca sequentibus tribuenda fides est aphorismis: „quibus in febribus *icteri* oriuntur ante septimum diem, malum; nisi humores per alvum cedant" [20]); et: „quibus in febribus die septimo, nono aut decimo quarto, icterus obortus fuit bonum, nisi dextrum hypochondrium durum fiat; alioquin non bonum" [21]). Observavimus potius icterum hepatitidi sero supervenientem imperfectam indicasse crisin [22]). Quemadmodum autem crisis imperfecta esse potest, ita etiam resolutio [23]).

Exitus peculiaris.

3. Antequam vero de hepatitidis reliquiis, morbis potius chronicis ansam porrigentibus loquamur, sermo instituendus est, de malo haud raro in acmine inflammationis jecinoris acutae contingente, eique haud secus, ac suffocatio phlogosi pulmonum, proprio. Agitur de *repletione parenchymatis hepatici a lympha coagulabili*, lacessitis interdum simul vasis capillaribus visceris, et canalibus biliariis, immo ipsa subsequente hepatis ruptura [24]). Et sine hac, morbus

18) Hippocrates Aphorism. Sect. VIII. aph. 17.

19) Non solum singultum innocuum in hepatitide quae diaphragmitidem sociam habet observavi; sed etiam in simplici jecinoris inflammatione. Vere hinc J. P. Frank (Epistome T. III. p. 274): „Nec singultus hic tanto quam in aliis morbis periculo incedit." In scheda addidit: „maximus erat singultus aegroto Goettingensi *Ayerer*, non tamen lethalis."

20) Hippocrates Aphorism. Sect. IV. Aphoris. 62.

21) Hippocrates ibid. Aphorism. 64; et Coacae praenotion. No. 122. Charter T. VIII. p. 858.

22) Pulchre Bianchi (l. c. p. 347.): „saepe numero (hepatitis) in imperfectam crisin per icterum facessit."

23) Ferrein (l. c.) ait: „*Mais souvent la résolution n'est qu'imparfaite, de manière qu'il reste alors des marques d'un engorgement inflammatoire continuel pendant longtemps, ou même pendant le reste de la vie, comme on peut s'en convaincre par la sensibilité douloureuse du foie, quand on le presse avec le bout des doigts.*"

24) Bonet Sepulchr. T. II. Lib. III. Sect. XI. Obs. 16.

bus pessimam tunc init viam[25]); quam indicant icteri augmentum, delirium, parotides[26]), „febris ardens, sitis inexhausta, lingua scabra, refrigeratio extremorum, quum medium corpus, et praecipue dextrum hypochondrium uritur, vomitus item niger, porraceus, venter intumescens jactatio vehemens cum frequenti pedum suscepta ab aegro nudatione, singultu et animi defectu“ [27]).

4. Dum sub allata positione oculi concavi fiunt, facies Hippocratica, extremitates gelidae, pulsus myurus aut nullus, alvus cruenta [28]), et mens serena, *de hepatitidis in gangraenam transitu* non dubitandum [29]). Gangraena.

5. Quandoque hepatitis acuta ita procedit, ac si resolutione terminari vellet, ast crisibus non rite procedentibus, *chronicae* jecinoris inflammationis relinquun- Hepatit. chronica. Abscessus.

(Rupta vena porta, cruore in parenchymate hepatis effuso, praevio sanguinis atri per intestinum rectum fluxu, aegrotus mortuus est). Recentiorum haud pauci hoc phaenomenon nomine insano *apoplexiae hepaticae* decorarunt!

25) „Inflammatio hepatis, inquit Stoll (Aphorism. 288), desinit subito in mortem, si caussae tam validae, ut nihil per jecur transire queat, febre simul intense urgente: tum constrictum ad fines, dilatatum ad vasa hepar, nullam functionem obit; fit icterus subitus et ingens, rumpuntur vasa, effunditur sanguis et bilis, moritur illico aeger.“ — Vogel (l. c. §. 29.) monet: „*Eine solche Entzündung kann aber noch auf eine andere Art tödten... wenn die Verstopfung und Ueberfüllung der entzündeten Leber so ausgebreitet und so gross ist, dass nicht allein alle umherliegende Theile daher einen übermässigen Druck leiden, sondern aber auch die über ihr Resistenz-Vermögen ausgedehnte Gefässe zerreissen und eine schelle tödtliche Ergiessung der Säfte verursachen.*“ — Et cl. Conradi (l. c. §. 416): „*Zuweilen erfolgt auch eine plötzliche und ausserordentlich starke Ergiessung vom Lymphe- und Faserstoff im Parenchyma der Leber, und unter ihrer Haut, wodurch sie anschwillt.*“

26) Aliquoties edictum Hippocratis (Proreth.) confirmatum habui: „Quibus amplè et crebro spirantibus morbus regius et febres acutae cum duris hypochondriis refrigeratae fuerint; his abscessus magni secundum aures suscitantur.“

27) Bianchi l. c. p. 341. 28) Anschütz Diss. cit. p. 37.

29) „Si enim inflammatio validissima fuit et pessimis stipata symptomatibus, tunc potius lethalem gangraenam pessimamque corruptionem expectamus, quam suppurationem.“

quuntur symptomata. Iis fides non tribuenda, priusquam latentis *abscessus* (de quo in sequenti capite) suspicio deleta sit.

Induratio. 6. In quibusdam aegrotis, febris, hepatitidem acutam concomitans, cessat, ac nullum praesto est vel inflammationis chronicae vel. abscessus indicium; sed convalescens nec vires recuperat, nec sensum redeuntis valetudinis experitur. Accusat ipse digestionem molestam, alvi evacuationem perturbatam, pondus in hypochondrio dextro, dyspnoeam (praecipue a decubitu in latus affectum, post pastum et sub motu) dolorem scapulae ac torporem brachii. Querelae ejusmodi confirmantur ab ejus aspectu squalido aut subicterico, a macie, ab urina pauca cum sedimento lateritio, et tandem ab oedemate extremitatum inferiorum, imprimis pedis dextri, et aliquando a fluctuatione in cavitate abdominis. Antequam hydrops ascites hepatis explorationem impossibilem reddat; in hujus visceris regione durities, saepe inaequalis, tactu peripitur. *Tunc de transitu hepatitidis in indurationem* ceritudo habetur. Induratio ejusmodi, omnium consensu, adscribitur lymphae coagulabilis in parenchymatis partem unam alteramve depositioni, non quidem tali ut jecur inde obruatur et destruatur, sed ut ejus cellulae coalescant ac circuitum humorum plus minusve impediant. Morbus hic optime a FERREIN descriptus [30], de quo et C. WENZEL [31]), et C. G. KÜHN [32]) legi merentur, aliis *scirrhus*

SWIETEN l. c. §. 934. — Confirmatur quoque exitus hepatitidis in gangraenam a CHISHOLM (in *The Edinburgh medical and surgical Journal Vol. VII.* p. 257.) et a MARSCHALL (*On the medical Topography of the interior of Ceylon. Lond.* 1821. p. 148). 30) l. c.
31) *Ueber die Indurationen und das Geschwür in indurirten Theilen. Mainz.* 1815.

rhus hepatis spurius dictus [33]), tam a *jecinoris infarctu*, quam ab ejus *scirrho* distingui debet. Differt *ab infarctu*, quod iste non oritur a praevia inflammatione; quod volumen quidem hepatis offert auctum, et quandoque renisum digito prementi majorem, sed non duritiem visceris (in induratione saepe quoad ambitum normalis), quod raro maciem saepius obesitatem sociam habet, quodque illius caussa in oppletione vasorum abnormi minime vero in conditione morbosa parenchymatis locata est. *Induratio* in sola superficie hepatis, aliquando sine conspicuo sanitatis detrimento latet [34]).

7. *Adhaesiones morbosas jecinoris* cum partibus contiguis plus vice simplici in cadaveribus hominum ex morbis fortuitis defunctorum invenimus, quin ipsi de peculiaribus incommodis systematis hepatici conquesti essent. Juxta Reil [35]) conqueri debuissent de impedito in latus sinistrum decubitu et de dolore lateris oppositi, sub nisu aut motu corporis. Adhaesiones morbosae.

8. Gravissima autem mala portendit *obliteratio* tam orificii vesiculae felleae, quam canalium biliariorum, praecipue ductus cystici [36]) et maxime ductus chole- Obliteratio.

32) Diss. de induratione hepatis. Lips. 1818.
33) Schmalz *Versuch einer medicinisch-chirurgischen Diagnostik in Tabellen. 3te Auflage. Dresden.* 1816. p. 27.
34) „*Die Verhärtungen der Leber* (inquit Vogel l. c. §. 26.) *stecken zuweilen lange so verborgen, dass sie sich wenig oder gar nicht zu erkennen geben, bis sie etwa, durch besondere Veranlassungen, durch ein Fieber, einen Verdruss, eine Erkältung, bemerklich werden.*“
35) l. c. §. 217. („*Von diesen Adhaesionen muss man es erklären, dass einige Menschen nach überstandener Leberentzündung in der Folge nie wieder gemächlich auf der linken Seite liegen können, oder bei plötzlichen und heftigen Anstrengungen, Umwendungen und Bewegungen des Körpers augenblicklich einen Schmerz in der rechten Seite bekommen.*“)
36) Doctor Yeats. *The London Medical Repository. Vol. 4, Septembr.* 1815.

choledochi. Enim vero „clauso cystico ductu patere non desinit porus hepaticus per quem ab hepate derivatur bilis ad intestina“[37]), quod obliterato ductu choledocho contingere nequit. Vigente hac occlusione *faeces albae* expectari solent[38]); verum et hîc probatur quam infida sint signa ex rerum *colore* desumta. Constat enim *faeces nigras* ibi evacuatas fuisse, ubi aut propter defectum cystidis felleae, aut propter occlusionem ductus choledochi, nec bilis guttula ad tubum intestinalem pervenire potuerat. Confirmatur sic suspicio, faecum nigredinem etiam a secretione morbosa intestinorum pendere[39]). Nec venae portae obliteratio bilis secretioni semper obstat[40]). Dum angustatio ductuum biliariorum pendet a tunicarum incrassamento, et non agitur de eorum coalitu a pseudomembranis, aut de obstructione a concrementis polyposis; dilatationem haud impossibilem credimus, per ipsum cholelithorum minorum a vesica fellea ad intestina migrandi felici conatu. Quum enim obliteratio aut saltem angustatio canalium biliariorum ad caussas cholelithorum pertineat[41]); connubium utriusque mali frequenter exspectandum.

Hydrops acutus generatim. 9. Inter omnes hepatitidis exitus, ille in *jecinoris hydropem*, difficillime cognoscitur ab illis saltem, qui carent arte, reconditum in corpore serum per instrumenta acustica*) ita detegendi, ut agyrtae aquam in

37) Tacconi l. c. p. 328. 38) Tacconi l. c.
39) Twining l. c.
40) Bouillaud. *Archives générales de médecine. T. 2;* — A. Simon. *Nouveau Bulletin des sciences par la Société philomatique de Paris par Mr.* de Bonnard. *Paris* 1825.
41) Cap. V. §. XXIV. 2.
*) Stethoscopium. Plessimetrum. Vid. Cap. IV. §. XI. et Balme Duquary in *Lancette Française* 29. *Mai* 1832.

in terrae sinu latentem, ope virgae indicis. Non semper seri morbosa in systemate hepatico collectio, praegressae phlogoseos effectum sistit. Generatim illam arguimus ex pallore leuco-phlegmatico faciei, dolore punctorio hypochondrii dextri, pulsu debili plerumque lento, emaciatione corporis [42]) et indiciis ictericis. Provectiori in morbo nonnullae hydropis systematis hepatici species diagnosin plus minusve admittunt. Hujuscemodi sunt *jecinoris hydatides* et *hydropes saccati*, nec non *hydrops cystidis felleae.*

10. Dum *cystides* magis magisque evolvuntur sensus ponderis, oppressionis et puncturae in hypochondrio dextro augentur. Accedit saepe tussis sicca. Praeterea in superiore abdominis parte tumor in conspectum venit, sine conspicuo et universali hypochondrii turgore. Tumor hic aliquando inaequalis est, non splendens, sed fluctuans et mollis. Ipse neque decolorationem cutis neque basin duram exhibet, quae abscessibus hepatis, dum acuminantur, familiaris est. Linguae etiam conditio ab illa hominum abscessu jecinoris laborantium, diversa observatur, est nempe pallida et raro aut muco cooperta aut sicca. Pulsus tunc solum acceleratur, dum cystis inflammatur ac adhaesiones cum partibus contiguis init[43]). Dum cystides aut sponte aud accedente violentia externa[44]) rumpuntur ac in cavum abdominis deplentur, mors derepente locum obtinet, quod ad punctionem exploratoriam ope subtilissimi tricuspidis non adlectat**). Hydat. hydr. saccat.

Possunt

42) Andral l. c. p. 307. observ. XLIII.
43) Andral l. c. obs. XLIV.
44) Lassus *Journal de médecine de* Corvisart. *T. I.*
**) Récamier in *gazette médicale* 1830. p. 58. — Barbier Diss. cit.

Possunt vero feliciori eventu evacuari per vomitum, per alvum[45]) perque loca cum quibus hepar morbose concrevit[46]).

Hydrops vesic. felleae. 11. Dum *hydrops vesiculae felleae* magnum gradum attingit[47]), tumor inter marginem inferiorem jecinoris et umbilicum in conspectum venit, tensus, elasticus, formamque cystidis felleae, saepe mutatam[48]), referens. Tumor ejusmodi, nisi fortuita supervenerit inflammatio, cuti concolor est, nec calens, nec dolens, nec pulsans. Haec autem signa *hydrocystidem* vix aut ne vix quidem a *cholecystonco*[49]) distinguunt. Ambo prae-

45) Barett. *London medical gazette Vol.* 21. p. 801; — Schmidt, *Jahrbücher der in- und ausländischen gesammten Medicin. B.* 23. *Heft* 3. *No. IX.* p. 317.

46) §. XXX. 2.

47) „Hic vero proventus (seri, loco bilis) vesicae, profunde sitae, pro maxima parte jecinore tectae ac in ventre occlusae haud proprie sensibus sese manifestat, nisi forte natura vel arte evacuatus in conspectum venit, saepe per vitam latet et non raro sectione cadaveris solummodo detegitur; praecipue si aquae copia parva est.“ Sebastian l. c. p. 47.

48) „Vesiculae quoque felleae figura humore collecto non raro mutatur. In his casibus ejus figuram pyriformem in *rotundam mutatam* esse legimus. Portenschlag-Ledermeyer (*Über den Wasserkopf. Wien* 1812. p. 539.) sub hac conditione illam *globosam* fuisse refert.“ Sebastian l. c. p. 21.

49) „*La vésicule du fiel pleine de bile forme une tumeur avec fluctuation plus ou moins sensible au toucher de la paroi abdominale; mais cette fluctuation n'es pas pâteuse, la tumeur est extérieurement polie uniformement, sans rougeur et presque sans chaleur. Communement le malade est sujet à des coliques, et ses excrémens sont blanchâtres, la jaunisse survient souvent sur ces entrefaites, les yeux mémes prennent une couleur jaunâtre, le malade sent des démangaisons dans tout le corps: la tumeur est située dans l'hypochondre droit, près du bord extérieur des cartilages qui fixent les faussescôtes. Le malade y sent une douleur plus ou moins vive, qui se prolonge vers le nombril; cette douleur est produite par le tiraillement du conduit cholédoque; le siège de la douleur devient plus étendu lorsque la maladie fait des progrès, et la douleur se fait aussi ressentir dans le creux de l'estomac à cause des attaches du foie à ce viscère*“ (Portal l. c. p. 89.). — *Hydrocystis a cholecystoneo* sequentibus differt. „Oritur illa a caussis, quae secretionem seu bilis secretae immissionem in vesicam penitus tollunt, quum hic

praeterea morbi facile confundi possent cum hydatibus hepatis superficiei concavae adhaerentibus[50]), ne dicamus de *hydrope abdominis saccato*[51]), *de herniis aliisque tumoribus*[52]).

§. XXXIV.

Cura.

1. Circa *Venaesectionum et methodi antiphlogisticae* adversus hepatitidem usum, non omnino con- cor- Method. antiphlog. Venaesectio.

a caussis nascitur, quae perdurante influxu bilis effluxui obstant. Calculi tamen et aliae caussae angustantes, inflammatio et alia phaenomena, morbi initio praecedentia, utrique saepe communia esse solent. Porro hydrocystis ratione sedis, mobilitatis cum cholecystonco convenit, prior tamen rarius in tam immensam magnitudinem, nec tam cito increscit, in quam hic brevissimo tempore adolescere solet. Illa durior magis tensa ad tactum percipitur, nec fluctuatio animadvertitur, ubi bilis via ad vesiculam clausa est; cholecystoncus est tumor mollis fluctuans, qui pressione imminuitur, qua evacuata bilis e vesica ad intestina transfertur, colicam et alvum biliosam excitat; hoc autem, quod bene notandum, non fieri potest, si forte impedimenta, verbi gratia calculus in choledocho, insunt, quae evacuationi bilis in intestina obstant.“ Sebastian l. c. p. 49.

50) „Difficile est, *tumores* jecinoris cysticos non raro *hydatidibus repletos*, saepius concavae parti insidentes, ab illo tumore, quem hydrocystis producit, bene dignoscere, praecipue si ejusmodi tumor figuram cystis felleae induerit, quod tamen rarissime accidit; sed notare licet a collecta aqua et figuram et sedem vesiculae felleae interdum quoque mutari.“ Idem, ibidem.

51) „Tumor fellis ortus ab humore aqueo seu pituitoso, secretione in ejus cavo deposito, cum *hydrope saccato ventris*, ubi saccus non absimilem liquorem continet, quod originem et signa spectat, multum convenit. Tumor cystis felleae ab aqua contenta magis elasticus et tensus est, sed solummodo eo in casu, quo vesica repleta praeter naturam clausa est. Utrique tumori id proprium est; quod neque doleat, caleat, neque pulset, cutis tumori superstructa quoque rubore non afficiatur, quae symptomata demum incidunt, si inflammatio accedit, qua uterque tumor mobilitate privatur ... sedes autem tumoris, qui ex eo loco exit, quo vesica haeret, ac forma ejus, ad illam vesiculae felleae referendae, dubia, quae afferuntur, solvunt.“ Idem, ibid.

52) „Physconia, abscessus, aneurysmata, herniae verae ac spuriae in hac abdominis regione sitae, ubi hydrocystis haeret, facile per caussas et symptomata unicuique vitio propria, dignoscitur.“ Idem, ibidem.

cordant medicorum opiniones. Quamvis enim et antiquitus phlebotomiae hoc in morbo virtus celebrata fuerit [1]), ait tamen Galenus [2]): „hepatica medicamenta non debere esse vehementer refrigerantia; saltem non diuturno usu usurpata"; atque advertit Duretus [3]): „a nimium stupefacta inflammatione scirrho fundamenta exstruas." Swietenius [4]), postquam indicationes phlebotomiae in genere enumeraverit, ait: „facile autem patet, omnes hos effectus missionis sanguinis minorem efficaciam habere in sananda hepatis inflammatione, cum sanguis venae portarum jam venosus sit, antequam in convergentium ramorum angustias denuo impellatur, adeoque cordis et arteriarum efficacia in hunc sanguinem admodum debilis sit: ubi vero inflammatio haeret circa fines arteriae hepaticae, tunc major effectus, similis nempe ut in reliquo corpore, a sanguinis evacuatione expectari poterit. Non tamen ideo repudiatur venae sectio tanquam inutilis omnino in hoc morbo; nimium enim impetum febrilem compescere poterit, calorem minuere et depletis vasis, diluentibus et attenuantibus remediis faciliorem ingressum et miscelam facere." Phlebotomiam potius in hepatitide regionum frigidarum, quam in illa calidarum conduxisse contenderat Larrey [5]). Altera ex parte venae sectionis hoc in morbo usus suffragia principum medicorum obtinuit. Quid inde concludendum? quod et hic via media ineunda sit. Optime eam designavit Fr.

1) Alexander Trallianus Lib. III. C. XIII; — Aretaeus Curat. acut. Lib. II. C. VI; — Paulus Aegineta Lib. III. C. XLVI.

2) De medicamentorum compositione. VIII.

3) Ad coac. praenot. l. c. 4) l. c. §. 950.

5) *Campagnes d'Egypte. T.* 2. p. 43.

Fr. Hoffmannus [6]): „praeterea, inquit, ad praescindendum inflammationis incrementum admodum utilis et necessaria est, sanguinis missio inter initia, praesertim in manu vel pede [7]) lateris affecti instituta. Quantitas autem sanguinis mittendi, nec non repetenda quandoque venaesectio pro ratione plenitudinis vasorum, consuetudinis, virium, aetatis corporisque habitus, dirigenda et judicio medici merito relinquenda, *ne in excessu, vel defectu peccetur.*" Nunquam sane poenitebit phlebotomiam in primo morbi limine instituisse: verè enim Home [8]): „Venaesectio copiose, non obstantibus arteriis fere naturaliter ordinatis confert. Si postponatur haec operatio donec pulsus indicet, nimis tarde advenit." Nec in morbo provecto instituisse semper poenitebit; sapienter enim C. Piso [9]) dixit: „Venaesectio prima et secunda die felicius fit, si dolores urgeant. Si vires adsint etiam septima venae incisionem facias." Et post septimum diem sub virium (apparente sane) prostratione, et deterrimâ rerum positione, hepatitide affectos, plus vice simplici phletotomiâ salvavimus salvaveruntque alii [10]). Audaces fortuna praecipue juvat, dum hepatis incendium antea pharmacis calefacientibus enutritum fuit, et in je-

6) l. c. §. IV.

7) Ipse Fr. Hoffmannus (l. c.) ait: „Interea si quis haemorrhoidarius, praestat venam seligere in pede, et, si plethora urget, postea cubiti venam pertundere."

8) Principia medicinae. p. 162.

9) l. c. p. 298.

10) Hautesierk *Recueil* T. 1. p. 274; — Tode *medic. chirurg. Bibliothek.* B. 5. p. 178; — J. P. Frank op. c. Libr. III. p. 265; — Rodolini Opusc. sist. aliq. histor. morborum. Tergesti 1792. p. 64; — Vogel l. c. §. 32. („*Obgleich man auf die Kräfte des Kranken bei dem Aderlassen sehen muss, so darf man sich doch ja nicht durch die zuweilen grosse falsche Schwäche davon abhalten lassen.*")

jecore ab omni antiqua labe immune, evolutum est. Venaesectio etiam in *hepatitide* leviori, e. c. *rheumatica et catarrhali* locum obtinet [11]). Generatim fracto venaesectionum ope phlogoseos impetu, deductisque in auxilium mox indicandis evacuationibus cruoris localibus aliisque remediis antiphlogisticis, morbo tempus concedendum ut curriculum suum absolvere et naturae vires servandae ut crises largiri possint. Vae enim illis, qui venaesectionem eousque celebrandam esse docent, quousque febris et hypochondrii dextri affectio perstant.

Scarificat. hirud. 2. Inflammatione, praecipue rheumatica hepar detinente post debitas venaesectiones *cucurbitulae scarificantes* hypochondrio dextro admovendae sunt[12]), ut plurimae cruoris unciae, et bis si opus sit [13]), educantur. In aegrotis gracilibus et non ventriosis, *hirudines* cucurbitulis anteponendae. Ipsae praeterea egregie conducunt, si repetitis vicibus circa anum applicentur, ubi phlogosis in jecinoris substantia et circa organa biliaria urget [14]).

3. Bal-

11) „*Je n'ai craint*, inquit Portal (l. c. p. 316), *de faire saigner du bras et plusieures fois des malades qui avaient des coliques violentes et même une jaunisse confirmée avec fièvre aiguë, compliquée d'un catarrhe plus ou moins violent, soit que celui-ci ait précédé les coliques, soit qu'il s'y fut réuni. Le catarrhe est souvent alors inflammatoire et réside dans la membrane muqueuse du poumon ou dans le foie etc.; souvent il attaque ces deux parties à la fois ou passe de l'une à l' autre successivement.*"

12) Aretaeus l. c.; — Prosp. Alpinus med. Aegypt. Lib. III. c. IV.

13) „Die sequente a venae sectione, inquit C. Piso (l. c.), cucurbitulae cum scarificatione dextro hypochondrio affigendae, rursusque post unum diem apponendae. Non pauci enim a secunda earum applicatione opem senserunt magis, quam a priore."

14) „*Die Blutegel haben gerade bei dieser Entzündung einen vorzüglichen Nutzen, weil sie die Pfortader unmittelbar ausleeren.*" Reil l. c. §. 228. — Hirudines Europae illis In-

3. Ballonii [15]) observatio, ab experientia aliorum [16]) et propria confirmata docet, in hepatitide profluvium biliosum non esse opportunum „nisi detracto luculenter sanguine ardor mitescat et tumor duritiesque minuantur.“ Quod cum ita sit, primis morbi diebus a *purgantibus* abstinendum, praescribendo nihil aliud nisi *nitrum* [17]), aut *sal ammoniacum* [18]), una cum *clysteribus antiphlogisticis* [19]), tepidis parvaeque molis imperatis simul *abstinentiâ a victu* [20]), et *potu copioso* [21]). Fracto autem impetu morbi inflammatorio ad *lenia purgantia* deveniendum imprimis si inflammatio in hepatis parte concava saeviat [22]). Inter illa maxime *tamarindi*, *cassia*, *manna* commendari merentur addita, si opus sit modica *sulphatis* sive *sodae*, sive *magnesiae* portione. *Oleum ricini*, ac in genere phar- Purgantia.

diae postponendas esse affirmat Annesley: „*more than double number of European leeches will not equal in their operation the leeches of India.*“

15) Concl. medic. Lib. III. LXXXVI.

16) „... *l'observation a toujours prouvé que les purgatifs, dans les commencements des affections catarrhales hépatiques même, sont nuisibles.*“ (Portal l. c. p. 314). Circa usum purgantium in hepatitide jam dudum disputatum fuisse elucet ex Groust Diss. ergo in hepatitide ut phlebotomia, sic catharticum tutum. Paris. 1587; — Le Rat Non ergo in hepatitide catarsis. Paris. 1618; — Schmidt Ergo hepatitidi purgatio. Monspel. 1649. Cfr. Horstii Opp. T. III. p, 78.

17) Rc. Nitratis potassae drachmam semis. Aquae fontanae libram. Syrupi Rubi idaei unciam. M. D.

18) Rc. Muriatis ammoniae drachmam semis. Aquae fontanae libram. Syrupi liquiritiae unciam. M. D.

19) Clysma ex betae-rubrae decocto cum melle et nitro suadet Hippocrates. De internis affectibus. Cap. I.

20) „Nam quod ad phlegmonem, quae in his partibus spectat, *minime plane est cibandum.*“ Galenus method. medendi Lib. X. cap. V.

21) Ex aqua fontana simplici, temperaturae cubiculi, vel syrupo acidulo edulcorata.

22) Non quidem ut Valcarenghi (l. c. p. 49) existimavit, quodsi hepatis tumor in gibba parte visceris est, minus congrue posse educi per intestina materiam morbi, quam

pharmaca oleosa, rite monente expertissimo VALCARENGHIO [23]) hìc non conducunt. Quodsi indicata purgantia effectu destituerentur, aut vomitu rejicerentur, *calomel* scopo alvum movendi exhibendus [24]). Aliàs is pro majoris momenti indicationibus reservandus est.

Emetica. 4. Quamvis usui emeticorum in hepatitide cum eximiis practicis [25]) adversi simus; nihilo minus si sub finem morbi, colluvies biliosa ventriculum oppleret et strangulationem minitaret; illius colluviei sursum per *blandum vomitorium* evacuationem, damnare haud audemus. In hepatitide rheumatica et catharrhali, parvae *tartari emetici* doses versus finem morbi, prae-

si in concava hepatis parte est; sed quoniam, si inflammatio circa receptacula biliaria locum obtinuerit; crisis per proximum duodenum expectari debeat. Utrumque dicam cum hoc egregio Cremonensium medico, in Ticinensi Archigymnasio, ante BURSERIUM, TISSOTUM et J. P. FRANK praxeos medicae professorem: „quam plurimas recensere hìc possem observationes hujuscemodi aegrotorum, qui simplici hac methodo (venaesectionibus, clysteribus et purgantibus) ab inflammationibus magnis hepatis evasere, etiamsi ob graviorum symptomatum comitatum (singultus videlicet, vomitus, anxietatem, abdominis tensionem, animi defectum, cum universalibus copiosis sudoribus) ad agonem fere perducti viderentur. Tunc autem mirum utique erat, attendere, quod, quo foetidae magis, quo magis biliosae, tenaces, flavo viridescentes, copiosaeque alvi excretiones fiebant, eo melius citiusque solvebantur graviora quaeque symptomata, quae denuo suscitabantur cum novae in hepate stases in decursu morbi emergerent, novum aegrotis accedebat levamen.“

23) l. c. p. 47.

24) Puta a quinque ad decem grana, semel aut bis, non saepius, administranda.

25) VOGEL l. c. §. 36. p. 377 („*Man hüte sich ja vor Brechmitteln. Die Verführung dazu ist gewiss oft sehr gross. Der seelige* VOITUS *hat ohnstreitig dadurch seinen Tod befördert*“). ANNESLEY op. c. („*When emetics are exhibited in hepatitis, they often afford relief for a short time after their operation: but the inflammatory symptoms are soon afterwards increased, if they previously existed, or in the more chronic cases, where they never were very manifest, they become for the first time developed.*“)

praemissis praetermittendis, porrectae, praeter lenem emesin, et alvum et sudorem promovent [26]).

5. Optimum sane consilium in hepatitide „abstinendum esse interius ab omnibus opiatis, narcoticis et sopientibus“ [27])! Verum post repetitas evacuationes sanguinis et alvi, in aegrotis sensibilibus, tanta aliquando oritur e regione epigastrica emergens inquietudo (ex affectione gangliorum nervorum abdominalium [28]), aut ex latente forte calculo, facile explicanda), ut metu compulsi, inviti licet, ad *narcotica* confugere debeamus. Eligimus tunc *extractum hyoscyami nigri* [29]), aut, si timor cohibendae diarrhoeae salutaris desit [30]) *pulverem Doveri* [31]). Narcotica.

6. „Neque oleosa et pinguia illinenda, quae poros cutis obstruunt, neque emplastra saturnina, vel epithemata ex aceto et lithargyrio admovenda, quae nimis refrigerant et constringunt, neque etiam spirituosa applicanda quae fibras rigidiores efficiunt, ac dolores intendunt“ [32]). Nihil autem timendum a *cataplasmate emolliente*, aut ab ejusdem generis decocto, in vesica porcina contento, hypochondrio dolen- Emollientia.

26) „*Quant au traitement du catarrhe hépatique, les résultats de la clinique prouvent que le meilleur de tous, pour prévenir ses malheureuses terminaisons et pour guérir consiste, si la pléthore sanguine et la disposition inflammatoire n'ont pas lieu, de faire vomir les malades doucement, non une seule fois, mais à diverses reprises et à des intervalles plus ou moins éloignés, selon leurs forces et selon l'intensité des catarrhes et la disposition saburrale surtout.*“ Portal l. c. p. 313.

27) Fr. Hoffmann l. c. §. III.

28) Johnston *Physiologische und pathologische Untersuchungen über das Nervensystem. Aus dem Engl. mit Anmerkungen von* Ch. F. Michaelis. *Leipz.* 1796. p. 232. 242.

29) Granum unum pro dosi sub forma pilulae.

30) Damna ejusmodi diarrhoeae suppressae recensuit Girdlestone l. c. p. 17—19.

31) Grana duo, cum granis quinque sacchari pro dosi.

32) Fr. Hoffmann l. c.

lenti admotis; post cucurbitulas enim cum scarificatione aut post hirudines cruorem magis magisque eliciunt, et in provecto morbo abdominis tensioni prospiciunt. Alioquin aegroti remedium locale exoptare solent.

Vesicantia. 7. Si exhaustâ methodo antiphlogistica, in hepatitide rheumatica dolor hypochondrii dextri perstaret, aut si in inflammatoria signa lymphae coagulabilis in parenchyma jecinoris depositae adessent *), *vesicatorium* [33]) palmae minimum magnitudinis hypochondrio admovendum foret, non solum ad rubedinem [34]), sed ad vesicam excitandam.

Mercurius. 8. Methodus inflammationes quot quot sunt *mercurii* ope curandi [35]), a medicis Anglis in India praxin exercentibus [36]), hepatitidi adaptata est. Successus quidem quo gloriantur, a frequentissimo hujus morbi apud eos in *abscessum* transitu contradici videtur; etsi prudentiores mercurii usui venaesectiones praemittere soleant [37]). Imitatores, methodus Anglo-Indiana [38])

*) §. XXXIII. 3.

33) Lind (*Essay on diseases in hot climates* p. 74) praesertim ejus utilitatem patefecit. Accessit Portal (l. c. p. 280) dicens: „*on met des* v é s i c a t o i r e s *sur la région du foie, de l'estomac, ou le long des fausses-côtes droites principalement afin de faire une diversion utile de l'intérieur à l'extérieur. Cette methode à l'égard du foie est peut-être plus utile que n'est l'application des vésicatoires sur la poitrine dans les pneumonies, la communication des parties extérieures de la poitrine avec les internes étant moins immédiates que n'est celle des parties externes du bas-ventre avec les organes renfermés dans sa cavité, quoique n'étant jamais bien directe, ni par les nerfs ni par les vaisseaux sanguins et lymphatiques.*"

34) Ut suadet Schwarz Diss. cit.

35) Robert Hamilton *Medical Commentaries. Vol.* 9. p. 191. *Sammlung auserl. Abhandlungen für prakt. Aerzte. B.* 11. p. 265; — James Lind. *London medical Journal. Vol* 8. *P.* 1. p. 43. *Samml.* citat. *B.* 12. p. 91.

36) Cap. I. §. III. 2.

37) „*Dans les Indes,* inquit Saunders (l. c. p. 200), *où l'hépatite est endémique, les médecins les plus expérimentés, et*

diana[38]), inter Europae confinia habuit[39]), non tamen sine contradictione[40]). Experientia freti suademus, ut *mercurius* ad eum hepatitidis exitum curandum reservetur, quem in paragraphi praecedentis articulo tertio designavimus, idque scopo vasa jecinoris lymphatica ad humorem extravasatum absorbendum excitandi, maxime ubi jam nullum a venaesectione obtinetur levamen, et ubi de facto abscessu deest suspicio. Adhiberi tunc debet mercurius sub forma *unguenti*[41]),

O 2 aut

dont la pratique est la plus heureuse, employent rarement le mercure avant d'avoir appaisé la violence de l'inflammation par des saignées, des purgatifs, enfin par le traitement antiphlogistique."

38) Cfr. Wilkinson. *London medical Journal. P.* 2. p. 142. *Samml.* citat. *B.* 13. *St.* 2. p. 363; — Wright. *Medical facts and observations. Vol.* 7. *Abhandl.* citat. *B.* 18. p. 603.

39) H. C. Thilenius *Beobachtungen über die Leberentzündung und ihre Behandlung nach der Hamilton'schen Methode,* Hufeland's *Journal der prakt. Heilk. B.* 17 *St. I.* p. 78; — Mylius *Muriate de mercure doux contre l'inflammation du foie. Annales de la société de médecine pratique de Montpellier. T.* 3. p. 198.

40) Ferro Ephemerides medicae. Viennae 1792; — Chapman *Americ. Journal of Medical sciences. T.* 1. p. 476; — Legitur in *Dictionaire des sciences médicales, article Hépatite* (*Vol.* XXI. 1817. p. 27): „*L'emphase avec laquelle le mercure est préconisé par les médecins Anglais, rend un peu suspects les éloges qu'ils s'empressent de lui prodiguer. C'est encore un point de pratique sur lequel il serait à désirer que des expériences faites avec calme et sang froid répandissent le jour nécessaire pour mettre dans toute son évidence une propriété du mercure, à l'égard de laquelle il est du moins permis de se renfermer dans les bornes du doute...*" Hoc argumentum illustrare conatus sum in citata *Memoria sull' uso e sull' abuso del mercurio nelle malattie del sistema epatico.*

41) Regionibus inferioribus abdominis aut internae superficiei crurum a drachma una ad drachmas duas nychthemeri spatio illiniendum praescribere soleo. Cfr. Graves (Stokes *Lectures XVII.* p. 360) suadet unguentum mercuriale sub axillis introducere, ac expectare ut spontanei brachiorum motus, frictionum locum teneant. Ab illo autem motu in aegroto graviter decumbente, parum expectarem. Praeterea pili subaxillares impedire debent, quominus unguentum facile ad cutim perveniat.

aut *calomel*[42]), omni alia exclusa[43]), et quidem non tumultuatim ut salivatio oriatur[44]) (quam in nonnullis aegrotantibus evitare haud potuisse dolebamus), sed moderate[45]), rejectisque praeconceptis pro et contra opinionibus[46]).

Camphora etc,

9. Si sub deterrima rerum positione, indicatio, fractas revera vires[47]), sustinendi, sese exhibet, *camphora*, calomel adjungenda[48]) et potatoribus, *vini* quid conce-

42) A grano uno ad grana duo, secunda aut tertia quaque hora.

43) *Sublimatum corrosivum*, morbis febrilibus omnino adversum, in hepatitide adhibitum fuisse non sine indignatione legi apud SCHWARZ (Diss. cit.). Idem fere sentio de usu hoc in morbo *mercurii solubilis*. MOST. HUFELAND's *Journal B.* 8. *St.* 3. p. 130.

44) RICHTER (l. c. p. 549) ait: „*Das Calomel muss so lange fortgegeben werden bis sich die ersten Zeichen der Salivation einstellen;*" et BELL (l. c. p. 45.) „*In puro-hepatitis, no time is to be lost in endeavouring to produce salivations.*" Non miror ergo cl. STOKES (l. c. p. 359) monuisse: „*I must however confess, that it is my belief, that several cases of hepatitis inflammation may be cured without mercury; and if this be true, as J am convinced, you will find by experience, it is so much the better for the patient.*"

45) Sapienter V. ab HILDENBRAND (l. c. §. 788): „Efficacem mercurii actionem potius a blanda pancreatis emulsione et alvi subductione, quam in tumultuario ptyalismo expectamns, atque ideo graviorum medicorum monitis ducti a nimis generoso et protracto hujus remedii, usque ad salivationem, usu sedulo abstinemus."

46) J. CURRY *Examinations of the prejudices commonly entertained against mercury as beneficially applicable to a great number of Liver complaints. London* 1810.

47) „Nec virium apparens imbecillitas in usum auxiliorum volatilium praecipitanter alliciat." Sunt verba BIANCHII (l. c. p. 301.), simul cl. SINIBALDI (animadvers. 3. circa usum medicamentorum) textum referentis: „Quando medicus in morbi principio debilem pulsum explorat, interroget primo an praecesserit aliqua insignis evacuatio, aut haemorrhagia, aut diarrhoeae, aut alterius generis; an longum jejunium, magnus labor, aut magnus dolor: observet postmodum, an pulsus quo magis comprimitur, magis evanescat, et ex his manifesta erit debilitas ab exhaustu: sed si nulla ex dictis causis praecedente, pulsus sit inaequalis, et licet parvus, comprimenti resistat, ac resiliat, credite sine haesitatione, quod debilitas est ab oppressione, nec roborantibus indiget, sed evacuatione."

48) Rp. Calomel grana sex; camphorae rasae grana duo;

concedendum: ab *acido nitrico*[49]) eo minus fructum exspectamus, cum *acidum sulphuricum* aperte nocuerit[50]). *Infusum florum arnicae montanae*[51]), ventriculi in hepatitide conditioni vix quadrare videtur.

10. Quum *hepatitis chronica* non unum eundemque sistat morbum[52]), diversam etiam pro re nata curam exposcit. Non excludit sane *methodum antiphlogisticam*, non exceptis *venae sectione* e pede dextro, *cucurbitulis* cum *scarificatione* ad hypochondrium affectum, et praecipue *hirudinibus* circa anum. Admittit saepe curam *antirheumaticam* et *antiarthriticam*, praesertim *balnea*, *semicupia*, *pediluvia tepida*, aut cum aut sine *acido nitrico-muriatico*[53]), *vesicatoria*, *fonticulos* ipsamque *moxam*[54]) ad locum dolentem. Quocunque in casu indicatur alvi libertas, *electuario lenitivo*, *salibus mediis* mitissimis et *aquis soteriis* ejusdem generis[55]), non pharmacis drasticis[56]), impetranda. Nec respuit *curam tonicam*[57]). *Hepatitis scrophulosa* C. hepatit. chronic.

sacchari drachmam semis. M. f. pulvis, divide in sex partes aequales. — Aut granum unum camphorae in emulsione, alternatim cum calomel in pulvere.

49) Bowell Diss. cit. p. 67; — Macgregor, Duncan's *Annals of medecine. Lustr.* 2. *Vol. I. Sect.* 2. *No.* 14; — Firth. *London medical Journal. Octobr.* 1807.

50) Girdlestone l. c. p. 38.

51) Loeffler. Stark's *Neues Archiv für die Geburtshülfe. B.* 2. p. 108.

52) §. XXXII. 20. 53) Cap. IV. §. XVIII. 8.

54) Jam Hippocrates ustionem ad hepar adhibuit, de qua agitur in *Journal de médecine et de chirurgie pratique* citato a Froriep. *Notizen aus dem Gebiete der Natur- und Heilk. B.* 49. p. 156.

55) Cap. IV. §. XVIII. 5.

56) Ut oleum *Crotonis Tiglii* a Conwell (Op. c. p. 228) celebratum.

57) Oculi aeque ac hepar „*peuvent être attaqués d'inflammation, sans qu'on puisse découvrir aucune cause stimulante manifeste. Dans ce cas l'ophthalmie cède facilement à l'usage du quinquine et à l'application des excitans; preuve évidente que l'inflammation dépend ici d'une atonie très-sensible. Personne n'ignore d'ailleurs qu'une ophthalmie qui était d'abord aigue, finit*

losa methodo supra indicata[58]), praecipue *fonticulis* et *setaceis* curanda. Cautissimus esto *mercurii* usus in qualicunque demum hepatitide*) maxime autem in scrophulosis[59]).

C. exituum. 11. Ne autem in tentaminibus phlogosin hepatis debellandi tempus teras, ubi potius de profligandis inflammationis *exitibus chronicis* cogitandum foret! Quodsi hoc sub respectu parum valeat medicina, saltem docet intempestiva conamina omittenda esse.

C. adhaesion. 12. Sic credimus *adhaesionibus morbosis* jecinoris cum partibus contiguis pacem concedendam esse: 1° quia diagnosis incerta; 2° quia generatim non multum molestant; et 3° quia remedia pseudomembranas solventia desiderantur. Illarum autem suspicio legem imponit, motum corporis vehementem evitandi, liberationi alvi, eccoproticis, et transpirationis, balneis studendi; ventriculum cibis non onerandi; potui liquorum fermentatorum valedicendi; et plethorae hepatis, admotis semel bisve de anno hirudinibus ano, occurrendi, dummodo id sine virium conspicuo detrimento fieri possit.

C. indurationis. 13. *Hepatis induratio* phlogoseos effectus, optime *parvis frictionibus mercurialibus* diu continuatis profli-

souvent par amener un etat de faiblesse, et exiger alors les moyens curatifs que nous venons d'indiquer." Saunders Op. c. p. 177.

58) Cap. IV. §. XVIII. 8.

*) „*In one instance of chronic hepatitis, I saw a mercurial haemoptoe brought on by a long use of mercury*" (Lind in *London medical Journal T. VIII.* p. 47). — „*One very common effect of the excess of mercury is mental derangement, both in India and Europe*" (Saunders *Observat. on hepatitis in India* p. 44.).

59) „*In all cases of hepatitis occurring in delicate females, but particularly in persons of low, scrofulous constitutions, endeavour to dispense with the use of mercury if possible.*" Stokes l. c.

profligatur[60]). Oportet autem ut aetas aegroti sit vegeta, gingivae bonae, corpus a dyscrasia scorbutica alienum et a praevio forte hydrargyrii usu non inquinatum. Aliàs morbus ut *infarctus* curandus; non neglectis praesertim *embrocatione* et *limo thermali* super hypochondrium dextrum.

14. Si quid *obliterationem ductuum biliariorum* a praevia inflammatione profligare valeat, sunt *thermae* virtute resolvente praeditae, maxime *Carolinae*, una cum *balneis* ejusdem generis. Nisi juvant, saltem non nocent, quod de mercurio, aegrotorum constitutionem facile pessumdante, minime valet. Quocunque in casu dictae thermae formationi cholelithorum, frequentissimo angustationis canalium biliferorum effectu, obstabunt. C. obliterationis.

15. Ne hepatitis in *hydropem* transeat, per totum quidem morbis curriculum, sed maxime circa criseos tempus, urinae secretionis, summa ratio habenda est[61]), et, quo primum segnis evadit, illi prospiciendum[62]); idque aut *decocto radicis ononidis spinosae*[63]), aut *infuso stipitum solani dulcama-* C. hydropis acuti.

60) *Sammlung auserles. Abhandlungen für prakt. Aerzte. B.* 12. p. 454; — J. Cl. Tode De singulari morbo hepatico, hydrargyro sanato observatio. Acta Societatis Medic. Havniens. Vol. 2. p. 228; — Fr. Knight *Two cases of obstructed liver followed by dropsy successfully treated by mercurial frictions. Medical transactions. Vol.* 3. p. 368; — Niemann *Hamburger Zeitschrift. B.* 4. *Heft* 12. 1840.

61) Vere Johnson (op. c. p. 155): „*Too little attention is paid to the urinary secretion in hepatic diseases.*"

62) Alexander Trallianus (Lib. VIII. Cap. I. p. 392) sub finem hepatitidis, ubi inflammatio concoqui incipit, *radicis apii decoctum* commendavit.

63) Rp. Radicis ononidis spin. unciam semis. Coque c. s. q. aquae per quartam horae partem. Colat. librae adde syrupi radicis ejusdem unciam. M. D. S. cap. nychtemeri spatio, repetitis vicibus.

marae[64]). Evolutis jam *hydatidibus*, *hydrope saccato*, *hydrocystide*, pharmaca, quae universim in hydrope imbibendis et evacuandis humoribus commendantur, haud valent, et usu continuo, non raro nocent[65]). Nihil itaque restat aegroto, qui a curae radicalis periculis non abhorret, quam ad *operationem chirurgicam*[66]) confugere. Caeteri qui rem naturae committere mavult, *fonticulum* apponat ad locum affectum, alvum teneat liberam, caveat ab erroribus in diaeta et maxime ne vis mechanica fortior in ventrem agat, qua facile tumoris ruptura, extensis debilitatisque parietibus, accidere posset.

CAPUT VII.

De jecinoris abscessu et phthisi hepatica.

§. XXXV.

Notio. Scriptores.

Notio. 1. *Suppuratio* frequenter in hepate obvenit, quod partim adscribitur vasis capillaribus, quibus abundat et perver-

64) Rp. Stipitum dulcamarae drachmas duas. Ebulliant per horae momentulum c. s. q. aquae. Colat. librae adde Syrupi Violarum unciam. M. D. S. ut supra.

65) Sebastian l. c. p. 65.

66) Lassus in *Journal de médecine par* Corvisart etc. *T. I.* p. 115 et *Pathologie chirurgicale T. I.* p. 279; — Cruveilhier in *Dictionaire de médecine et de chirurgie pratique* Art. *acephalocystes*; — Hawkins in *Medic. and chirurg. Transactions T. XVIII.* p. 167; — Recamier *Revue médicale* 1827. *P. III.* p. 436; — Begin *Sur l'ouverture des collections des liquides développés dans l'abdomen. Journ. universel et hebdomadaire de médecine et chirurgie pratique.* 1830. *T. I.* p. 417.

perversae methodo, qua hujus visceris inflammatio curari solet [1]). Caeterum probatum necdum est, omnem *jecinoris abscessum* ex praevia phlogosi pullulare [2]).

2. Sequitur illius morbi doctrinam non solum quaerendam esse apud scriptores de hepatitide [3]), Indiae praecipue Orientalis [4]), sed etiam apud illos de morbis hepatis in genere [5]), et maxime apud eos qui speciatim jecinoris abscessus et phthisin hepaticam tractarunt [6]). Scriptores.

§. XXXVI.

1) Conwell op. c. p. 77. („*The hepatic abscess apparently results as a consequence of the effects of mercury on that gland, in calling its vascular and absorbent vessels into increased action; and, at a subsequent period, when it has become engorged with blood, the continued or free use of mercury stimulates its vessels still further; and whilst they are both gorged and excited, thus produces suppuration*").

2) Docte de hoc argumento disseruit Hollerus in Coac. Hippocrat. p. 348. De eo legi quoque merentur Schenk Observat. Lib. III. p. 411; — P. G. Schroeder De pure absque praegressa inflammatione. Opuscul. Medic. Vol. II. p. 466; — P. A. Boehmer De genesi materiae purulentae sine praevia inflammatione.

3) Cap. VI. §. XXVIII. 2.

4) Cap. I. §. III. 2. 5) Ibid.

6) F. D. Leon Diss. de hepatis abscessibus. Paris. 1753; — J. G. Haase Respons. Lieberkühn Diss. de abscessibus hepatis. J. P. Frank Delectus Opusculorum medicorum. Ticini. Vol. V. p. 121; — F. G. Schroeder Diss. de phthisi hepatica. Goetting. 1783; — J. Fr. Weissenborn *Von den Eitergeschwüren der Leber durch einen merkwürdigen Fall erläutert: Erfurt* 1786, et, *Erläuterungen einer merkwürdigen Geschichte eines Lebergeschwüres.* ibid. 1787; — Th. W. Schroeder Commentatio de phthisi hepatica. Rinteln. 1790; — G. J. Fr. Noeldecke Diss. pathologiam phthiseos hepaticae sistens. Goetting. 1794; — Kiesselbach Diss. de hepatis abscessibus una cum observatione. Marburg 1798; — Schultze Diss. de hepatis abscessibus, cum adnexis duabus observationibus memoria non indignis. Erford. 1798; — P. J. Roussin *Dissert. sur la phthisie hépatique. Paris* 1805; — Sieber Diss. phthiseos hepaticae pathologica adumbratio. Berolin. 1810; — Louis *Repertoire général d'Anatomie et physiologie pathologique. Paris* 1826. *Heidelberger klinische Annalen. Supplementband zum B.* 4. 1828. p. 59; — Tott *Beyträge Mecklenburgischer Aerzte zur Medicin und Chirurg. Rostock* 1830. *B.* 1. *Heft* 20. p. 90; — J. Cassel Diss. de hepatis abscessibus. Berolin. 1831; — A. Dick Diss. de hepatis abscessibus. Berolin. 1831; —

§. XXXVI.

Symptomata.

S. transitus infl. in abscess. 1. *Transitum hepatitidis acutae in abscessum* arguimus, dum debitae crises locum non obtinuerunt [1]); dum morbus quidem remisit, sed non cessavit, perstantibus praesertim ictero (vel saltem circulo livido flavescente circa palpebras inferiores), doloribus costarum humeri, scapulae [2]), cruris et surae lateris affecti [3]); dum frigoris modo fortioris, modo mitioris accessus horis praecipue pomeridianis praesto sunt [*]), subsequente cutis calore aucto [4]), ad volas imprimis ma-

Geddes *Transactions of the medical and physical Society of Calcutta. Vol. 6. Calcutta* 1833; — Malcolmson *Clinical Remarks on some case of Liver-Abscess presenting externally. In The Edinburgh Med. and surgical Journal Vol. LII.* p. 352. — Botschen-Horst Diss. de hepatis abscessu. Berolin. 1835; — multique alii passim recensendi.

1) „Urinam quidem ego semel vidi criticam, at nullos sudores. Interim aeger ... lectum reliquit, appetens bene cibos et dormiens, donec aliquot hebdomadibus elapsis subito in novum horrorem et febrem incidit, quae biduo post impetuose, excreato multo sputo purulento lethum sub anxietate summa arcessivit. In suprema hepatis parte ingens apostema detectum fuit.“ Vogel De cognosc. et curand. praecip. corp. hum. affect. §. 229.

2) „Dolor acutus ad hepar incidit et sub postremas costas et ad humerum et ad jugulum detinet.“ Hippocrates De internis affect. c. XXIX; — Celsus l. c.; — Fernelius univers. medic. p. 495.

3) „Abscessus hepatis laborantes denuntiant intolerabiles cruris aut surae dolores, nullis cedentes medicinis.“ Klein Interpretationes Clinicae.

*) „Dr. Saunders *observes, that during the formation of pus, frequent rigors take place* (p. 261) *and* Dr. Pemberton *mentions* (p. 35) *abatement of pain, with pulse increasing in frequency, attended with repeated chilly fits as indications of suppuration being at hand....* Mr. Twining *states that rigor is not a general attendant on the formation of abscess of the liver, and that symptom was not observed in the majority of the cases which I have seen* (§. 1. p. 295); *and* Mr. Annesley, *that in the supervention of abscess of the liver the presence of rigors can seldom be expected; but slight shudderings and formications are more frequently observed.*“ G. Thomson l. c. p. 182.

4) Paulus Aegineta De re medica. Lib. III. Cap. XLVI.

manuum et plantas pedum, cum pulsu frequente, contracto [5]), siti [6]), sudoribusque nocturnis aut matutinis; dum hoc tempore nausea et vomitus apparent; dum crebra epistaxis [7]); dum urina vel multa tenuis [8]) est, vel pauca biliosa cum sedimento purulento [9]); dum oedema faciei aut crurum lateris maxime dextri in conspectum venit, et dum aegrotus de die in diem magis magisque macilentus viribusque fractus de pondere, plenitudine, deque dolore pungente [10]), pulsante in hypochondrio conqueritur.

2. *De facto abscessu* certitudo, in rebus medicis concessa, obtinetur, si tumor circum circa durus [11]), in medio mollis, elasticus, fluctuans manifestus fiat in hypochondrio dextro, nunc circa costas spurias, nunc versus umbilicum, nunc etiam in locis plus minus a jecinore remotis [12]). Nisi hac sub rerum positione aut

C. facti abscess.

5) „*Le pouls est plus fréquent, plus serré, lorsque la suppuration commence à se former, et il survient des frissons plus ou moins intenses.*" Portal l. c. p. 270.

6) Celsus Lib. IV. Cap. VIII.

7) Hepar magnum purulentum haemorrhagiae narium diuturnae caussa. Ephemer. Acad. Natur. Curios. Cent. IX et X. p. 410.

8) „Qui multo tempore tenues et crudas mingunt urinas, si caetera ut evasuris adsint signa, hos ad regiones infra septum transversum abscessum expectare oportet." Hippocrates in Prognostic. — „Hoc revera signum, inquit Bianchi (l. c. p. 360), semper deprehendimus in his qui capitis vulnere, post aliquot dies, interdum et plures, imo aliquando post sexagesimum, octuagesimum, interdum centesimum diem, hepatis tandem abscessu corripiuntur."

9) Historia morborum Vratislaviens. Ann. 1700. p. 189.

10) Lind *An Essay on diseases incident to Europeans in hot climates* p. 88.

11) Koenig Diss de hepatis abscessu et induratione. Goetting. 1803.

12) „*Der Sitz der Geschwulst ist übrigens nicht immer am nämlichen Orte, bald höher, selbst in der Gegend der dritten Rippe; bald tiefer, mehr nach dem Nabel zu; oft selbst wenn der Eiter sich gesenkt und gesackt hat, ziemlich weit vom eigentlichen Sitze der Leber entfernt*" (Richter *Anfangsgründe der Wundarzneyk. B.* 2. p. 530.).

aut natura aut ars abscessui hepatis viam extus per integumenta parent, nisi diarrhoea purulenta aut ejusdem generis vomitus, sputum, sive alia evacuatio cum virium incremento et decremento symptomatum superveniant, aegrotus corpus movere et anterius flectere impos[13]), sub dyspnoea ac summis angustiis, accedentibus lipothymiis[14]), meteorismo, singultu, ascite, aut derepente aut lente moritur. Sic post hepatitidem acutam.

S. abscess. in morb. chron. 3. Post hepatitidem chronicam, imprimis scrophulosam suppuratio lente ingruit ac per annos protrahi potest. Aeger, non semper flavescens, de hypochondrio dextro non admodum conquerens, sub febricula lenta vespertina, sudoribus nocturnis, diarrhoea colliquativa, crinium defluvio, aut sceleti instar emaciatus, aut a hydrope dolii instar tumidus, superveniente plerumque enteritide, fatum subit supremum.

§. XXXVII.

Necroscopia.

Hepar. 1. *Hepar abscessu* contaminatum, volumen saepe offert auctum[1]), aliquando normale aut imminutum[2]).

Prae-

Visum est ubi pus fistulis per telam musculos abdominales invicem vel cum peritonaeo connectentem actis ad inferiora descenderat (Klein l. c.); in inguinis regione (Bonet Sepulchr. T. II. p. 297); ad cristam ossis ilii (J. van Lil in *Verhandelingen van het bataafsch Genootschap te Rotterdam. Deel.* 4. f. 128); ad spinae dorsi inferioris partem (Clark *Observations on the diseases, in long voyages to hot countries* p. 279); sub ligamento Fallopii prope cruralem arteriam (Bujon *Mémoire pour servir à l'histoire de Cayenne. T.* 2. p. 116); in latere lineae albae sinistro (Noeldecke l. c. p. 60)."

13) Lieutaud Hist. Anat. T. I. Libr. I. Obs. 712.

14) Van Swieten l. c. §. 939; — Lommii Observat. Medic. Lib. II. p. 188; — Bianchi l. c. T. I. p. 361; — Valcarenghi l. c. p. 23.

1) „*Le foie est quelquefois considérablement augmenté de volume dans la phthisie hépatique. Il occupe un espace*

Praeterea variis aliis praegressae inflammationis notis insigniri solet [3]). Abscessus frequentior est in lobo jecinoris dextro [4]), et ad partem ejus convexam. Latet haud raro ita, in hepate aspectu fere sano, ut nonnisi facta sectione decussata appareat [5]).

Ab-

énorme dans le bas-ventre, il refoule les viscères qui l'entourent, il les comprime et souvent les détériore et en trouble les fonctions et quelquefois même il soulève le diaphragme dans la poitrine contre les poumons, le coeur, et donne ainsi lieu à des troubles graves dans la respiration, et dans la circulation du sang, et à des palpitations du coeur ou à des syncopes mortelles." PORTAL op. c. p. 293.

2) „*Cependant, au lieu d'acquérir un excès de volume, le foie perd quelquefois de celui qu'il a naturellement.*" Idem ibid.

3) „Hepar magnitudinis monstrosae, cujus superior lobus ad os coxendicis exporrectus; idemque viscus sub hypochondrio dextro mirum quantum protuberante, plane fastigiatum, notabilis cujusdam inflammationis et sphaceli praebuit indicia; costis firmissime adnatum, et octo librarum ponderis. In ipsa hepatis substantia, et quidem duplici lobo superiori partis convexae quantitas materiae purulentae virescentis et pultiformis, non tamen foetidae, mensuras duas exuperans, reperta fuit." BIANCHI l. c. p. 147, istam D. ROSINI LENTILII observationem refert.

4) „CLARK *fand unter hundert Leberabscesse... nur einen im linken Leberlappen.*" VOIGTEL *Handb. der pathol. Anatomie B.* 3. p. 24. Consentit BOYER (*Abhandlung über die chirurgische Krankheiten. A. d. Franz. übers. von* TEXTOR 1822. *B.* 5. et 7.— „*Of fourteen cases of suppuration of the Liver occurring in the* 88*th regiment, in Bombay, Sir* JAMES MAC-GREGOR *mentions that in six it was seated in the right lobe; in one, in the left; in two, in the right lobe and lobulus Spigelii: in two, in the right and left lobes; and in three cases all the three lobes were in a state of suppuration (Annals of medecine* 1801. p. 363). *Of twently-six cases of hepatic abscess in European subjects observed by* Mr. GEDDES *in the Madras Presidency, in fifteen the abscess occupied the upper part of the right lobe towards its posterior surface; in three, the lower margin of the right lobe; in two, the left lobe; in one, there was one abscess in the centre of the right, an other in the left lobe; and in five, there was a number of small abscesses disseminated, through the both lobes.*" THOMSON op. c. p. 36.

5) DIEMERBROECK (Anat. Lib. I. Cap. XIV.) hepar adspectu fere sanum vidit, quod tamen undecim libras puris continebat). ANDRAL (l. c. p. 77) similem fere casum narrat: „*Jusqu'alors*, inquit, *aucune lésion organique ne pouvait nous rendre compte des symptômes graves observés pendant la vie, lorsque ... donna un coup de scalpel dans le foie, qui a son extérieur, semblait être parfaitement*

Abscessus jecinoris continent a paucis unciis usque ad plures libras puris[6]), modo albi laudabilis, modo flavi[7]), foetidi, foeculenti[8]), ichorosi[9]). Exeditur inde hepatis substantia, superstitibus nonnunquam solis membranis (interdum incrassatis[10])), vasibus (quandoque dilatatis[11])), et ductibus biliferis[12]). Plus

sain. Quel fut notre étonnement, lorsqu'au fond de l'incision pratiquée au foie, nous trouvames un foyer purulent, à la place duquel aurait pû être facilement déposé une orange."

6) SANDIFORT Exercitat. Academ. Lib. II. Cap. VIII. (librae tres); — BOURDIEU *Journal de médecine. Juillet T.* 38. (librae novem); — LIEUTAUD l. c. T. I. obs. 742 (librae duodecim): — PAW (Observationes anatomic. Obs. 7. p. 15. (librae viginti); — MECKEL *Neues Archiv. B. I. No.* 5. p. 24.

7) „Adolescens auriginosus, qui pluries sanguinem ex umbilico fuderat, gerebat in hepate abscessum, qui puris loco repletus erat materie ovorum intritorum luteorum persimili." SAUVAGES Nosolog. meth. T. III. P. I. p. 160.

8) VOIGTEL l. c. p. 25.

9) „*Le foie avait son volume ordinaire: le lobe gauche présentait au toucher une fluctuation obscure; il contenait dans son intérieur une cavité, qui aurait pu admettre une pomme d'api, et qui était pleine de pus; une membrane épaisse, résistante, en tapissait les parois. La portion de parenchyme qui entourait cette cavité était transformée, dans l'étendue de quelques pouces, en un putrilage noirâtre, d'où exhalait une odeur félide, gangréneuse.*" ANDRAL l. c. p. 254.

10) CAILLE *Ueber die chronischen Entzündungen* ex *mémoires de la société de médecine de Paris* 1786. *Vol.* 8. p. 335, in *Samml. auserles. Abhandl. für prakt. Aerzte. B.* 15. p. 649 (Post inflammationem traumaticam hepar fere omnino consumtum, relicta ejus membrana instar cartilaginis emollitae, crassitudinis digiti transversi).

11) PORTAL l. c. p. 395; — VICARD *Observation sur la phthisie hépatique rheumatismale* p. 395.

12) BONTIUS Medic. Indor. Lib. III. obs. 9. („loco hepatis sola membrana illud investiens satis crassa, instar sacci; cui adhuc portio saniei, loturae carnium similis inerat."); — BLANCARDUS anat. pract. ration. obs. XV. („loco hepatis sacculus crassus et membranosus inventus est, cui pus cruentum et aquosa quaedam inerant."); — LIEUTAUD l. c. obs. 752; — CHAMBON DE MONTAUX *Merkwürdige Krankengeschichten und Leichenöffnungen. B.* 6. *obs.* 194. p. 557. (Tertia visceris pars consumpta); — ROBILLARD *Observation sur un foie presqu'entièrement consumé par un abscès. Bulletin de la société Philomatiqué, T.* I. p. 6; — SCHWARZ Diss. observationes quasdam medicas continens. Götting. 1787. et, *Samml. auserles. Abhandl. B.* 12. p. 195. (Hepa-

Plus vice simplici plures in eodem jecinore adsunt abscessus [13]). Dum apostema ruptum est, pus reperitur in abdominis cavo [14]), in partibus contiguis (iis imprimis quae ope pseudomembranarum cum jecinore junctae sunt), nimirum inter peritonaeum et musculum latissimum dorsi et trapezium [15]), in rene dextro[16]), in intestino duodeno [17]), jejuno [18]), colo descendente et

tis lobus dexter quasi omnino consumtus); — Duncan *Med Comment. Dec.* II. T. 3. p. 334. cas. 6; — Meckel l. c; — Wesener Hufeland's *Journal* B. 68. St. 2. p. 41.

13) Lieutaud l. c. obs. 715. p. 215., obs. 731. 732. p. 221, obs. 739. p. 223., obs. 749. p. 225. etc. — Louis l. c. — Roots *Clinical Lectures. London medical and surgical Journal. T.* 3. 1833. *No.* 78. p. 812. (*Immense abscess of the Liver, consisting in two large cysts, but communicating with each others, and capable of containing, I should think, a gallon of fluid*").

14) Acta acad. natur. curios. T. V. obs. 146; — J. Clark l. c. case 1; — Haller opusc. pathologic. obs. XXXII. hist. 3; — Treutler actuarium ad Helminthologiam p. 32; — Andral l. c. p. 260. Ex ruptura abscessus hepatis in peritonaei cavum inter alios mortuus est *Victor Jacquemont*, juvenis magnae spei (*Correspondance de* V. J. *avec sa famille et ses amis pendant un voyage aux Indes* (1828—1832) 2. *édit T* 2. *Paris* 1835. p. 371). — „... *of Mr.* Geddes *twenty six cases of hepatic abscess, in one only had rupture occurred into the abdominal cavity, and that was one of the two in which the abscess was seated in the left lobe.*" Thomson l. c. p. 39.

15) Riverius Cent. I. obs. 92; — Jacob van Lil l. c. (Vir a dolore vehemente ad dorsum correptus est: tumor a costis ad cristam ossis ilei descendebat fluctuans: apertus pus effluxit. Costae erant carie detentae; et necroscopia enorme ulcus hepatis patefecit.)

16) Dohlhoff *Medic. Zeitung von einem Verein für Heilk. in Preussen. Jahrg.* 6. 1837. *No.* 38.

17) „Vel per ductulos jecoris excretorios (Lieutaud l. c. obs. 771; — Morgagni epist. XXXVI. 10), vel in ipsum hepaticum ductum. Sic memoriae proditum est (Ephem. Acad. Natur. Curios. Dec. III. Ann. IV. obs. 73), aegroto cuidam plurium librarum copiam puris per alvum effluxisse; secto autem mortui abdomine nonnullos in hepate abscessus pureque turgentes bilis excretorios fuisse repertos ductus. Aliud puris quamvis minori copia per alvum post praegressam inflammationem ejecti exemplum legitur apud Cheston. Cessabat autem hic puris per alvum effluxus, quum externus appareret tumor, qui apertus per duas hebdomadas septem librarum quantitatem puris fudit. Vero simile videtur, antea per choledochum ductum pus destillasse

et transverso [19]), in ventricculo [20]), aliàs (eroso diaphragmate) in cavo pectoris[21]), in pulmonibus[22]), in peri-

... Fieri denique potest, ut pus, arrosa cystide fellea, per hunc ductum in duodenum transeat." NOELDEKE Diss. cit. p. 67.

18) Ephemerid. Acad. Natur. Curios. Dec. III. Ann. I. obs. 122.

19) LIEUTAUD l. c. obs. 713.

20) VOGEL Act. Acad. Natur. Curios. T. V. obs. 90; — *Journal de médecine. T.* 87; — ISENFLAMM *Praktische Anmerk. über die Eingeweide. Erlang.* 1784. p. 266; — *London medical Journal Vol.* 2. p. 22. *Repertorium chirurg. und medizinische Abhandl. B.* 2. p. 301; — THIBBAUT *Observations sur plusieurcs hématémeses éprouvées à plusieures époques, à la suite d'une hépatite avec abscès du foie, et un autre à la vésicule du fiel, ouverts tous deux dans l'estomac, comme on l'a reconnu par l'autopsie cadavérique quinze ans après la maladie primitive. Annales de la société de médec. de Montpellier. T.* 7. p. 392: — WESENER l. c. p. 43; — ANDRAL l. c. p. 256. Abscessum hepatis in ventriculum apertum in clinico Ticinensi vidi, ac praeparatum a patre meo museo pathologico traditum est.

21) BARTHOLINUS Hist. anat. rar. Cent. IV. hist. LII. p. 265; — LIEUTAUD l. c. obs. 710; — RICHERZ Observatae viscerum abdominalium labis brevis epicrisis. Lugd. Bat. 1757. — HALLER Collect. Disput. Med. pract. T. VI. p. 827. obs. 2; — MORGAGNI op. c. Epist. XXXVI. 4; — RICHARD DE HAUTESIERK *Recueil d'observations. T.* 2. p. 340; — *Journal de médecine. T.* 51. (erosis a carie costis inferioribus); — M' LEAN. BOWELL Diss. de hepatitide. p. 27; — FORREST *Glascow medical Journal. July* 1833; — J. GRAVES *and* W. STOKES *Reports and Communications in Surgery Vol.* 5; — STOKES *Clinical Lecture XVI.* (*„It may appear strange that in this case the puriforme matter entered the left Lung instead of the right; but this is sometimes the case, particularly when the abscess forms in the left lobe of the liver").*

22) STALPARTUS VAN DER WYEL Observat. Cent. I. obs. 46; — JOUBERT apud LIEUTAUD l. c. obs. 716. T. 1. p. 216; — J. CLARK l. c. p. 270; — FORDYCE Fragmenta chirurgica-medica. Lond. 1741. p. 4. *Samml. auserles. Abhandl. B.* 11. p. 459; — GEOFFROY-FOURCROY *Médecine éclairée. Paris* 1791. *T.* 2; — BAJON *Histoire de Cayenne. T.* 2; — RICHTER *Chirurg. Bibliothek. B.* 5. p. 174; — RATEAU *Journal de méd. chir. et pharmac.* Vol. 33; — PEPPER *American Journal Febr.* 1838; — R. J. GRAVES *The Dublin hospital Reports and Communications in medecine and surgery. Vol.* 5; — SADLER *Leberabscess durch die Lungen geöffnet und* 74 *Hydatiden in der Milz bei einem Subjecte. Mittheilungen aus dem Archiv der Gesellschaft correspondirender Aerzte zu Petersburg, aus Zeitschrift für die gesammte Medicin.* SCHMIDT's *Jahrbücher. B.* 27. *Heft* 2. *No.* 8. p. 179.

pericardio[23]), et in plurimis locis simul[24]). Sic post hepatitides acutas. Post chronicas, saepe glandulae hepatis suppuratae observantur, superficie et substantia visceris variegata, nunc ecchymomatibus notata, nunc concretionibus granosis referta[25]). In multis copiosum serum aut in cavitate peritonaei, aut in textu celluloso extremitatum, aut in universo corpore invenitur. Lien non raro volumine imminutum[26]).

2. *Vesicula fellea* modo a hepatis abscessu[27]), modo a propria suppuratione exeditur[28]), consumitur[29]), ne dicamus de ejus vulneribus*) et ruptura**). Cystis fellea.

Bilis

23) Ex *Philadelphia Monthly Journal of Medecine and Surgery*; in FRORIEP's *Notizen. B.* 19. 1827. p. 6. et HORN's *Archiv für med. Erfahrung.* 1827. *Nov. Decbr.* p. 1092.

24) In intestinum colon, ventriculum et pulmones (VIEUSSENS *Traité des maladies internes T.* 2); in ventriculum et pericardium (GRAVES *Dublin medic. Journal. Januar* 1839); — *Case of direct communication between the bronchial tubes and the colon through the pleura and Liver.* STOKES *Lectures XVIII.* p. 393. („*When patient sat up in bed, a fluid of a serous character was poured out in considerable quantity from the anus; but while he remained in the horizontal posture this did not occur.*")

25) „*J'ai vu le foie de quelques sujèts morts véritablement de la phthisie hépatique la mieux caractérisée par ses symptômes, être considérablement endurci et plein de concrétions granuleuses, d'un plus ou moins grand volume.*" PORTAL l. c. p. 292.

26) LIEUTAUD l. c. obs. 622.

27) *Salzburger med. chirurg. Zeitung. B.* 3. 1798. *St.* 54. p. 50; — VOIGTEL l. c. p. 34.

28) SALMUTH. Citatur in *mémoires de l'Académie de chirurgie.* PORTAL l. c. p. 600; — TACCONI l. c. („Ulcus in superiore vesiculae felleae parte"); — Acta mea Instituti Clinici C. Universitat. Wilnensis. Ann. I. p. 108. („Cystis fellea magno ulcere lacerata").

29) HALLER Opusc. patholog.; — STOLL Ratio medend. T. III. p. 397. („Vesiculae felleae et ductuum biliferorum *nulla vestigia* comparebant, videbaturque hoc bilis receptaculum cum ductibus suis elisum, erosumque ipsum ulcus formasse."); — RICHTER *Med. chir. Bemerkungen. B. I.* p. 54. „Collega meus RAGGI die 12. Maji 1792 in oratione academica tria hepatitidis chronicae exempla exposuit, in quorum primo, post mortem vesicula fellea defuit a lenta suppuratione, ut ipsi videtur, destructa." Ex schedis paternis; —

Bilis tunc conspicitur effusa aut in cavum abdominis[30]), aut in viscera cum cystide morbose juncta[31]). Effusionem hanc bilis probe ab illius *exsudatione*, cystide integra, contingente[32]), distinguendam esse per se patet[33]).

Duct. bil. venae. 3. Et *ductus biliarii* suppurari[34]) et laedi*) possunt. Nec a pure alienae sunt *venae porta*[35]) et *cava*[36]).

§. XXXVIII.

Blefus in *Würtemberg. Correspondenz-Blatt B.* 9. *No.* 47. et Schmidt's *Jahrbücher B.* 30. p. 304.

*) Paroisse *Opuscules de chirurgie* p. 254: — Waton *Journal de méd. militaire. T.* 7. p. 550; — Sabatier *médecine opératoire* 1796. *T.* 1. p. 43; — Stewart in *Philosoph. Transact. No.* 414. p. 341

**) Lesburk *Dissert. sur les ruptures et les perforations de la vésicule biliaire. Paris* 1824; — Skeet in *London medical Journal. T. VI.* p. 274; — Fryer *Med. chir. Transact. T IV.* p. 330.

30) Stoll l. c. p. 393. („abdomine recluso *bilis* flavae, mucosae libra *in cavum abdominis effusa* colligebatur... Vesicula fellea collapsa maculam obsolete rubentem exhibuit monetae cruciferae magnitudine; cujus medium foramine exiguo pertusum esse, paucula bilis, ea digitis compressa. profluens, itemque injecta aqua demonstravit. ..“); — Andral l. c. p. 324.

31) Memorabile exemplum legitur in *London medical and Surgical Journal. Vol.* 6. 1831. *No.* 31. p. 58: *„Enlargement of the Liver extending into the pelvis, hydatids, fistulous opening from the Gall-bladder into the bronchia“*; ope *„a fistulous channel, through the diaphragm, and through the lung into one of the larger bronchial tubes to the trachea wide enough to admit the point of the little finger.“*

32) Saask Observat. med. P. II. obs. 4. p. 38.

33) Ab utrisque toto coelo differt *exsudatio bilis mortis effectus*, quae observari solet in cadaveribus recentibus circa colon ascendens, duodenum et ventriculi partem; et de qua loquuntur Blumenbach (Institution. physiologiae p. 328) et Baillie (l. c. p. 147).

34) Stoll l. c. p. 397.

*) Campaignac *Journal hebdomad.* 1829. T. II. p. 210.

35) *„Il est bien rare que le foie soit malade sans altération de la veine porte; elle est plus ou moins dilatée et pleine d'un sang épais, noir...“* (Portal l. c. p. 294); — *„Wir haben eine Eröffnung des Leberabscesses in die Pfortader, und zugleich in das Duodenum beobachtet.“* (Rokitansky *Handbuch der pathologischen Anatomie.* 3. *B.* 3. *Lieferung. Wien* 1841. p. 329)

36) Blancard l. c. obs. LXXIII. („ingens erat jecoris abscessus: hinc et *cava ascendens pure repleta*“).

§. XXXVIII.

Caussae.

1. Ad transitum hepatitidis in suppurationem disponunt peculiaris corporis constitutio [1]), clima calidum, neglectus venaesectionis, abusus mercurii [2]), et sexus masculinus [3]). C. praedisponentes.

2. Abscessus hepatis facillime excitatur a phlogosi jecinoris traumatica et indolis inflammatoriae. Nec excludenda hepatitis periodica [4]). Peculiari autem attentione dignus est *abscessus hepatis ex laesionibus capitis* [5]), praesertim ex cerebri commotione, vulnere et suppuratione. Originem ejusmodi absces- C. excitanntes.

 suum

1) Verisimile mihi saltem est, homines, qui externam qualemcunque etsi levem laesionem sine pedissequa suppuratione sustinere nequeunt, etiam in inflammationibus viscerum hanc ipsam ad suppurationem proclivitatem habere.

2) „*Hepatic abscess results as a consequence of the effects of mercury on that gland, in calling its vascular and absorbent vessels into increased action; and, at a subsequent period, when it has become engorged with blood, the continued or free use of mercury stimulates its vessels still further; and, whilst they are both gorged and excited, thus produce suppuration.*“ Conwell l. c. p. 77.

3) Clark *fand unter hundert Leber-Abscessen nur drei bei Frauenzimmern.*“ Voigtel l. c. p. 24.

4) Portal op. c. *Article IX. De l'état du foie avant et après des fièvres intermittentes;* — Bang Act. R. Soc. Hafniensis Vol. II. p. 55.

5) Ambr. Paraeus Opp. chirurgica. Francf. 1594. Lib. X. Cap. XII. Lib. XVI. Cap. XLIX; — Pigraeus Chirurgia cum aliis medicinae partibus juncta. Paris 1609. Lib. IV. Cap. VIII. et IX; — Bonet Sepulchret. anatom. Libr. III. Sect. XVIII. obs. 12; — P. de Marchettis Observat. med. chirurg. Amstelod. 1625; — Pétit *Mémoires de l'Académie de chirurg. T.* 2. p. 59; — Morand ibid. p. 63; — Bertrandi ibid. T. 3. p. 484; — Andouille ibid. p. 506; — Molinelli Commentar. Bononiens. T. II. P. I; — Lieutaud l. c. Lib. I. obs. 597; — Morgagni op. c. Epist. LI. 22. 23; — Pouteau *Mélange de chirurgie.* p. 123. *Oeuvres posthumes T.* 2; — Ritsch Diss. de hepatis abscessibus a laesionibus capitis. Hal. 1766; — Hennen *Chirurgische Handbibliothek. B.* 3; — Textor *Neuer Chiron. B.* 1. *St.* 3. p. 409; — Ast Diss. de partium corporis humani consensu. Monach. 1837; — Ant. Minati Nonnulla de hepatis abscessu ex capitis vulneribus. Patav. 1837; — F.

suum (rariorum quam vulgo creditur [6]) et saepe simultaneae laesioni encephali et jecinoris adscribendorum [7])) repetere licet: 1° *ab hepatitide* excitata consensu quem cerebrum cum hepate [8]) potissimum [9]) nervorum ope [10]) alit; 2° *a continuitate textus cellulosi* quae migrationem puris a capite, sicuti ad alia vis-

C. Reinhard *Ueber Leberabscesse nach Kopfverletzungen. Sulzbach* 1838. Cfr. Compendia et opera elementaria chirurgica.

6) „*Von den vielen hundert Krankengeschichten von Kopfverletzungen, die ich in verschiedenen hierher gehörigen Schriften von* Hildanus, Schenk, Theden, Schlegel, Morgagni, Bonetus, Velschius, Mermannus, Stalpert van der Wiel, Marchettis, Paraeus, Pigraeus, Ballonius, Baglivius, Schmucker, Pott, Dessault, Hennen, Richter *etc. gelesen und gesucht habe, sind nur einige in denen mehr, als eine Andeutung dieser Erscheinung enthalten ist. Um so mehr ist es zu wundern wie* Rega *behaupten konnte* „*dass in der Praxis nichts häufiger vorkomme, als Leberabscesse nach Kopfverletzungen, und dass man bei* Pigraeus, Paraeus *und* Ballonius *genug Beispiele vorfinde*", *während eines so unrichtig ist, als das Andere*". Reinhand l. c. p. 3.

7) Richerand (*Grundriss der neuen Wundarzneikunst. Leipz.* 1822. *B.* 3.) et Gaultier de Claubry (*Journal général de méd. chir. et pharmac. Septembr.* 1814) limites sane excedunt, docendo, omnes hepatis abscessus vulneribus capitis socios, e simultanea partium ejusmodi laesione pendere; ast rem saepius sic se habere, jam dudum notatum fuit." Si quis ex alto praeceps in caput ruerit, inquit Noeldeke (Diss. cit. p. 23.). non caput ejus solum afficitur, sed ex concussione abdomen etiam et praecipue jecur ab illis visceribus pressum, quod hinc inflammatur et suppurat. Hoc de casu, ut moneantur medici, ipse talem casum refert Cheston."

8) Praeceptorum P. III. Vol. I. Sect. II. Cap. XIV. §. XLVI. 2.

9) Bertrandi (l. c.) abscessus hepatis ex laesionibus capitis derivat a *sanguine* versus partem laesam vehementer ruente, et simili pacto per venas jugulares ad auriculam dextram redeunte. Putat inde congestionem in vena cava ascendente oriri, qua sanguis in venas hepaticas majori vi impellitur. Pouteau (l. c.) in ene contrario versatur opinione, plethoram arteriarum hepaticarum accusandam esse.

10) Bonetus (l. c.) ait: „Hic consensus non fibrarum continuitate, *sed nervorum commeatu et commercio* peragitur.." Itn Valcarenghi (l. c. Sect. II. Cap. II. p. 66): „Praecipuum autem hujuscemodi ventriculi, hepatis et capitis commercium ob speciales nervorum ramos eorumque productiones explicatur." Cheston (*Pathological Inquiries and observations in Surgery*) hepatis abscessus vulnerum capitis comites, fracto imperio nervorum in hepar adscribit.

viscera[11]), ita ad hepar[12]) admittit; et 3º *a metastasi*, ea de caussa verisimili, quod apparente in hepate abscessu, ille encephali aliquando evanescit[13]), quodque suppuratio jecinoris a tinea capitis praepostere sanata observata est[14]).

§. XXXIX.

Diagnosis.

1. Ecce historia errorum respectu ad *diagnosin abscessus hepatis* commissorum. Sunto ipsi vobis documento, cordique habeatis socia monita. Faciles errores.

2. Quum conspicua in hepate suppuratio requiratur, ut abscessus hepatici symptomata allata[1]) in conspectum veniant; facile patet minora *apostemata* in viscere cujus parenchyma exquisito non pollet sensu[2]), sine medici culpa *praetervideri posse*[3]). Absc. hep praetervisus.

3. Id vero rarius accideret, si visitatione vespertina et nocturna aegrotorum, febriculae, abscessibus Febr. supurat. observ. distinctio.

11) „Habes igitur alios praeter VALSALVAM qui in capitis vulneribus *pus interdum intra thoracem* invenerint." MORGAGNI l. c.

12) Docentibus MARCHETTIS (l. c.) et BOHN De renuntiatione vulnerum.

13) MARCHETTIS, MOLINELLI aliique.

14) WENDROTH *Heilung eines nach unterdrücktem Kopfausschlage entstandenen Leberabscesses. Medic. Zeitung des Vereins für Heilk. in Preussen. Berlin* 1834. *No.* 34.

1) §. XXXVI.

2) „Confirmatur et hoc observationibus DE LA MOTTE (*Traité de chirurgie. T. I.* p. 318—329) imprimis in homine, cui abscessus hypochondrii dextri adeo nudaverat hepar, ut ad volae manus amplitudinem appareret, et postea pariter exulceraretur: licet autem hoc viscus de industria digitis vel instrumentis chirurgicis attingeret, aeger nihil omnino sentiebat" SWIETEN l c. §. 918. Et HEBERDEN (l. c. p. 127.) ait: „*There is great reason to believe that the Liver itself has little or no sense of feeling.*"

3) Narrantur talia exempla a F. J. VOLTELEN (*Verhandelingen uitgegeven door het zeeuwsch Genootschap der Wetenschappen te Vlissingen. Deel* 10. p. 549. *Samml. auserles. Abhandl. für prakt. Aerzte. B.* 10. p. 431.) et a J. YOUNG (*Edinburgh Medical and Surgical Journal.* 1829. p. 309).

bus quoque minoribus addictae, major haberetur ratio. Imprimis autem cavendum, ne, ubi ejusmodi generis febris, evidentibus insignitur stadiis frigoris, caloris, sudoris et apyrexiae, pro legitima declaretur intermittente [4]). Valent ad hunc errorem evitandum, praecepta alibi tradita [5]).

Confus. cum absc. muscul. abdominal. 4. Antiquissimum est exemplum *abscessus musculorum anteriorum abdominis*, pro abscessu hepatis habiti [6]): nec desiderantur recentiora [7]). Modus utrumque morbum distinguendi ex dictis [8]) elucet.

5. Per-

4) GIRDLESTONE (l. c. p. 20.) talem procul dubio commisit errorem, ubi de peculiari forma stadii suppurationis in hepatitide disserens, ait: „*questa forma è quella di una febre intermittente, irregolare nei suoi parosismi; qualche votta incommincia con brividi, quantunque sovente si manifesta solo con accesso di caldo; ma giammai senza che il polso siasi fatlo più picciolo e celere; la durata del caldo o stadio del sudore non mantiene parimenti alcuna proporzione alla lunghezza o brevità di quelto del freddo. Essa è chiamata Hill-Fever, febbre di montagna, per essere ella endemica ne' luoghi montagnosi della Carnatica; e sovente risguardata come incurabile.*"

5) Praeceptorum P. I. Vol. I. Sect. I. Cap. II. §. XXVIII. 2.

6) „Etenim Stefanio, inquit GALENUS, quum medicorum judicium subiisset, nescio quo pacto eorum non pauci abscessum in hepate consistere crediderunt, ac postquam longo temporis spatio nihil se in melius proficere sentiret, me quoque vocavit. Igitur simul atque domum, ubi jacebat, fuissem ingressus, aspiciens eum, hoc jam, inquam, scias velim, nullum tibi esse in viscere vitium; caetera nudato hypochondrio cognoscam. Huic erat ergo in profundis musculis abscessus, contracto jam pure in medio spatio eorum musculorum, qui per transversim incedunt, atque illorum, qui oblique ab infernis sursum tendunt, qui, ut novistis, medii sunt inter eos, qui transversi peritonaeo incumbunt, et eos, qui sub externa cute obliqui deorsum feruntur." De locis affect. Lib. V. Cap. VII. Edit. KÜHN. Vol. VIII. p. 356.)

7) Haec inter maxime memorabile illud a C. HAWKINS relatum (*Transactions published by the medical and chirurgical Society of London. Vol.* 18. *Lond.* 1833. p. 122.) aegroti videlicet, symptomata abscessus hepatis exhibentis, cujus autem cadaver sequentia obtulit: „*The whole thickness of the abdominal parietes had been destroyed, so that little besides the peritonaeum remained, which adhered in part to the corresponding surface of Liver.... To our great surprise there*

5. Perceptio pulsationis in hepatis abscessu, suspicionem *anevrysmatis* movere potest[9]). Quod pejus, legitur de anevrysmate spurio pro jecinoris abscessu habito et secto[10]). Conf. cum anevrysmate.

6. Altera ex parte abscessus hepatis pro *empyemate* habitus, thoracis sectioni locum dedit[11]). Illum tamen a morbo pulmonis distinguere jam scivit GALENUS[12]). Memorabilem porro casum *vomicae pulmonis,* absces- Conf. cum empyemate et morb. pulmon.

was no disease whatever of the Liver . . . There were no remains of the cavity, which formerly contained the matter."

8) Cap. VI. § XXXII. 3.

9) LARREY op. c. T. 2. p. 35.

10) HALLER Opuscula pathologica. Obs. XXXVI. hist. 2. („Alium et fere similem errorem vidi; sed quem pro abscessu hepatis chirurgi eximii curaverant. Successerat subito post maximum dolorem tumor, cedebatque tractatus manibus, et compressus evanescebat. Febris lenta accesserat, et icterica facies, unde illa de hepate vitioso suspicio nata est. Sedes tumoris erat sub scapula, haud procul a dorsi spina, ad decimam fere costam. Incisus est. Adparuit maxima vis sanguinis inter musculos costasque effusi; verum nempe anevrysma spurium. Ea nocte, quae incisionem secuta est, haemorrhagia et mors ipsa ingruit. Inquisitum in causam mali, et plurimus iterum cruor, grumosus in sacco morboso repertus, qui tamen caecus, et undique clausus, nihil cum alterutro ventre commercii habuit").

11) „In nosodochio Charitatis Parisino, narrat HALLER (l. c. hist. 1.), cadaver hominis, pro empyematico curati, post operationem ad eum finem institutam, a morte incidi die 5. Septembris 1727. Erat in hepate ulcus purulentum, non tamen profundum, et superficiei, atque diaphragmati vicinum. . . . Cum tamen res dedecore plena sit, in hepatis morbo pectus aperiisse, ut nullum pus sequatur, poterant cl. viri ad excreatam materiam respexisse, quam sanam et naturali muco similem fuisse necesse est (!), si quidem nullum in pectore vitium fuit, et ad respirationem quam facile intelligimus, magis a pulmonis quam a hepatis morbo laedi; etsi etiam hepatis vitium diaphragmatis necessarios motus turbare potest."

12) l. c. Cap. VIII. „Quum itaque ambo interdum affectus conveniunt, utriusque symptomata simul apparent, quorum in promptu memoriam habere oportet; sic enim non solum laudabunt nos, sed admirabuntur etiam ii qui opera nostra indiguerint, praesertim si symptomata quoque aliis morbis communia insuper prospexerimus, veluti quod dolor ad nothas costas perveniat, jugulum detrahi videatur, respiratio parva reddatur et frequens. Equidem quum primum Romam venissem, magnifice admiratus est me Glauco philoso-

abscessum hepatis simulantis retulit PORTAL [13]), qui praeterea medicos ad possibilem ejusmodi morborum com-

phus ob hujuscemodi quandam dignotionem. Etenim per viam mihi occurrens, opportune, inquit, advenisti; jungensque dextram dextrae, proximi sumus, inquit, laboranti, quem nuper vidi, teque oro ut una mecum ad ipsum venias; est autem Siculus medicus, quem non ita pridem mecum ambulantem vidisti. Ego vero, quid, inquam, molestat ipsum? Tum ille admodum ingenue aperte rem declaravit, etenim neque dissimulator neque vafer erat. Quoniam heri, inquit, Gorgias et Apelas mihi nunciaverunt dignotiones et praenotiones edidisse te, quae divinationis sunt potius quam medicinae, cupio equidem periculum facere, non tam tui quam artis medicae, num sit ei dignoscendi haec et praenoscendi facultas. Igitur quum haec diceret, venimus ad laborantis ostium, ut neque verbo ejus provocationi respondere, neque ea, quae saepenumero me dicere audivistis, effari possem, quod scilicet interdum nobis feliciter apparent aliqua certa signa, interdum vero omnia sunt ambigua atque idcirco et alteram et tertiam quoque considerationem expectamus. At in primo statim aditu obviam nobis venit quidam pelvim a cubiculo ad sterquilinium efferens, continentem tenuem cruoris saniem, carnium nuper mactatarum loturae similem, evidentissimum affecti jecoris indicium, itaque ac si nullo modo id intellexissem, cum Glaucone ad medicum ingressus sum, admovique manum carpo, quo intelligerem, utrum etiam inflammatio, an sola imbecillitas esset in viscere. Quum vero medicus esset, ut diximus, qui decumbebat, nuper, inquit, a dejectione decubui, itaque perpende pulsuum frequentiam ob surrectionem adauctam esse. Haec quidem dixit, ego autem deprehendi inflammationis indicium, prospiciensque deinde fenestrae impositum aliquid hyssopi cum aqua mulsa paratum in ollula, cogitavi medicum se pleuriticum esse putare, dolore nothas costas obsidente, qualis jecoris quoque inflammationibus aliquando accidere consuevit. Hunc itaque quum ipse sentiret, essetque respiratio parva et crebra, atque exigua tussi irritaretur, pleuriticum arbitrari se cogitavi, quamobrem hyssopum ex aqua mulsa praeparasse. Intelligens itaque ego, quod fortuna viam mihi praeberet, qua apud Glauconem clarum nomen adipisci possem, manum meam ad nothas in dextro laborantis latere costas detuli, indicatoque simul loco, dixi eum ibi dolere; quod quum ipse fateretur, Glauco ex solo pulsu existimans me sedis affectae dignotionem invenisse, plane admirari me coepit. Verum ut vehementius stuperet, haec quoque addidi: quemadmodum hoc in loco dolere te confessus es, ita velim fatearis etiam tussiendi cupiditate vexari te et ex longis intervallis tussim exiguam, aridam et qua nihil expuis, te molestare; atque ita me dicente, incepit forte fortuna hujusmodi quadam tussis specie, qualem dicebam, tussire; ut Glauco vehementer commotus, continere sese non valens, magna voce exclamando in laudes meas prorumperet. Tum ego, ne putes, inquam, sola haec ab arte circa aegrotos posse prae-

complicationem attentos reddidit.[14]). Imprimis cavendum, ne ob id quod aegrotus abscessu jecinoris laborans sputa purulenta rejicit, depletionem vomicae hepaticae in pulmones admittamus. Experientia enim edocti sumus pulmones tale sputum ex solo cum hepate purulento consensu largiri posse[15]). Nobis itaque

sagiri; sed alia quoque quae nunc dicam, quibus et laborans ipse testimonium feret. Hinc rursus incipiens ipsi dixi, quum magnam ducis respirationem, dolor ea parte, quam notavi, vehementius scilicet te cruciat, sentisque insidentem hypochondrio dextro gravitatem. His auditis ne infirmus quidem sese potuit continere, quo minus prae vehementi admiratione una cum Glaucone exclamaret. Itaque sentiens ego arridentem mihi tum fortunam, de clavicula quoque, quod ad inferiora trahi videretur, aliquid efferre volebam, at quia magnas inflammationes, quemadmodum et scirrhum, id comitari sciebam, dicere non audebam, veritus ne laudem, quam antea de me excitaveram, sauciarem. Animum tamen induxi cauto eloqui, atque aspiciens laborantem, haud ita multo post, inquam, jugulum ad infernas partes detrahi senties, nisi fortasse id jam tibi evenerit. Ac quum hoc quoque fateretur, videns aegrotantem mirifice attonitum, unam, inquam, addam adhuc praedictis divinationem, etenim dicam, quam de morbo suo laborans ipse habuerit suspicionem. Tum Glauco ne de hac quidem divinatione desperare se ajebat; laborans autem incredibili hac policitatione in stuporem adductus, acriter me intuens, quid essem dicturus, attenta mente expectabat. Igitur dicente me, quod infestantem morbum pleuritidem esse putasset, ille ingenti cum admiratione hujus quoque rei se testem exhibuit, ut et qui astabat et qui paulo ante latus ei oleo tanquam pleuritico foverat. Atque ex eo tempore Glauco tum de me tum de universa arte optimam concepit opinionem, quum antea nihil magni in arte esse putaret, quod nunquam cum consummatis in arte viris versatus esset."

13) *Mémoires de l'Académie R. de médecine. Année* 1777. (Pulmone dextro ex abscessu tumido, ac cavitate pleurae sero repleta, hepar depressum tumorem hypochondrii dextri excitaverat, obvenientibus simul cutis flavedine, dyspepsia aliisque, cum alioquin febris hectica adfuerit, abscessus hepatis signis.)

14) *Maladies du foie* cit. p. 301. 312.

15) In nosocomio civico Vindobonensi a. 1800 cadaver aperui viri abscessu jecinoris laborantis. Cum ipse sub curriculo morbi copiosa sputa puriformia ex flavo viridescentia rejecisset, expectavi, nisi factam inter hepar et pulmonem dextram communicationem, saltem amborum ejusmodi viscerum suppurationem. E contrario inveni pulmones omnino sanos, praeterquam quod bronchia, in dextro praesertim latere, materia puriformi repleta erant. Observationes similes le-

itaque condonandum est, si observationibus de abscessu hepatico per pulmones evacuato *et sanato* [16]) fidem denegemus*). De origine hepatica sputorum nequidem eorum color flavus et viridescens (ut plurimum sanguini pauca copia puri mixto tribuendus) testatur. Exposcitur minimum ut sputa habeant saporem amarum**). Certitudinem solum afferre posset analysis chemica.

Monita circa aperturam absces hepat. in intestina.

7. Ut *apertura abscessus hepatis in intestina* admitti queat, non sufficit aegrotum materiam purulentam per alvum evacuare: haec enim effectum sistere posset aut enteritidis accessoriae secretionem lymphae coagulabilis largientis, aut ejuscemodi lymphae in systemate hepatico inflammationis vi productae et per ductus biliarios in duodenum deportatae (verum pus hanc viam inire dubitamus); sed requiritur ut, perducto morbo ad acmen, aegrotus percipiat sensum ac si illi aliquid circa hepar ruptum esset, subsequentibus, sine gangraenae indiciis, magno levamine, indeque co-

pio-

guntur apud Plenciz (acta et observata medica. Prag. 1773) et Morand (Richter's *chirurg. Bibliothek. B.* 4. p. 153). Demonstrant Hallerum (l. c.) defectum experientiae medicae patefecisse, asserendo pulmonem sine abscessu, sputa dumtaxat mucosa largiri.

16) Fouquier *Inflammation du foie, terminée par la suppuration de ce viscère et l'expectoration du pus. Bulletin de la Faculté et de la Societé de médecine de Paris* 1817. p. 429; — Avisard *observation sur l'abscès clos ou la vomique du foie* etc. *Bulletin de la Société médicale d' Emulation de Paris. Août* 1824; — Jule Cavalier *observation sur un double abscès hépatique guéri. Revue médicale. Paris T.* 1. 1837. p. 59. (ad dorsum concedo, ad pulmonem minime.); — Stewart in *the quarterly Journal of Calcutta. No.* 11. 1837.

*) Curtis (*account of the diseases of India. Edinb.* 1807. p. 98.) inquit: „*We had seven or eight of these cases at the hospital, but all of them proved fatal.*"

**) *Case of a woman who spat, from her lungs, a great quantity of pure bile, by the late Professor* Simson *of St. Andrews in medical Commentaries Vol I.*; et, *curious case of expectoration of bile by* Dr. Jordon, *physician in Aberdeen*, ibid. *Vol. XVIII.*

piosae alvi dejectiones purulentae. Sic saltem res se habuit in nonnullis a nobis observatis aegrotis, ad quos etiam spectat casus a J. P. Frank allatus [17]).

8. Maximus autem et communissimus error ille est, *vesiculam felleam* contento liquido distentam, fundo suo ultra limbum costarum prominentem, pro abscessu hepatis habendi. Ipse celeberrimus Petit a tali errore haud procul erat respectu ad cholecystoncum [18]), et eximius Swietenius relate ad hydropem cystidis felleae [19]). Signa autem diagnostica praecipua quibus a tumente vesica

Confus. cum cholecyston.

17) l. c. p. 277. Aegra, famula professoris utriusque juris Bigoni, decumbebat anno 1792 in Instituto clinico ticinensi. Multos jam per menses hepatis immenso tumore laboraverat, cum febre continua lenta, emaciatione et faciei pallore. Evacuato per alvum abscessu in integrum restituta fuit. Eam sub fine anni 1793 sat bene nutritam vidi.

18) *Mémoires de l'Académie R. de chirurgie.* T. I. p. 255. *Sur les tumeurs formées par la bile retenue dans la vésicule du fiel, et qu'on a souvent prises pour des abscès au foye.* („*A peine eus-je coupé la peau, que je m' aperçus de l'affaissement et de la diminution de la tumeur, ce qui me rappella l'idée des tumeurs bilieuses dont je viens de parler. Je n'achevais point l'ouverture au contraire, j'en rapprochai les bords avec l'intention de les réunir. Les assistans étonnés me demandèrent pourquoi je n'avais pas ouvert jusqu'au foyer de l'abscès; je leur dis ce que j'avais apperçu, et que si je ne me trompais le prétendu abscès n'était que de la bile retenue dans la vésicule du fiel; que la tumeur avait disparu pendant que j'opérais, que parceque la bile avait commencé de couler, qu'elle se vidait actuellement, et que le malade la rendrait bientôt par les voies ordinaires. En effet, sitôt qu'il fut pansé, il lui prit un envie d'aller à la selle, et il evacua quantité de bile verte. Il fut guéri en quatre ou cinq jours, tant de la petite playe que je lui avais faite, que de son prétendu abscès*").

19) l. c. §. 935. („anno 1732 cadaver aperui mulieris pauperculae, quae diuturno ictero conflicta, ultimis duobus vitae mensibus nullos fere cibos ferre potuerat, sicque lento marasmo confecta perierat. Ante aperturam lustrans cadaver inveni summam macilentiam, cutim ubique flavissimam et in ilio dextro tumorem mollem, qui ab ultimo limbo costarum ad cristam ossis ilii usque pertingebat; et cum dolorem pertinacem ante mortem diu in toto hypochondrio et ilio dextro habuisset, fateor, me suspicatum fuisse, forte vomicam ingentem hepatis hic latere posse. . . . Verum tumor ille in ilio dextro apparens erat fundus vesiculae felleae, distentus contento liquido, ad os ilium dextrum usque

vesica fellea distinguitur abscessus, sunt: quod suppurationem comitentur dolor pulsatorius, horrores vagi et frequentiores et diuturniores; quod tumor ab abscessu factus non adeo limitatam figuram habeat, neque statim in tali tumore fluctuatio appareat, et primo percipiatur in centro tumoris, omni reliquo ambitu adhuc duro [20]). Facile patet tunc tantum illam difficultatem distinguendi tales tumores adesse, ubi occupant illam regionem, ubi vesicula fellea ponitur. Alii abscessus hepatis utplurimum sub mucronata cartilagine dextrorsum, prope initium rectorum abdominalium musculorum adnascuntur, ubi minor nempe prodeunti jecoris tumori resistentia emergit [21]).

Confusio cum tumor. canal. bilifer.

9. Et *ductus hepaticus atque choledochus* a bile distenti pro hepatis abscessu imposuere, ac cultro aperti mortem properarunt [22]).

Confusio cum hydatid.

10. Posset tandem abscessus hepatis confundi cum *hydatidibus* et *hydrope saccato* [23]) nec non cum *oede-*

pertingens. Continebat vesicula fellea plus quam libram liquidi limpidi, inodori, saporis leviter subsalsi, parum subviridescentis, simulque calculos plurimos diversae magnitudinis")

20) Petit l. c. („*La tumeur de l'abscès diffère de l'autre 1° en ce qu'elle n'est pas circonscripte . . . 2° La tumeur formée par la vésicule du fiel est toujours placée au dessous des fausses-côtes, sous le muscle droit; mais la tumeur de l'abscès au foie n'affecte aucune situation particulière . . . 3° La fluctuation en conséquence de la bile retenue dans la vésicule du fiel, s'apperçoit presque subitement; au lieu que celle de l'abscès est très-longtemps avant de paraître.*")

21) Valcarenghi l. c. p. 65.

22) C. H. Todd. *The Dublin hospital reports and communications in Medec. and Surgery.* T. 1. 1818. p. 325. *Samml ausserl. Abhandl. für prakt Aerzte.* B. 27. p. 179.

23) Casus describuntur a Gratbric (*Histoires de l'Académie R. des sciences. année* 1767. *Samml. auserles. Abhand.* B. 1. *St.* 2. p. 58.) et a Bertrandi (*mémoires de l'Académie de chirurgie* T. 3. p. 499) quem ultimum Portal (op. c. p. 233) refert: „*On reconnut*, inquit, *dans un magistrat qui avait éprouvé la jaunisse, une tumeur qui s'étendait du car-*

oedemate hepatis[24]). Nisi febris suppuratoria et habitus tabificus pro *abscessu*, aut illius febris absentia et adspectus leucophlegmaticus pro *hydrope* loquantur diagnosin vix possibilem credimus. Accedit quod ambo morborum genera facile invicem complicantur[25]), quemadmodum abscessus hepatis cum *graviditate*[26]). Legitur quoque de *gastritide chronica* hepatis abscessum simulante *).

11. Quemadmodum pulmonis vomica non nisi *speciem* phthiseos pulmonalis sistit; sic et illa hepatis. Praeter *phthisin* enim *hepaticam ex vomica* habemus *phthisin hepaticam scrophulosam, arthriticam, scorbuticam, carcinomaticam*. Quum Morton[27]) dumtaxat Phthisis hepatica.

tilage xiphoïde jusqu'à la troisième fausse-côte droite, avec de la fluctuation, et l'on jugea que le malade était atteint d'un abscès au foie qu'il fallait ouvrir: mais n'ayant pas voulu se soumettre à l'opération, il mourut quatre mois après, réduit au marasme par la fièvre lente. On trouva, à l'ouverture du corps, un kyste qui s'étendait depuis le cartilage xiphoïde jusqu'à la partie droite inférieure de l'estomac; de l'autre côté il était adhérent au bord du foie, qui était d'ailleurs en bon état."

24) Alix l. c. in capite praecedente.

25) Annesley l. c. Cfr. §. XXXVII.

26) Lieutaud ex Miscell. acad. natur. Curios. Lib. 1. ob. 751; — Heurnius ibid. obs. 752; — Portal op. c. p. 224.

*) *Dublin Journal, July* 1841 et Froriep's *neue Notizen aus dem Gebiete der Natur- und Heilk. B. XIX. No.* 18. *September* 1841. p. 286.

27) Opp. Medica. Lugduni 1737. Phthisiologia, seu tractatus de phthisi variis historiis illustrata. Cap. XIII. p. 131. De phthisi icterica, sive hepatica. („Signa hujus phthiseos diagnostica a tribus fontibus repetenda sunt: ab *urina* scilicet, *cute* et *hypochondrio* . . . *Urina* quidem est quantitate admodum pauca, contentis plerumque saturata, et coloris intense rubri, et flavescentis, instar cerevisiae Brunswicensis . . . Color *cutis* etiam subflavus est. Fateor quidem omnium tabidorum cutim, in quantum marcor praevaluit, a partium contractione crassescentem, nitore solito privari, verum in phthisi hepatica praeter pallorem et squallorem illum vultus, flavedo varia et incerta, uno die plus quam altero manifesta est; praecipue vero circa collum, dorsum atque alias partes cute crassiore tectas, licet non tam intensa sit, quam in ictero accidentali esse soleat . . .

taxat de phthisi hepatica in genere tractaverit, specierum enucleatio doctrinae campum, a solo PORTAL[28]) excultum, offert. Ad eum ulterius elaborandum, nosocomia, quatenus ibi aegroti suscipiuntur, quorum vitae curriculum morbosum ignorari solet, plenam non exhibent opportunitatem: requiritur praxis per plura decennia, una eademque in urbe, numero incolarum conspicuâ inter omnes civium ordines exercita. Docebit illa eadem circiter phaenomena in hepate ac in pulmonibus locum obtinere[29]), parentes videlicet morbis jecinoris laborantes saepe proles ad eos morbos dispositos generare; dispositionem ejusmodi se jam in infantia per infarctum vasorum lymphaticorum in hepate manifestare; talem infarctum sine conspicuis incommodis saepe latere, donec culpâ, aut vitae sedentariae, aut abusus liquorum fermentatorum, aut retentionis haemorrhoidum, menstruorum, lochiorum[30]), aut adventus aliorum morborum[31]), congestiones sanguinis in abdomine accedant; tunc vero supervenientibus sive violentia externa hypochondrii dextri, sive affec-

Oppressio, gravitas, semper in *hypochondriis* duris sentitur, cum melancholia conjuncta, ab obstructione et mole hepatis inde aucta proveniens; quod saepissime adeo indurescit, et quantitate augetur, ut inde non tantum dextrum hypochondrium multum distendi, et elevari, verum etiam tumorem in illo quasi renitentem externo etiam tactu sentiri contingat.")

28) Op. c. p. 285. *de la phthisie hépatique en général* et l. citandis.

29) „*On peut dire que le foie est après les poumons le plus sujèt à la phthisie.*" PORTAL l. c. p. 287.

30) „*On sait que la phthisie hépatique a souvent lieu après les couches.*" Idem ibidem.

31) „*Quand aux causes plus particulières de la phthisie hépatique, il faut y comprendre les maladies diverses de la rate, de l'estomac, du canal intestinal, du pancréas, du mesentère; enfin celles de tous les viscères abdominaux auxquelles il faut même réunir les maladies du coeur et des poumons qui ont tant d'influence sur le foie.*" Idem p. 288.

affectione catarrhali[32]), sive febre intermittente, sive repulsione impetiginis[33]), sive animi perturbatione, *hepatitides* plus minus evidentes contingere; iis vigentibus nisi vomica fiat, saltem unam alteramve glandulam lymphaticam in diuturnam suppurationem transire; abscessulos inde natos juxta peculiarem aegrotorum constitutionem nunc indolem scrophulosam[34]) retinere, nunc arthriticam[35]), scorbuticam[36]), syphiliticam[37]), carcinomaticam[38]) induere; ocyus serius hepatis parenchyma multiplicem in modum transformare, erodere, atque evoluta febre hectica, cum siti (quae in aliis hujus generis febribus rara est), saepe cum fluxu hepatico[39]), nec non hydrope ascite, vitae finem imponere. Ex quibus colligitur, phthisin hepaticam in prima origine ex diversis componi malis[40]), sedulo

32) PORTAL op. c. *Seconde partie. Article* 1. *De l'état du foie dans quelques affections catarrhales, et de la phthisie hépatique qui en est la suite.*

33) PORTAL op. c. *Article* 2. *De l'état du foie dans les maladies éruptives et de la phthisie hépatique qui en est la suite* et p. 334. („*On a vu par une des observations rapportées, l'extrême danger d'employer les préparations de plomb pour traiter la gale, et la maladie du foie qui en est resulté.*")

34) PORTAL op. cit. *Article* 3. *De l'état du foie par vice scrophuleux et de la phthisie hépatique scrophuleuse.*

35) PORTAL op. c. *Article* 6. *De l'état du foie dans les affections arthritiques, rheumatismales et de la phthisie hépatique qui leur succède souvent*; speciatim p. 393. 395. 401. 406. 432.

36) PORTAL op. c. *Article* 5. *De l'état du foie dans les maladies scorbutiques, particulièrement de la phthisie hépatique qui en est la suite.*

37) PORTAL op. c. *Article* 4. *De l'état du foie dans les maladies vénériennes et de la phthisie hépatique de la même cause.*

38) Ulcus hepatis indolem carcinomaticam induere posse, jam BIANCHI (Op. c. p. 371.) animadverterat.

39) LUZ Diss. de hepatirrhoea. Goetting. 1796.

40) BRENDEL Op. T. III. Diss. de phthiseos hepaticae discrimine.

sedulo invicem distinguendis, si autem in limine sisti nequeat, postea in *unum* convenire morbum, *phthisin scilicet conclamatam.*

§. XL.

Prognosis.

P. Vomicae. 1. Magna intercedit differentia prout *vomica hepatica* aut ex violentia externa in homine antea sano, aut ex caussis internis in valetudinariis oritur. Primo enim in casu, multum a natura „quae sibi invenit vias" [1]), et a chirurgia illius nutum sequente, expectare licet. In altero, sanationis exempla „in censum rariorum naturae operum reponimus" [2]). Generatim absces-

1) Hoc Hippocratis adagium, maxime confirmat casus singularis abscessus hepatici, quem J. P. Frank Anno 1783 in Actis Academiae electoralis Moguntinae tradidit, qui in ejus delectu opusculorum medicorum Ticini edito Vol. IV. p. 183, et in opusculis medici argumenti antehac seorsim editis nunc collectis Lipsiae 1790. p. 157 recusus est. Agitur de obstructis per calculos ductu choledocho et cystide fellea inde bile praeternaturali modo extensa, hepatis marginem inferiorem multa sua parte excedente; — de illius cum utero et ovario dextro tempore graviditatis facta adhaesione, ruptura et effusione bilis in textum cellulosum; — de scissura sub partus nixu in parte laterali uteri contingente; — de effluxu materiae purulentae e vagina; — de tumore magnitudinis capitis infantilis, a linea alba, paullo supra ossis pubis confinio, versus dexteri lateris costas ascendente; — de illius incisione; — de secuta primo lymphae spissae ad sex vel octo uncias, tandem muci purulenti ac gelatinosi, spissioris largiori excretione; — deque febre lenta, ictero, cruciatibus abdominis et lipothymia, fugatis, a diarrhoea biliosa et sanguinolenta, nec non ab effluxu ex vulnere seri intense amari ex virido-flavescentis ad quatuor libras spatio horarum quadraginta, subsequente tandem calculo biliari. Recruduere pluribus vicibus dicta symptomata, semper eodem modo fugata. Aegra, juvenis, convaluit et partum adhuc felicissimum enixa est.

2) „De caetero pus in hepatis suppuratione confectum per urinam excerni, ut legitur apud Salmuthium; nunc per vomitum ejici, at apud eundem et Fernelium; nunc per sputum et tussin, ut apud Schneiderum, Fr. Hoffmannum et Erastum; aut tandem per metastasin fuisse translatum in suras, aut decubuisse in articulos, ut placuit Schenkio, Bauhino, Jacotio aliisque, in censum rariorum naturae operum reponimus." Bianchi l. c. T. 1. p. 365.

abscessus hepatis qui foras abscedunt, circumscripti sunt et veluti in mucronem fastigati; qui intus magni, lati minimeque in mucronem contracti [3]). Signa quae aliquam de bono abscessus eventu possent nobis spem facere, sunt „si febris eodem die post abscessus eruptionem dimitteret, ac cibum aeger citius appeteret, et siti liberatus esset, et venter consistentia dejiceret. Signa vero deterrima si febris non desierit, aut cum videatur deserere, denuo recalescens innotescat; si aegroti neque sitiant, neque cibum appetant" [4]). „Qui hepatis abscessu laborantes colorem habent ictericum, febrem continuam, inappetentiam, et nauseam, lethaliter decumbunt" [5]). Praeterea prognosis etiam *ex puris conditione* desumi debet, effati Hippocratis memores: „Pus autem optimum est, si candidum, aequale, leveque et quam minime foetidum est: maxime vero contrarium huic deterrimum est" [6]); quod caeterum effatum suas agnoscit exceptiones [7]). Ruptionem abscessus hepatis internam, comitantur lipothymia et syncope, praecipue si pus in abdominis cavum effundatur, quae effusio semper lethalis est [8]). Non ita si abs-

3) „Earum (suppurationum), quae in exteriorem partem erumpunt, optimae sunt parvae admodum, eminenter atque in acutum fastigiatae; pessimae vero sunt, quae magnae lataeque, minimaeque in mucronem contractae." Hippocrates in l. Prognostic.

4) Bianchi l. c. p. 361. 5) Sennertus l. c.

6) In Prognosticis. — Et Celsus (Lib. II. cap. VIII): „si in jecinore vomica est, et ex ea fertur pus purum et album, salus ei facilis."

7) Bertrand (l. c. p. 501.) non multum colori in morbi exitu praesagiendo dandum esse censet. Saepius enim bono quamvis praesente pure aegrum tamen ex nimia vomicae amplitudine nimioque puris effluxu perire, evadere contra nonnunquam, quamvis puri admixta fuerit bilis; nec ideo utramque conditionem esse lethalem. Cfr. Noeldecke Diss. s. p. 32.

8) „Abscessum praedictorum lethales sunt illi, qui pus effundunt intro." Hippocrates l. c. — „*I never knew any per-*

abscessus jecinoris isque unitus[9]) in intestina depleatur[10]); idque cum conspicuo levamine: aliàs enim breve gaudium, imprimis si subsequantur fluxus hepaticus[11]), et hydrops[12]). Optima foret renum via[13]), si genuinus abscessus illam unquam ineat. Arriderent quoque metastases ad suras[14]), crura[15]) et cutem[16]); item puris per vomitum evacuatio[17]).

P. phthis. hepatic. 2. Spes quae aliquando in hepatis vomica affulget, neutiquam ad caeteras hujus visceris phthises extenditur.

son recovered after the abscess had burst." J. CLARK l. c p. 346.

9) Huc referri videtur illud HIPPOCRATIS in Prognosticis: „quaecunque vero intro rumpuntur, optimae sunt, si cum exteriori sede nihil communicant, sed adductae sunt, nec doleat et omnis exterior locus unicolor appareat."

10) Praeter casus felices in praecedente paragrapho allatos, alii describuntur a J. JAMIESON. *Medical Essays and observations by a Society of Edinburgh.* T. 4. p. 25; — et a MACBRIDE *Medical introduction to the theory and practice of physic.* p. 448.

11) „Curatum per intestina pus mordet, et concerpit ea, difficultatemque comittit intestinorum" (GALENUS Comment. ad Coac). Addit DURETUS „fractis jam viribus immisericorditer aegrum exercet." Et AVICENNA (Canon. III. Fen. XIV. Tract. III. cap. II.): „Scias quod, cum apostemati hepatis associatur ventris solutio, est mortale."

12) „At vero hydropes illi permolesti sunt, atque mortiferi, qui veniunt a morbis acutis: plurimi autem nascuntur a lumbis et ilibus: *alii vero a hepate.*" HIPPOCRATES in Coac.

13) „Si vero per interiora repat abscessus, inquit ARETAEUS (l. c.) longe plus medico, natura praestat: aut enim ad intestina, aut ad vesicam pus convertet: verum multo innocentior est ad vesicam via." Et post ea subjungit, ubi de excretione materiae purulentae in hepate collectae per alvum egit; „Optimum vero est per urinas crisin fieri: securior enim et minus noxia est haec puris via." — „*The observations of* Dr. MOUAT (*Madras, quarterly Journal* No. V. p. 18.) *would shew that, in hepatic abscess, purulent metastasis, particularly to the urinary organs, is of much more frequent occurrence than had previously been suspected.*" THOMSON l. c. p. 37.

14) SCHENK Lib. III. Sect. II. obs. 26.

15) LIEUTAUD l. c. obs. 733; — HEISTER observat. med. miscellan. obs. 3; — LENTIN memorabilia p. 107.

16) GARN *vermischte wichtige Krankenfälle nebst Kurart und Erfolg. Wittenb.* 1789. No. 12.

17) Ephem. Acad. Natur. Curios. Dec. I. Ann. VIII. obs. 74; — *Le Comte. Journal de médecine.* T. 91. p. 91.; SIB-

ditur. „Duplex itaque est hepatis ulcus“ [18]), alterum quod suppuratae inflammationi succedit, velociter cum ingentibus turbis crescit, conspicuam mox visceris partem occupat, magnum periculum, non tamen sine felicis exitus et futurae cicatricis spe [19]), portendit; alterum quod effectum sistit scrophulae, arthritidis, scorbuti, syphilidis, carcinomatis, lente et clandestine ingruit increscitque, atque, nisi mature succurrere liceat, parenchyma hepatis sensim sine sensu immedicabili modo exedit, quin tamen semper bilis secretio supprimatur [20]) aut mors mature sequatur [21]). Utriusque generis ulcera complicari posse, si inflammatio acuta in hepar labe chronica detentum incidat, facile intelligitur. Morbus ad extremum perductus, in eo convenit, quod ulcus perpetuo colluvie multa sordescit, quod jecoris substantia non magis quam illa pulmonis reparari potest, quod corpus non alitur, sed vere tabescit, quod putrida, saniosa et interdum cruenta est alvi dejectio, ac saepe quasi ex cadavere facta colliquatio quod urina sanie perfusa, et, siquidem vires tam diu

BERN *Versuch einer chir. Gesellschaft in Kopenhagen* 1774. Cfr. GRAEUWEN op. citando in cap. IX.

18) BIANCHI op. c. T. I. p. 361.

19) „*Ich fand die Leber in einer alten Frau, in der Gegend der Nabelgrube, eine Vertiefung und wahre Narbe bilden ... zum offenbaren Beweise, dass auch Abscesse der Leber sich vollkommen ausheilen.*“ (SOEMMERRING *Anmerkungen zu* BAILLIE's *Anatomie des krankhaften Baues*. p. 139). Etiam MORGAGNI (Epist. XXXVIII. 42.) *de hepatis cicatrice* loquitur, fugatae hydatidis, non abscessus sequela. Praeterea monet „cavendum esse, ne *fissurae* quaedam nos decipiant, quae saepe a primordiis exstant“. Cfr. B. TERSIER in *Nieuwe natur-en Geneesk. Bibl. Deel* 1. *St.* 3.

20) MALCOLMSON l. c. („*I have several times seen a free, and even copious and healthy secretion of bile, when great part of the viscus was destroyed by suppuration*“).

21) Vitam, non obstante magna in hepate destructione, diu durare posse, confirmat quoque STÖLER. HUFELAND's *Jour-*

persistant, hydrops omnium gravissimus exoritur, scenamque claudit[22]).

§. XLI.

Cura.

C. vomicae externae.

1. Hepatis *vomica* extus in conspectum veniente, dum vires valent, opera danda ut quam citissime perficiatur, atque pus promptius e corpore extrudatur[1]). Nisi abscessus interea sponte rumpatur, quaestio dijudicanda est, *utrum aperiendus sit, et quo modo?* Mos antiquorum[2]) (plurimorum saltem[3])) eum *per ustionem* aperiendi, obsoletus est. Recentiores brevi manu per scalpelli aciem aperiunt, quod factum est cum eventu nunc prospero[4]), nunc adverso[5]). Quo ultimo in casu sub-

nal der pr. Heilk. B. 1. p. 325. Cfr. quoque Horn's *Archiv für med. Erfahrung.* 1832. Heft 5.

22) Fernelius Pathologia Lib. VI. cap. IV.

1) „*Bei frühzeitiger Oeffnung durch die Kunst ist Heilung möglich, und sogar nicht ganz selten. Ueberlässt man aber diese der Natur, so zerfrisst der immer schärfer werdende Eiter oft vorher die ganze Substanz dev Leber, greift die benachbarten Theile an, macht selbst Beinfrass der Rippen und Wirbelbeine und der Kranke stirbt an der Leberschwindsucht*" (Richter l. c. p. 530). Ex neglecta diutius tumoris incisione pus in abdominis cavitatem delatum, aegrumque obiisse, refert Eller (Observat. de cognosc. et curand. morb. p. 229).

2) Hippocrates De intern. affect. cap. XXX. Charter T. VII. p. 661; — Celsus Lib. VI. cap. VIII; — Aretaeus Lib. I. cap. XIII; — Paulus Aegineta Lib. VI. cap. XLVII. Cfr. Severinus de efficaci medicina p. 224: — et Blanchet Ergo jecinoris apostemati ustio. Paris 1648.

3) „Erasistratus, ait Caelius Aurelianus, autem in jecorosis praecedens superpositas jecori cutes atque membranam, audacter partem patientem nudavit."

4) Tacconi op. c. — Bianchi op. c. T. I. p. 368. Epistola chirurgi Berta die 9. Maii 1720; — Duncan et Clark *medical commentaries. Vol.* 3 et 14; — Schmucker nova acta acad. natur. Curios. T. IV; — Cheston l. c. p. 32; — Michaelis, Richter *chirurg. Bibliothek.* B. 6. p. 113. 119. 126; — Saviard *Recueil d'observations* vid. Richter l. c. B. 7. p. 669; — Larrey l. c.; — *New monthly magazine. Octobr.* No. 446; — Sherwin *Edinburgh medical*

subsequebantur aut puris in cavum peritonaei depletio aut lethalis peritonitis [6]), aut hernia abdominalis [7]). Si perpendamus itaque 1° ab incisione vomicae hepaticae, tunc solum salutem expectandam esse, ubi hoc viscus, quo loco abscessus situs est peritonaeo ope pseudomembranae alligatum est; aliàs autem chirurgum vitae filum ante Parcas rescindere; 2° nullum plane dari signum quod nos de ejusmodi adhaesione certos reddere posset; 3° abscessum hepatis, praecipue ubi in hominibus alioquin valetudinariis locum obtinet, plerumque cum aliis ejusdem visceris, vel partium contiguarum, morbis junctum esse; 4° morborum hujuscemodi haud pauci exasperari debere ab accessu aëris in cavitatem abdominis; 5° diagnosin vomicae jecinoris saepe dubiam esse [8]); et 6° scalpellum etsi caute

and surgical Journal. April 1823; — Vanderborgh *The London medical and physical Journal. Januar* 1825; — Krüger. Hufeland's *Journal. B.* 70. *St.* 5. *Mai* p. 22; — Aschendorf, Graefe *und* Walther *Journal für Chirurgie und Augenheilkunde. B.* 5. *St.* 1; — Müzenthaler. Hufeland's *Journal. B.* 71. *Mai* 1834. p. 42; — Bluff. *Medizin. Annalen von* Puchelt, Chelius *und* Naegele. *B.* 1. *Heft* 3. No. VIII. p. 472; — Bieger. Casper's *Wochenschrift* 1840. No. 4; *Bulletino delle Scienze mediche di Bologna. Febr. Marzo.* 1840. p. 144; — Placido Portal. *Annali universali di medicina* T. 97. 1841.

5) Frobisius de hepatis abscessu inciso, tamen funesto. Append. ad Heisteri Diss. de Kelotomiae abusu tollendo. Helmst. 1723; — Wesener. Hufeland's *Journal, B.* 68. *St.* 2. p. 42; — R. J. Graves l. c. Huc porro revocare non haesito, casus incisionis abscessus hepatis, qui utpote morte terminati, publici non sunt facti juris.

6) Graves et Stokes. *The Dublin hospital reports and communications.* Vol. 5.

7) Quum anno 1813 Vindobonae fuerim, contigit ut illius urbis civis, qui post hepatitidem jecinoris vomicam, cultro apertam et sanatam perpessus erat, sub nixu quodam in herniam abdominalem, loco prius sauciato respondentem, inciderit. Simile exemplum, post abscessum hepatis sponte ruptum, legitur in Hufeland's *Journal. B.* 88. *St.* 4. 1839. *April.*

8) Le Thibuillier an dubia in hepatis abscessu diagnosi prae-

caute inflictum, vasa sanguinea [9]), alia viscera, imprimis ventriculum [10]) laedere posse, si haec, inquam, perpendamus, consilium, abscessus hepatici incidendi*), nemini dabimus**). Tutissimum curandi modum eum esse putamus, praemissis cataplasmatibus, fastigio tumoris *lapidem causticum* admovere donec sat profunda oria-

termittenda incidendi loci perforatio? Affirmat. Paris 1734. HALLER Collect. Thes. chirurg.

9) „Si extra feratur abscessus, non secare utique malum est: si enim ita sinatur, a pure jecur eroditur, nullaque mortis dilatio est. Si secare malis, profluvii sanguinis periculum instat, statimque hominem perdi contigit, nam sanguinis e jecore profusio, nullo modo coerceri potest.“ Haec ARETAEI verba quodammodo confirmantur a casu a HENSCHEL allato (*Breslauer Sammlungen aus dem Gebiete der Heilkunde. Breslau* 1829. No. 8. p. 117); et maxime ab illo memorato ab ARCHIBALD COLQUHOUN (*Gazette médicale de Paris* 1838. No. 47.)

10) „*In einem Falle, den* PRINGLE (*Beobachtungen über die Krankheiten der Armeen. Altenb.* 1772. p. 172.) *beschreibt, hatte ein grosser Abscess in dem hohlen Theile der Leber den Magen dergestalt auswärts getrieben, dass, wäre die Incision vor dem Tode gemacht worden, diese den Magen hätte treffen müssen.*“ VOGEL l. c. §, 25. p. 365.

*) Imprimis barbara methodo a Dr. HORNER (*American Journal of medical Sciences.* T. XIV. p. 87.) indicata.

**) „*Mr.* CURTIS *mentions (account of the Diseases of India. Edinb.* 1807. p. 100.), *that, in the year* 1782, *out of ten patients in whom such abscesses were opened in Madras Hospital, only two were saved; and that, in the summer months of* 1783, *a still greater number underwent this operation, and only three or four were recovered by it.* Dr. O'BRIEN, *from the results, of some cases which fell under his observation, is disposed to conclude that where the abscess is not confined merely to the investing membranes, but involves the substance of the liver to any extent, it is probable an operation will never succeed; and he thinks it is doubtful whether it do's not hasten the patient's death, as the sanious unhealthy discharge is likely to become more acrid by the admission of air to the cavity of the abscess (Transact. assoc. Phys. in Ireland.* T. I. p. 54). *Mr.* MARSHALL *thinks it is only when the abscess is small that a recovery can, with any degree of confidence, be expected from affording a passage to its contents externally (*p. 150); *and Sir* GEORGE BALLINGAL *States, that although he had, in several instances, opened abscesses of the liver), no one of his patients had eventually been restored to permanent health (Practical observations on fever.* p. 102. 109.“) THOMSON op. c. p. 297.

oriatur eschara, ejus secessum expectare ac dein ulcus instar fonticuli apertum tenere. Abscessui sic ultra mediam viam obviam eundo, ejus exteriora versus evacuationem facilius consequimur, dum hepar peritonaeo adhaeret, et in casu contrario aegroti vitam nec per horulae momentum breviorem reddimus. Nihil a lenta ista medendi ratione timemus, nam, si abscessus hepatis cum peritonaeo cohaeret, ex illius in pseudomembranarum contextum ruptura, vix detrimentum accidere potest; sin non, malum quod incisione illico provocatum fuisset, saltem serius et verisimiliter lentius contingit. Nec a via media alieni sumus, quam SWIETENIUS quodammodo indicavit [11]), et GRAEVES sequitur [12]). — Abscessus hepatis citius et minori cum difficultate sanari, quam caeterarum partium contenditur [13]): sic in hominibus alioquin sanis; aliàs autem res in longum trahitur [14]). Sanato abscessu hepatis *uno*, alter in conspectum venire potest, sub similibus circumstantiis eodem modo curandus, quod re-

11) L. c. §. 943. („Praestat prius scalpello dividere integumenta abdominis, ut abscessus pars prominens in conspectum veniat, et tuto denique absque nulla laesione partium vicinarum pertundi possit.)

12) L. c. Vol. 4. et FRORIEP *Notizen aus dem Gebiete der Natur- u. Heilk. B.* 17. 1827. p. 190. (Periculi sectionis aut puncturae memor, cl. GRAVES, dum abscessus hepatis profunde situs est, et illius cum peritonaeo concretio dubia, incisione solvit ventris cutem et musculos tumori superstructos fere usque ad peritonaeum; vulnus hoc modo factum post hoc linteo carpto implet remque naturae committit.) — MURRAY (*Madras Quarterly med. Journal* No. IV. p. 485.) circiter eandem sequitur methodum.

13) BELL *System of Surgery.* Vol. 5.

14) „*La consolidation de l'abscès n'est pas très-prompte, et il n'est pas à désirer qu'elle le soit, jusqu'à ce qu'une granulation d'un bon caractère en ait rempli la cavité. Pendant que cet effet s'opère, ce qui demande un long espace de temps, la santé revient peu a peu.*“ SAUNDERS op. c. p. 197.

respectu ad incisionem nunc cum successu [15]), nunc lethali eventu [16]) contigit.

C. vomicae internae.

2. De vomica hepatis in *pleurae dextrae cavum rupta*, *paracenteseos thoracis* ope sanata narratur [17]). Proposita etiam est *paracentesis abdominis* ad pus ex *jecinoris vomica in cavum peritonaei effusum*, eliminandum [18]), quae operatio in hydrope acuto purulento illius cavitatis cum hepatis probabili affectu profuit [19]). Si hepatis vomica *in intestina* irruerit, plenaque ejusdem per sedes ejectio contingerit, attemperantia ad irritationem compescendam aegrique vires sustinendas, adhibenda. Quodsi imperfectius evacuatio succedat, lotoriis ista *clysteribus* cum furfurum et hordei decoctionibus, melle rosaceo et similibus allicienda erit et perficienda [20]). *Vomitus* si forte accideret *purulentae materiae*, pinguibus oleosis, aqueisque tepidulis promovendus, aut attemperandus. Antequam autem vomica rupta sit, summa corporis quies aegroto imperanda [21]).

3. *Cura*

15) Asper. Richter's *Bibliothek. B.* 4. p. 765.

16) Clark l. c.

17) F. Huggins *Fall von Entzündung der Leber, die sich in Eiterung und Erguss des Eiters in die Brusthöhle endigte, und mit glücklichem Erfolge durch die Paracentesis thoracis behandelt wurde, mitgetheilt von Dr.* James Johnson. Ex *London medical Repository and Review. July* 1827 p. 20; *in* Froriep's *Notizen B.* 18. 1827. p. 205; — Weisse in *Mittheilungen aus dem Archiv der Gesellschaft correspondirender Aerzte in St. Petersburg*, ex *Zeitschrift für die gesammte Medicin von* Dieffenbach. *B.* 5. *Heft* 1. *No.* 3.

18) Bell l. c.

19) Freyer. *Medico chirurgical Transactions published by the medical chirurgical Society of London. Vol.* 4. 1813. (Puer post ictum super abdomen inflammatione viscerum abdominalium et *ictero* correptus est. Subsequebatur hydrops ascites. Instituta tribus vicibus paracentesi ventris, educebantur tresdecim mensurae (*pints*) bilis purae. Aeger convaluit.)

20) Bianchi op. c. T. 1. p. 366.

21) Albertini, praeceptor Morgagni, solicite monebat „ne cum signa essent abscessus in hepate jam perfecti aeger

3. *Cura phthiseos hepatic ex vomica,* juxta variam aegrotorum conditionem, varia est [22]). Si enim hepatitidis continuant symptomata viresque aegri se sustinent, in *methodo antiphlogistica*, nec venae sectione semper exclusa, perseverandum. Sola autem ingruentis abscessus hepatici suspicio imperat, ut a *mercurii* usu abstineatur[23]). Generatim *remediis mucilaginosis, nutrientibus, lacti, aquis gaz acido carbonico imbutis,* standum. Nisi intestinorum conditio obstet aliquot guttae *elixirii vitrioli Mynsichtii* exhibendae [24]). Securius *succus citri, aurantiorum, granatorum,* multa aqua diluti exhibentur. Languentibus viribus, *infusum frigidum corticis cinchonae, decoctum lichenis islandici, pulvis seminum phellandrii aquatici* [25]), *extractum myrrhae aquosum* [26]), maxime processui suppuratorio quadrant. Dolemus *remedia balsamica* [27]), dulcissimi nominis

C. phth. hep. ex vomica.

moveretur." MORGAGNI Epist. XXXVI. 6. quae tota respectu ad hoc argumentum perlegenda est.

22) B. N. BERTRAND an pro diversa hepatis abscessuum indole diversa curatio? affirmat. Paris 1773.

23) „*I have perused the histories of a great many cases, in which mercuny in various forms was continued after the formation of matter, but have not met with one where it seemed to be otherwise than injurious . . . . nor have I met in India with any judicious practioner of competent experiences, who approved the use of mercury in any form, in such circumstances.*" MALCOLMSON. *Medico-chirurgical Transactions by the R. medical and chirurg. Society of London. Second Series. Lond.* 1838. p. 91. — Falsum est mercurium gingivas illorum qui hepatis abscessu laborant non afficere ut GRAVES et STOCKES (*Dublin Hospital Reports T. V.* p. 107) dixerunt. THOMSON l. c. p. 274.

24) In aqua saccharo saturata a guttis quinque ad decem; bis ter de die.

25) A granis decem ad viginti mane et vespere.

26) Rp. Extracti myrrhae aquosi drachmas tres. Divide in pilulas aequales. Consperg. pulvere lycopodii. Cap. quinque bis de die.

27) FR. HOFFMANN De medicamentis balsamacis. Opp. T. VI. p. 47.

nominis, obsoleta esse. Retinuimus saltem *syrupum balsamicum* [28]).

C.reliquar. phth. hep. 4. Quo pacto evolutioni *phthiseos hepaticae ex scrophula, arthritide, scorbuto et syphilide* obstandum sit, tractatus de infarctu et inflammatione jecinoris, imprimis autem ille dictorum morborum [29]) docent. Ad phthisin hepaticam indolis scrophulosae et arthriticae sistendam, spem quandam in *fonticulum* aut *setaceum* ad hypochondrium dextrum, ponimus. In omni autem abscessu hepatis multum ad debitam *secretionem urinae* respiciendum [30]). Morbo cujuscunque demum indolis ad stadium conclamatum perducto, omnibus fontem ejus primitivum exsiccandi conaminibus valedicendum. Exesum enim atque consumtum hepar, remediis specificis non restaurabis.

Caput VIII.

28) Pharmacopoeae hodiernae, simplicitati nimis studentes, multa pharmaca medicis practicis cara cum gravi aegrotorum damno eliminare solent. Laudabilem hoc sub respectu exceptionem facit, *Farmacopea per gli Stati Estensi. Modena* 1839, ab egregiis professoribus GOLDINI et BIANCHI redacta, ubi p. 285 etiam syrupi balsamici compositio invenitur.

29) Praeceptorum P. IV. Vol, I. Sect. 1.

30) Nisi enim lotii promotio ad puris evacuationem inserviat, saltem hydropem quantum fieri licet avertit. Cfr. Cap. VI. §. XXXIV. 15. — „Si renum meatibus puris demandetur expulsio, inquit BIANCHI (l. c. p. 366), hi leniendi sunt, et blande aperiendi cum seri lactis caprilli copiosis haustibus, emulsionibus seminum frigidorum in aqua ononidis, malvae, parietariae etc., aut si lentius habeatur excretio, lenibus et balsamicis diureticis suaviter proritandi; ut decoctionibus cicerum rubrorum, et stibii crudi, rad. aperit. terebint., cyprio aut balsam. sulphur. terebinthinato, aut copaivae balsamo (quod quidem tenuioris terebinthinae genus est), aut tincturis succini, pareyrae-bravae, hyperici etc. Juvat oxymel vel simplex vel diureticum, imprimis blanda alvi laxatio, quae propriis stimulis puris per urinas trajectus promovere etiam posse videntur."

CAPUT VIII.

De morbis carcinomaticis hepatis et cystidis felleae.

§. XLII.

Definitio. Scriptores.

1. Morbos jecinoris diuturnos, multifariis iisque non semper urgentibus hypochondrii dextri venticuli et intestinorum passionibus stipatos, corporis habitu lurido, saepe flavo, illiusque emaciatione insignitos, ad hydropem proclives, ex hepatis substantia vario modo degenerata ortos, nomine *carcinomatis hepatici* complectimur. Definitio.

2. Hujus affectus, antiquitati non ignoti [1]), doctrina, olim ad tractatus de hepatitide et de ictero relegari solebat. Qui illum speciali studio subjecerunt, J. Usenbenz [2]), Schilling [3]), Ayrer [4]), Fr. Hoffmann [5]), Alberti [6]), Kaltschmied [7]), Bayle [8]), Far- Scriptores.

RE

1) Galenus De locis affectis Lib. V. Cap. VII; — Aetius Tetrab. III. Sect. II. Cap. VI; — Alexander Trallianus Lib. III. Cap. XVII.

2) Anatomia feminae ex hepatis scirrho demortuae. Ephemer. accad. natur. curios. Cent. IX. et X. p. 57.

3) Diss. de hepatis scirrho. Lips. 1610.

4) Diss. de scirrho hepatis. Altd. 1688.

5) Diss. de scirrho hepatis. Halae 1722. Opp. Supplem. II. 2.

6) Diss. de hepatis scirrho. Halae 1731.

7) Diss de scirrho hepatis inveterato. Jen. 1756.

8) *Des maladies cancéreuses. Paris* 1811.

RE [9]), LAENNEC [10]), BOUILLAUD [11]), NICOLAI [12]), BRIGHT [13]), KIERNAN [14]), ANDRAL [15]), CRUVEILHIER [16]), MÜLLER [17]), HALLMANN [18]), GORDON-HAKE [19]), BECQUEREL [20]), ALBERS [21]), et MARC DURAND-FARDEL [22]) peculiares dumtaxat formas morborum carcinomaticorum hepatis illustrarunt. Desideratur itaque adhuc tractatus, qui generalem eorum doctrinam ita exponeret, ut ipsa tyronibus ad lectum aegrotorum pro norma inservire posset, impediretque ne factorum inordinata seges, lucis loco tenebras oculis affundat.

§. XLIII.

9) Op. c. (vid. Cap. 1. §. III. 2.)

10) *De l'auscultation médiate. Paris* 1819. *T.* 1. *Observ.* 25. 29. 35. 36.

11) *Considérations sur un point d'anatomie pathologique du foie. Mémoires de la Societé médicale d'émulation. T.* 9. p. 170 — 173. 1826.

12) RUST, *Magazin für die gesammte Heilk. B.* 22. p. 16—23.

13) *Reports of medical cases. London* 1827. p. 89 — 110. Tab. 6. 6*).

14) Op. c. (Vid. Cap. 1. §. 1. 2.)

15) *Précis d'anatomie pathologique* 1828. *T.* 2. p. 584; — *Clinique médicale.* 1834. *T.* 4. p. 172.

16) *Anatomie pathologique.*. Locis citandis.

17) *Ueber den feinern Bau und die Formen krankhafter Geschwülste. Erste Lieferung. Berlin* 1838. p. 18.

18) Diss. de scirrhosi hepatis. Berolin. 1839.

19) *A Treatise on varicose capillaries, as constituing the structure of carcinoma of the hepatic ducts and developing the Law and Treatment of morbid growths. With an Account of a new form of the Pus globule. London* 1839, 11, *Plates.*

20) *Einiges von Pathologie und patholog. Anatomie der Leber.* RUST *Magazin. B.* 58. *Heft* 3.

21) *Sur la scirrhose du foie. Archives générales de médecine. Avril et Mai* 1840.

22) *Anatomisch-pathologische Untersuchungen über die Gallenblase und die Gallengänge. Erste Abtheilung: Krebs der Gallenblase und des Ductus choledochus. Ex archives de médecine de Paris Juin* 1840 et *Avril* 1841. in SCHMIDT's *Jahrbücher der in- und ausländ. gesammten Medicin. B.* 29. p. 31. *B.* 33. p. 42.

§. XLIII.

Symptomata.

1. *Symptomata* carcinomatis hepatis non solum differunt prout malum vel per se, vel sociis aliis morbis apparet; sed etiam juxta formam suam peculiarem. Hic solum de symptomatibus generalibus; de reliquis in paragrapho de diagnosi. Generatim.

2. Morbus fere in omnibus aegrotis a molesta ciborum digestione et alvi obstructione incipit. Paucae quae deponuntur faeces griseae sunt, interdum nigrae. Patiens morosus, irascibilis. Curriculo aliquot temporis, nutritionis officium ita laeditur, ut vestes, corpori prius accomodatae pendulae fiant. Maciei, ocyus serius virium jactura adsociatur, imprimis dum diarrhoea serosa, ut in plurimis contingere solet, ingruit. Utcunque urina pauca, saepe cum sedimento rubro. Cutis aut sicca, rugosa, aut fracida leucophlegmatica. Ejus color, nunc luridus ex pallido viridescens, nunc subflavus, croceus. Flavedo haud raro ad solam albugineam oculorum, profunde in orbitis jacentium, circumscripta est. Aegroti nonnisi de pondere in hypochondrio dextro conqueri solent. Libentius in recentiori saltem morbo, in hoc latus decumbunt[1]). Explorata regione affecta, modo hepatis tumor circumscriptus, durus, inaequalis in conspectum venit; modo hoc viscus, sub costis reconditum, nequidem tactui se offert. De ejus tamen affectu abunde testantur aversio S. universalia.

1) „Aeger melius in dextrum latus decumbit quoniam scirrhosi visceris pondus a sinu costarum, absque molestia sustentatur. At vero, aegro in sinistrum latus reclinato, ponderosum hepar ventriculum dolenter comprimit.“ Bianchi op. c. T. 1. p. 327.

sio ab omni fere cibo [2]), parca etiam copia ventriculo molesta, ructus acidi et interdum vomitus. Nulla animadvertitur hucusque febris, immo pulsus quandoque sano lentior est. Recensitis malis per menses, quidquod per annos durantibus, sensim sensimque oedema, pedis et manus lateris imprimis dextri in conspectum venit, cui ascites et hydrops universalis succedere solent. Aliàs, sceleti instar exsiccato corpore, praeviis lancinantibus ad hepar doloribus, tussi et febre lenta, aeger tabe seu marasmo, perit.

§. XLIV.

Necroscopia.

Generatim. 1. Cadavera degenerati hepatis *varias* exhibent *formas.*

H. durities. 2. Nunc enim jecur, volumine modo auctum modo imminutum, in universo aut in parte *durum* est, ac si arena infertum [1]), vel coreaceum [2]).

H. tuberculos. 3. Aliàs jecinoris superficies a *nodis* seu *tuberculis* obsidetur, illis similibus quam alibi descripsimus [3]), quorum penitior notio FARRE et LAENNEC debetur. Ejus-

2) Exceptis aliquando ostraeis, harengis, capparibus, cibis acetariis et similibus.

1) „Jecur . . . aliqua ex cultro stridens, ut si arenosae particulae inter ejus substantiam admistae essent.“ (MORGAGNI op. c. Epist. XXXVIII. 52.); — TISSOT, *sämmtliche Schriften B.* 6. p. 169. Cfr. J. C ROST Hepar scirrhosum osseis concretionibus et calculis refertum. Acta acad. natur. Curios. Vol. II. p. 49.

2) „Aliquoties inveni in cadaveribus hepar exsuccum, instar conii rigidi, sed contractum et mole insigniter imminutum. (SWIETEN l. c. §. 946.). Cfr. TULPIUS observat. medic. lib. II. cap. 36. p. 151; — ANDREE. *Samml. auserles. Abhandl. für prakt. Aerzte. B.* 14. p. 246; — HUFELAND's *Journal B.* 8. *St.*1. p. 115.

3) Cap IV. §. XIV. 2.

Ejusmodi tubercula sunt dura, magnitudinis castanearum et ultra.

4. Continent haud raro *massam*, similitudinem cum substantia cerebri habentem, ideoque a LAENNEC *encephaloiden* vocatam [4]. Cystis quae eam includit interdum semi-cartilaginea [5]). Hepatis substantia cui tubercula encephaloidea insident, aut quae illis intermedia est, generatim parum a sana quoad colorem et consistentiam abludere solet [6]). Encephaloides,

5. Excipi tamen merentur casus ubi massa cerebriformis in jecinoris parenchyma deposita est [7]), ac *fungum medullarem* constituit [8]) Massa illa ipsis venis non aliena [9]) Fungus medullaris.

6. Non-

4) *Matière cérébriforme*; ab ἐγκέφαλον, cerebrum, et εἶδος, forma. Cfr. CRUVEILHIER op. *Livraison* III. *Planche* V.

5) *Cartilage accidentelle.*

6) „Totum hepar erat mole parvum, durum ac rigidum, et in omni sua superficie tam gibba quam concava asperum, tuberibus solidis et sibi mutuo fere contiguis, quae ex basi latiori, ipsi hepatis substantiae insidente in apices rotundos et duros desinebant: *in hepatis discissi interioribus* nulli scirrhi *nec vomicae repertae fuerunt.*" C. H. VELSE Diss. de mutuo ingressu intestinorum, et aliis machinae humanae extraordinariis. Lugd. Bat. 1742 p. 43.

7) *Masses cérébriformes non enkystées* LAENNECII, ut a praecedente, quam *masse cérébriforme enkystée* vocat, distinguatur.

8) *Variété molle du cancer par masses disséminées.* CRUVEILHIER l. c. Cfr. F. JÆGER. *Heidelberg. Klinische Annalen. B.* 4. *Heft* 1. p. 60; — JAC. JOHNSON ex *medico-chirurgical Review* in GERSON et JULIUS *Magazin der ausländischen Literatur der gesammten Heilk. Hamburg* 1827. *St.* 6. p. 446.

9) PANIZZA *Annotazioni anatomico-chirurgiche sul fungo medullare dell' occhio etc. Pavia* 1827. p. 29. Aeger 45 annorum vix in nosocomium Ticinense receptus, moritur. „*Il fegato d'un color bianchiccio aveva una superficie tuberculosa. Alla regione convessa di quest' organo . . . in vicinanza del margine suo ottuso; presentava un tumore bernoccoluto mollissimo della grossezza di due pugni, alto tre pollici della superficie . . . La tessitura di tal parte rimaneva sì alterata da non più rassomigliare alla sostanza del fegato, e di vero ivi era mollissimo, polposo come l'intima sostenza del testicolo, ed aveva un colore bianco sporco. Questo disordine non si limitava alla superficie, ma s'internava si profundamente,*

Cancer. 6. Nonnunquam hepar simpliciter induratum, phlogosin rodentem et ulcera exhibet[10]). Similia in vesicula fellea[11]), in ductibus biliariis[12]) et in vena portae[13]) contingunt.

H. pingue. 7. Quandoque hepar offert volumen maxime auctum, pondus solito majus, superficiem externam ex rubro flavam, aut ex utrisque coloribus marmoris aut nucis moschatae instar variegatam, substantiam veluti auream cum punctis rubris, ac (acinis fere evanitis venisque dilatatis) *in pinguedinem degeneratam*, ut praeuntibus aliis[14]) optime descripsit HEYFELDER[15]).

Cirrhosis. 8. Haud raro jecur *granulosum et flavum* apparet, ut jam MORGAGNI[16]) observavit. Ejusmodi visceris

che una consimile materia empiva quasi tutti i grossi tronchi delle vene epatiche, ed anco si diffuse per entro la corrispondente vena cava."

10) BONET Sepulchr. Lib. III. Sect. XVII. obs. 5. T. II. p. 229 ex BALLONIO; — CRUVEILHIER, MÜLLER, HAKE ll. cc.

11) VOIGTEL *Handbuch der pathologischen Anatomie. B.* 3. p. 78; — MAX. DURAND-FARDEL *Anatomisch-pathologische Untersuchungen über die Gallen-Blase und die Gallengänge. Erster Abschn. Abtheil. Krebs der Gallengänge und des ductus choledochus.* Ex *Archives de médecine de Paris. Juin* 1840. in SCHMIDT's *Jahrbücher der in- und ausländ. gesammten Medicin. B.* 29. 1841. *No.* 1. p. 31.

12) CRUIKSCHANK *Anatomy of the absorbent Vessels.* p. 123. (Ductus biliarii obliterati a glandulis scirrhosis.)

13) P. J. FR. HELMERSHAUSEN Ingens et miranda gravissimorum symptomatum congeries, per triginta duos annos et invicem excipiendum, a concremento *polyposo-scirrhoso,* in et extra venam portam ortum. Nova acta Acad. natur. Curios. T. IV. p. 52; — CLARUS *Annalen des k. klinischen Instituts in Leipzig.* 1. *Abtheil.* p. 153. (Glandulae omnes lymphaticae cellulosae sinum venae portae circumdantis scirrhosae, cartilagineae.)

14) CRUVEILHIER, ANDRAL, MECKEL, LOBSTEIN, HOPE, LOUIS, ALBERS, ADDISSON (*Osservazioni sulla degenerazione adiposa del fegato*; ex *Guy's hospital Reports No.* 3. in OMODEI *Annali universali di medicina. Vol.* 85. et 87. 1838.

15) *Ueber die Fettdurchdringung der Leber. Medicinische Zeitschrift von einem Vereine für Heilkunde in Preussen.* 1835. *No.* 27. SCHMIDT's *Jahrbücher B.* 11. *Heft* 2. *No.* 36. p. 220.

16) Op. c. Epist. XXXVI. 25. („Totum hepar durum, et

noceris conditioni LAENNEC *cirrhoseos* imposuit nomen [17]). Secuti sunt ANDRAL, BOUILLAUD, BRIGHT, HOPE*), CRUVEILHIER [18]), HALLMANN, qui ait [19]): „Hepar granulosum ad tertiam voluminis normalis partem reductum et notabili deformitate insigne in omnibus fere casibus esse solet. Contextus densior est. Superficies externa non aequa, sed elata in granula innumera, depressionibus et rugis distincta, ita ut totum viscus marcore corrugatum diceres. Peritonaeum quo vestitur, saepe irregulariter incrassatum et pelluciditate carens reperitur. Color, qui inter flavum e viridi pallentem et fuscum variat, a fluido pendet, quo granula infiltrata sunt. Nam contusa in charta alba huic colorem flavum impertiunt. Vasa sanguifera hepar permeantia sana quidem sunt, sed angustiora et sanguine seroso impleta. Ductus biliferi et vesica fellea fluido flavo parum consistenti modice repleta esse solent. Peritonaeo vestiente detracto, granula variante inter pisinam et miliarem magnitudine in propiorem conspectum veniunt. Incisione facta, eadem granula flavida distincta voluminis varii conspiciuntur. Praeterea autem tota quaedam densa celluloso-fibrosa apparet, quae in sani hepatis structura desideratur."

9. Nec

extuberantibus maculis, digito pollice non angustioribus, passim distinctum, iisque subflavis, caetera pallidum. Interius autem, si paucas exciperes hic illic intermistas hepaticae substantiae portiones, totum viscus constabat ex substantia, quae non facilius posset, quam mammaria glandula dissecari; ea ex albo flavescebat, et pressa ichorem quasi purulentum emittere videbatur. Denique cystis erat prorsus exigua").

17) A *Κιῤῥος*, citrinus.

*) *Principles and illustrations of morbid anatomy. London* 1834. p. 104. *Figur.* 75—80.

18) l. c. *Livraison* XII. *Planche.* I. *Fig.* 1. 2.

19) l. c. p. 1.

Melanosis. 9. Nec desiderantur exempla jam a VESALIO [20]) et MORGAGNIO [21]) allata, ubi hepar *tumoribus nigris* insignitum erat; eos nunc *melanosin* [22]) aut *carcinoma melanodes* [23]) vocant. Tumores illi primo intuitu similes apparent massae vasculosae *), obscurae, atrae, aliquando marmoratae. Animadvertitur in iis pigmentum et textus illud continens. Pigmentum illi choroideae simile est: textus adspectum habet spongiosum

20) De corporis humani fabrica. Lib. I. Cap. 5.

21) Op. c. Epist. XXIV. 13. („Ventre denique reserato, ut quid in hypochondrio dextero colorem, tumoremque fecisset, cognosceremus; hepar subdurum, et minimis tum albis, tum ejus quam mox dicebamus (tabaci) colori particulas instar marmoris variegatum ubique deprehendimus; quod attollentes, etsi pylori et duodeni intestini partem quae bilis vesiculae attigua fuerat, flaventem conspeximus; bilis tamen, qua erat vesicula distenta, et dilatata, ipsa atramentum referebat, certe illius tunicas exterius nigrescentes, intus autem jam prorsus nigras factas spectavimus").

22) De *Melanosi* in genere legantur: LAENNEC *Journal de médecine par* CORVISART. *T.* 9. p. 360—378; *Auscultation médiate* p. 26—51; — BAYLE, *Recherches sur la phthisie pulmonaire. Paris* 1810; — GOHIER *Mémoires et observations sur la chirurgie et la médecine véterinaire. Lyon* 1813. *T.* 1. p. 324; — NYSSEN. *Bulletin de la faculté de médecine de Paris. T.* 4. p. 3; — ESQUIROL ibid. p. 241; — CHOMEL *Nouveau Journal de médecine. T.* 3. p. 41; — ALIBERT *Nosologie naturelle. T.* 1. *Paris* 1817. p. 553; — ISENFLAMM *anatomische Untersuchungen. Erlangen* 1822; — HEUSINGER *Ueber Kohlenstoff und Pigmentbildung. Eisenach* 1823. p. 95; — CULLEN et CARSWELL. *Transactions of the medico-chirurgical society of Edinburgh.* 1824. p. 264; — SAVENKO De Melanosi, Petropoli 1825; — NOAK Comment. veter. med. de Melanosi. Lipsiae et Parisiis 1826; — FAWDINGTON, *a case of melanosis illustrated by coloured lithographic plates. London* 1826; — NICOLAI. RUST *Magazin. B.* 10. *Heft* 3. p. 541; — PRINZ in OKEN's *Isis.* 1827. p. 330; — LOBSTEIN. HORN's *Archiv für med. Erfahrung.* 1830. *Heft Nov. Dec.*; — R. FRORIEP's *clinische Kupfertafeln.* 4. *Lieferung. Tab.* 22. *Weimar* 1830; — BRESCHET *Revue médicale de* BALLY *et* BÉRANGER. *T.* 6. p. 304; — SCHILLING Diss. de Melanosi. Francf. ad M. 1831; — RŒMHILD Diss. de melanosi Halae 1833; — FORREST *Glascow medical Journal. July* 1833. FRORIEP's *Notizen. B.* 41. p. 269; — JOH. MÜLLER l. c. p. 18.

23) MÜLLER l. c. p. 18.

*) Huc imprimis spectat carcinomatis forma a HAKE (l. c. descripta.

giosum, coloris margaritarum. Totum hepar plerumque molle, ac interdum vesiculis gaz foetidum continentibus, obsessum.

10. Tandem in hepate inveniebantur, praeter varia *concrementa* [24]) et *hydatides* [25]), *steatomata* [26]), *atheromata* [27]), *melicerides* [28]), et *tumores cystici* [29]). Tumores varii.

11. *Cystis fellea* reperta est dura, inaequalis; incisa stridebat; continebat praeter bilem et calculos, massam cerebriformem, tuberculosam, verbo carcinomaticam [30]). Cancer cyst. felleae.

§. XLV.

Caussae.

1. Ad descripta mala *disponunt* ignota corporis constitutio, saepe hereditaria, porro labes scrophulosa, arthritica, scorbutica, syphilitica, trichomatica, pellagrosa. C. praedisponentes.

R 2 2. In

24) Cap. V. §. XXI. 1. 25) Cap. VI. §. XXX. 2.
26) Fabric. Hildanus Cent. II. obs. 44; — Columbus de re anatomica. Lib. XV. p. 488; — Bartholinus Acta Hafniens. Vol. I. obs. 95; — Velschius Episagmata. 54; — Segar Miscell. acad. natur. curios. Dec. I. Anno III. obs. 82; — Fantoni Observat. anatom. medic. XIII.; — Morgagni op. c. Epist. XXX. 14; — Helmershausen l. c.; — Sandifort Exercitat. Academ. Lib. II. Cap. VIII; et Museum anatomic. Vol. I. Sect. IV. No. XXIII. p. 249; — Enaux *Nouveau Mémoire de l'Académie de Dijon.* 1783. *T. I.*; — Hanly *Philosophical Transactions. Vol.* 40. p. 111; *Samml. auserl. Abhandl. für prakt. Aerzte. B.* 2. *St.* 3. p. 144; — Mead *Essay on poison* p. 28; — Meckel *Archiv* 1815. *B.* 1. *Heft* 3. p. 432; — Val. ab Hildenbrand Rat. med. P. II. p. 145; — Krukenberg *Jahrbücher der ambulatorischen Klinik zu Halle. B.* 2; — Portal op. c. p. 346. 536.
27) Glisson Anat. hepatis. Cap. VIII. Opp. med. anatom. Vol. II. p. 114; — Guettard *Histoire de l'Académie des sciences.* 1759; — Boenneken *Fränkische Sammlung von Anmerkungen aus der Naturlehre, Arzneigelahrheit. B.* 3. *St.* 15. p. 223.
28) Bianchi Op. c. T. 1. p. 153.; — Walter *Anatom. Museum. B.* 1. *No.* 303. p. 151; — Hildenbrand l. c.
29) Voigtel l. c. p. 45.
30) Marc. Durand-Fardel l. c.

C. excitantes.

2. In praedispositis *excitantur* affectus carcinomatici hepatis, a morbis jecinoris etsi per se sub recta cura insontibus; a violentiis externis hypochondrio dextro illatis; a febribus intermittentibus [1]); ab ulcerum chronicorum incauta sanatione [2]); a jactura sanguinis [3]); ab diuturnis animi pathematibus et a potu liquorum fermentatorum, maxime alcoholis [4]).

C. proxima.

. Phlogosin hepatis neutiquam pro *caussa proxima* carcinomatis hepatis, ut credebatur [5]), agnoscere possumus, quum hic morbus lente sine notis inflammatoriis ingruere soleat. Verisimiliter jecinoris vasa lymphatica et venae, magnam hic scenam ludunt, quam a nervorum fracto in hoc viscus imperio derivare vellemus. Ast, quis mortalium ejusmodi mysterii naturam

1) „Frequentius autem scirrhosae tales indurationes in hepate nascuntur, quam forte creditur, imprimis si febres autumnales, post fervidissimam aestatem epidemice grassantes, nimis cito corticis peruviani usu supprimuntur: solet tunc superesse color ictericus in oculis, ponderis prementis sensus circa praecordia, auctus repleto post pastum ventriculo. Nisi tunc subito solventissimis remediis, magna copia et diu sumtis succurratur, indomabilis postea scirrhus manet; languent tales aegri diu, pallidi, subicterici, et saepe in hydropem tandem incidentes, pereunt.“ Swieten l. c. §. 946.

2) Bonetus (Sepulchret. Lib. III. Sect. XVI. obs. 3) habet casum mulieris, cui post ulcus sub dextra axilla diu apertum, dein imprudenter consolidatum, dolor circa hepar obortus est et tumor, qui sensim auctus icterum producebat. In cadavere totum hepar scirrhosum detectum est.‘

3) „Sanguinis rubra parte per venaesectiones et haemorrhagias nimis diminuta, stagnationes in vasis minoribus succedunt.“ Haller Primae Lineae physiologiae. Editio Wrisbergi. Goetting. 1780. p. 80. Cfr. Platner Ars medendi p. 138; — Guldbrand de fluxu sanguineo interno.

4) Quamobrem hepar scirrhosum vulgo Anglis dicitur *Whiskey Liver*

5) Aretaeus (De caussis et signis morborum diuturnor. Lib. I. Cap XIII. p. 42) dixit: „Verum si a phlegmone hepar non suppuratur, neminem dubium fuerit, tumorem durum subsistentem temporis progressu in *scirrhum* mutari ac stabiliri“ Et Swieten, Boerhaavi ad exemplum, scirrhum jecinoris ex hepatitidis exitus posuit.

ram perscrutabitur? Conaminum hoc sub respectu factorum curiosi, citatos adeant auctores: nos utiliores expectant indagationes.

§. XLVI.

Diagnosis.

1. Vix arduum est affectus carcinomaticos jecinoris cognoscere et ab aliis hujus visceris morbis distinguere. Lenta enim evolutio, diuturnitas, aspectus aegri subflavus, ictericus, ejus emaciatio et absentia febris hecticae (in primis saltem mali periodis), affectus illos carcinomaticos facile distinguit a hepatis infarctu, ab induratione inflammationis effectu, et a phthisi hepatica. Distinct. ab aliis morbis hepaticis.

2. Jam magis arduum, affectus carcinomaticos hepatis ab illis *ventriculi*, *pancreatis* et *lienis* distinguere. In ventriculi tamen scirrho, vomitus majorem saevitiem manifestat quam in illo hepatis; et aeger epigastrium, non hypochondrium dextrum, pro morbi sede designat. Praeterea aspectus ejusdem luridus quidem est, sed non flavescens. Interea nihil frequentius quam *complicatio* affectuum carcinomaticorum ventriculi cum illis viscerum contiguorum. Distinct. a carcin. ventriculi.

3. Difficilis autem est, et saepe impossibilis, *distinctio variarum formarum affectus carcinomatici hepatis**); quod valde dolendum foret, si aegroti inde detri- Distinctio formarum.

*) Ad eam distinctionem minime adjuvat opusculum C. M. Lunding De hepatis quem vocant infarctu cum molis incremento anatomica disquisitio. Kopenhag. 1819. („ 1° Incrassatio simplex, 2° I. hydatitosa, 3° I. calculosa; 4° I. oedematosa, 5° I. cum tumoribus, videlicet a) tumores magni albi absque cystide, b) T. magni albi cystide praediti; c) T. parvi vulgares, d) T. cystici materiam terream continentes, e) T. fungosi discolores, f) T. fungosi nigres-

detrimentum caperent. Pro iis enim idem est utrum color degenerati hepatis sit albus, ruber, aurantiacus, niger, variegatus; utrum substantia visceris sit dura, mollis, tuberculis notata, cerebriformis, pinguedine referta; utrum acini hypertrophia peccent, aut atrophia etc. Conamini itaque has diversas formas affectus carcinomatici hepatis ad lectus aegrotorum distinguendi, dumtaxat applaudimus quatenus locum obtinet, scopo morbi statum accuratius pro propria satisfactione eruendi, non autem fine catalogum morborum augendi ac nominibus *encephaloidum*, *fungi medullaris*, *cirrhoseos*, *melanoseos* vulgaritati et collegis imponendi.

Scirrhus. 4. *Duritiem hepatis* [1]), quae *scirrhum* proprie dictum constituit, arguimus dum aegrotus annosus est aut strenuus alcoholis potator; dum ipse nonnisi de pondere et tensione hypochondrii dextri conqueritur; dum haec regio duritiem exhibet saxeam, aut hepar, utpote volumine imminutum, explorari nequit. Praeterea aegroti ejusmodi maxime emaciati sunt; cutim habent siccam, rugosam, parum plerumque (si albugineam oculorum excipias) flavam, haud raro ex atro luteam. Textus illius minus quam in reliquis affectibus carcinomaticis jecinoris dispositus est ad oedema, quod ideo tarde ingruit. E contrario cito apparet hydrops ascites, cum enormi saepe abdominis extensione. Scirrhus iste hepatis imprimis socium agnoscere solet illum ventriculi et pancreatis. Communis est illius in *cancrum* [2]) conversio.

5. Af-

centes, g) T. parvi albi, h) T. scirrhoidei, i) T. cystici serosi, k) T. ossei et cartilaginei, l) T. adipo-cerei s. adiposi, 6) T. cum degeneratione totali hepatis.)

1) §. XLIV. 2. 2) Ibid. 6.

5. *Affectum carcinomaticum jecinoris tuberculosum* suspicamur, ubi hepatis superficies inaequalis veluti nodos tactui offert; ubi aegrotus, aetatis plus minus provectae, in infantia de jecinoris scrophula suspectus fuerat; ubi ejus cutis potius delicata est et fracida, aut leucophlegmatica; et ubi haemorrhoides valde molestae. Tubercula.

6. Si sub indicata vix rerum positione, ante solitum in affectu carcinomatico hepatis tempus, febricula quaedam ingruat, sique hypochondrium dextrum magis tumere ac dolere incipiat, suspicionem alere licet evolutionis massae cerebriformis aut in ipsis tuberculis aut in parenchymate jecinoris; idque eo magis si fungus medullaris in aegri familia, aut in ipso aegro [3]) observatus fuerit, aut si agatur de stirpe plicosa [4]). Encephaloidem.

7. *Hepar pingue*, aliquando diu cum sanitate compatibile [5]), plerumque atrophiae universi corporis junctum est. Obvenire solet inter trigesimum et quadragesimum aetatis annum [6]), interdum socia phthisi pulmonali [7]). Insignitur speciatim praecoci virium jactura, Hep. pingue.

3) Die 19. Novembris 1827. Novocomii a doctoribus CARLONI et DONEGANO in consilium vocatus fui pro advena quodam, quinquaginta annorum, qui enormem hepatis tumorem exhibebat. Hoc viscus enim usque ad cristam ossis ilei dexteri lateris extensum erat. Praeterea cartilagines costarum spuriarum ejusdem lateris tumidae erant, oblongatae et ita depressae, ut jecur irrito volumine suo inde cooperiretur. Quum aegrotus ante nonnullos annos fungum medullarem oculi sinistri, et paullo serius tumorem lymphaticum ad scapulam dextram, ambo feliciter extirpatos, perpessus esset, ad similia vitia in hepate conclusi.

4) Praeceptorum P. I. Vol. III. Sect. II. Cap. XXII. §. LXXI. 6.

5) CRUVEILHIER *anatomie pathologique*. T. I. p. 190.

6) ALBERS l. c.

7) LOUIS l. c. — „*The late Dr.* JOHN HUNTER *mentions in his Statistical and Pathological Report of the R. Infirmary*

ctura, oppressione pectoris, angustia respirationis, minusque proclive est ad hydropem, saltem ascitem.

Cirrhosis. 8. *Cirrhosin hepatis* opinamur, dum aeger, in medio vitae curriculo constitutus, antea erysipelati faciei obnoxius fuit [8]); dum ipse urinam febrilem, sine febre [9]), et peculiarem ad hydropem proclivitatem ostendit; dumque cutis flavedo major est, quam in reliquis affectibus carcinomaticis jecinoris observari solet. Cirrhosis haec hepatica non rara inter plicosos [10]).

Melanosis 9. *Melanosis* sese tumore hepatis adeo molle exhibuit, ut propter fluctuationis erroneam perceptionem pro hydrope saccato habita fuerit [11]). Eam praecedere solent nisi scorbuti indicia, saltem peculiares venarum affectus. Interea solum praesentia melanoseos in superficie externa corporis, labem carcinomaticam hepatis a simili vitio derivare permittit.

Tumores. 10. *Jecinoris steatomata*, *atheromata, melicerides* et *tumores cystici* ac *ossei* [12]) id gentilitium habent, quod

of Edinburgh (The Edinb. med. and surgical Journal T. XLIX. I.), *that, of 65 cases of pulmonary phthisis in which the liver was examinated, in 10 it was in a fatty, and in five others in a waxy state.*" G. Thomson op. c. p. 113.

8) Sic saltem ex duabus observationibus concludo.

9) Alfred Becquerel *Seméïotique des urines. Paris* 1841. *Maladies du foie.*

10) Plicosa erat nobilis Polona, cujus historiam morbi narrat J. P. Frank (op. c. libr. V. P. II. p. 165—170) et de qua ait: „Saepius certe hepar omne subflavo colore tinctum reperimus: sed aureum illum colorem, quem cystica modo bilis largiri posse videretur, parenchymatis scilicet hepatici, ac hoc ipsum in substantiam, quam descripsimus spongiosam, nec tamen collapsam, conversum, in millenis cadaveribus nec unquam videre nobis contigit, nec ab aliis notatum percepimus." Ejusdem aegrotae fratrem natu minorem, principem *Giedroyc*, ex simili plane morbo amisi; cadaveris autem sectio denegata est.

11) Cruveilhier l. c.

12) P. Bruni Diss. osteosis dextri lobi jecinoris. Patav. 1838. („Agitur de ossificatione totius superficiei dextri lobi he-

quod, etsi tumor hypochondrii dextri de gravi visceris subjecti malo testatur, illud diu existere possit quin inde corporis constitutio detrimentum conspicuum capiat. Quum itaque charactere praecipuo carcinomatis destituantur, dubitare licet, utrum revera huc pertineant.

11. Signa *carcinoma cystidis felleae* et *ductuum biliariorum* indicantia desiderantur. Id solum constat tale vitium absque ictero obvenire posse [13]). C. cyst. felleae.

§. XLVII.

Prognosis.

1. Morbi carcinomatici quot quot exstant insanabiles sunt. „Plures quidem scirrhi hepatis observationes habemus in auctorum paginis, plures etiam fallacias in eisdem legimus; ut scirrhum hepatis suppurari posse; imo et facto exterius cauterio aut incisione apertura expurgari; scirrhum jecoris legitimae inflammationis sobolem esse; scirrhum jecinoris remediis interdum intro susceptis curabilem; aliaque de eo consimilia, quae omnia prorsus refello [1]); ut et nos refellimus curationem scirrhi hepatis per abscessum in femore dextro orto [2]), per moxam hypochondrio dextro applicitam [3]) etc. Galenus [4]) signis conclamati morbi adscribit: „tussire nimium, in latere dextro quiescere non P. generatim.

patis, mole naturalem excedentis, fere sphaeroidalis formae, interna cum cavitate materia pultacea flavescente repleta, notabili, sine lobi sinistri cum cystis felleae laesione").

13) Marc. Durand-Fardel l. c.

1) Bianchi op. c. T. I. p. 328.

2) B. Scharff Miscell. Acad. Natur. Curiosor. Vol. II. p. 411.

3) F. P. Cazes *Mémoire sur la guérison du squirrhe du foie par le moxa.* Sedillot *Recueil périod. de la Soc. de médec. de Paris.* T. 56, p. 229.

4) Libr. de dynam.

non posse; sanguinem e naribus identidem profluere, pedem dextrum aut etiam utrumque constanter tumescere: post vesperam et circa vesperam, pigritiam vel lassitudinem pati."

Monitum. 2. Accidit nonnumquam ut hepar, minori adhuc gradu ab affectu carcinomatico corruptum, accidentalis praeda fiat inflammationis [5]. Deterrimum tunc morbus adspectum induit; qui medicum, in doctrina *de morbis acutis chronicis supervenientibus* non satis versatum, ita in errorem ducit, ut proximum vitae finem annuntiet. Interea, morbo accessorio vel a natura, vel a medendi ratione hepatitidi accommodata fugato, aeger ad pristinam valetudinariam conditionem redit, ac per aliquot adhuc tempus vitam protrahit. Altera ex parte haud raro aegroti qui aliàs sat diu adhuc vivere potuissent, ab *accessoria hepatitide* et praesertim ab *enteritide* e medio tolluntur [6]).

P. specialis. 3. Inter omnes formas morborum carcinomaticorum hepatis, illa quae *scirrhum* proprie dictum constituit, diutissime cum vita compatibilis est [7]; dummodo

5) Cap. VI. §. XXXI. 2.

6) „*Lorsqu'une phlegmasie gastro-intestinale survient comme complication d'une affection du foie, elle peut s'établir d'une manière continue, ou n'être que passagère, ou enfin revenir à des intervalles plus ou moins rapprochés. Dans les deux dernier cas, sa forme est aiguë; dans le premier, elle peut être aiguë ou chronique.*" Andral op. c. p. 69.

7) Swieten (l. c. §. 948.) id sequentibus explicat: „Docuit anatome et imprimis injectiones Ruyschianae, viscerum fabricam ex vasorum textura constare, quam pro informi parenchymate antiquitas medica habuit; sed et in partibus corporis humani, hac arte praeparatis per microscopia manifeste videmus, vasa in omni fere puncto ramulis emissis inter se communicare, atque ita obstructione exigua nata in quodam loco, non illico intercipi omnem humoris vitalis per partem affectam motum, sed per alios vasorum ramulos liberos, per anastomosin communicantes, viam fieri. Hoc autem requirebatur, ne a levi obstructione statim insigniter laedi posset viscerum actio."

modo caussae evitentur, quae conversionem scirrhi in ulcus cancrosum promovent, inter quas potissimum recensemus errores in vitae regimine, praesertim ebrietatem [8], itinera [9], et usum mercurii [10]. *Hydrops* eo citius mortem properat, quo nobiliora occupat loca, inter quae encephalum principatum obtinet [11]. Fungus haematodes hepatis per se vitae finem imponere potest [12].

§. XLVIII.

Cura.

1. In morbo carcinomatico hepatis *sanationis tentamina* tunc solum justificanda, ubi dubia de rectitudine diagnoseos aluntur. Debent autem ejusmodi ten- Sanationis tentamina.

8) G. Schober Diss. de vomitu lethali ab hepate scirrhoso, per navigationem et *ebrietatem* in gangraenam et sphacelum mutato. Ephem. Acad. Natur. Curios. Cent. III. et IV. p. 147.

9) Senex princeps N. E . . . y. anno 1833. Vindobonam dereliquit scirrho quidem hepatis affectus, qui autem, referente illius medico aulico, viro experto, proximum haud minabatur interitum. Ast susceptum versus finem autumni molestum in Italiam iter, tantum attulit detrimentum, ut pomi citrini instar flavus redditus, Novocomum adtigerit. Post paucos ibi dies, in pertinacem incidit alvi obstructionem cum nausea, cui vomitus herbaceus successit. Febris aderat nulla, sed magna virium prostratio. Quibus omnibus adsociatus est singultus, extremitatum frigus aliaque gangraenae signa. Secto die 26. Novembris cadavere invenimus hepar ita volumine auctum ut pulmonem dextrum, in angustum spatium reprimeret. Erat praeterea illud tuberculis obsessum, quorum unum magnitudinis nucis juglandis, ulcus referebat. Pancreas conspiciebatur in steatoma conversum. Intestinum colon manifesta notabatur gangraenâ; et rectum angustiâ.

10) Novocomensis Consiliarius L . . . scirrho laborabat hepatis, quem, si methodum palliativam indicatam secutus esset verisimiliter per plures annos sustinere potuisset. Taedio affectus Mediolanum petiit, ubi frictiones mercuriales adhibitae fuere. Obiit post paucas hebdomadas.

11) Cfr. Cap. IX. §. LVII.

12) „*Several cases of fungus haematodes have been related by* Mr. Langstaff (*medic. chirurg. Transact. T.* VIII. p. 288, 291. T. IX. p. 302), *in which this affection occurred in the*

tentamina ita institui, ut, si non juvent, saltem non noceant. Mitissimis itaque pharmacis, qualia adversus hepatis infarctum suasimus [1]), standum, idque pauca dosi, ne ventriculus inde detrimentum capiat. Ipsa ad aquas minerales itinera, nisi commode institui queant, omittenda, et illae aquae cum summa cautela usurpandae. Ab *extracto conii maculati* [2]), a *mercurio* [3]), a *jodio*, ab *atropa belladonna* aliisque venenis, vitae fontem exhaurientibus plane abstinendum.

Indicationes.

2. *Indicationes* enim in morbo, de quo agitur, sunt: 1° vires sustinendi; 2° symptomata leniendi; et 3° adventum morborum accessoriorum impediendi.

Prima indicatio.

3. *Primae indicationi* non pharmacis, sed regimine diaetetico obtemperandum. In eo ordinando potissimum ad aegri consuetudines respiciendum. Liquoribus fermentatis adsuetis, potus habitualis non nisi gradatim

liver exclusively, shewing, as he observes, that this disease may attack an important organ, and produce death, without the specific disease diffusing itself to any other viscus." G. Thomson op. c. p. 55.

1) Cap. IV. §. XVIII.

2) „Nec a cicuta virosa, inquit J. P. Frank (l. c.), tantis quondam elogiis ornata, vel in hepatis obstructione vel in visceris ejusdem vel alterius scirrho, aut carcinomate, emolumentum ullum experti sumus."

3) A medico tanta prudentia insignito ac Saunders neutiquam expectassem sequentia: „*Je regarde le mercure comme le seul médicament sur lequel on puisse compter dans l'état squirreux du foie, et l'expérience me fait penser qu'il est plus utile encore dans certaines maladies, telles que les diarrhées et les dysenteries, lorsqu'elles paraissent liées avec un pareil état de l'organe hépatique*" (Op. c. p. IX.). — Contrastant haec verba cum illis et Farre (op. c. p. 22.): „*by the time the most careful examiners can distinguish them, the progress of the disease has been already so considerable, that the mercurial action tends only to exhaust powers which art will subsequently in vain attempt to restore. The perfection of medecine consists, not in vain attempts to do more than nature permits, but in promptly and effectually applying its healing powers to those diseases which are curable, and in soothing those which are incurable.*"

tim imminuendus. *Cofeae* illa supplet, nulla obstante contraindicatione. Adpetentiae, etiamsi praeceptis diaeteticis quodammodo adversae, quid concedendum. Felices divites, quorum desideriis hoc sub respectu nihil obstat! Corporis exercitium vehemens interdicendum. Ipsa equitatio in primo jam morbi limine, non adsuetis nocet. Nemini autem aër purus, rusticatio et consortium amicorum.

4. Inter symptomata, quae maxime *levamen exposcere* solent, eminet alvi obstructio. Illi *clysteribus emollientibus* et, si aeger plane apyreticus, pilulas ex *sapone medicinali* atque *extracto aquoso rhei et aloes* [4]) occurrendum. Alibi docuimus quomodo prospiciendum sit vigiliis [5]), siti [6]), doloribus [7]), qui ultimi *balnea* dumtaxat admittunt, dum nullum imminentis hydropis observatur signum. Ne huic affectu *folia digitalis* purpureae opponas; affectum enim diureticum recusant et aliorum narcoticorum instar nocent. Proficua solum hîc sunt salia media, et maxime minimae *cremoris tartari et nitri doses*, superbibendo *decoctum* aut *baccarum juniperi*, aut *radicis ononidis spinosae*, vel infuso *stipitum solani dulcamarae*. Secunda Indicatio

5. Nihil magis *indicationi morbos accessorios avertendi* respondet quam *fonticulum*, lapidis caustici ope ad hypochondrium dextrum adpositum, aut *setaceum*. Cavere praeterea debet aegrotus, ab animi commotionibus, ab erroribus diaetae, et a refrigerio. Si plethorae abdominalis praesto essent indicia, *hirudines* Tertia Indicatio.

ano

4) Cap. IV. §. XVIII. 3.
5) Praecept. P. II. Vol. 1. Sect. I. Cap. VII. § XXXV—VI.
6) Ibid. P. III. Vol. I. Sect. II. Cap. XVII. §. LVIII. 10.
7) Cap. III. §. XI.

ano admovendae forent at non frequenter, ne vires dilapidentur, et hydrops provocetur.

Conclusio. 6. Concludendum apud aegros morbis carcinomaticis hepatis laborantes, officium nostrum minus esse illud medici, quam custodis, custodis videlicet, ne collegae pharmacis in libris et diariis jactatis coecam fidem tribuentes, miseros insanis conaminibus citius quam morbus fecisset, occidere possint [8]).

CAPUT IX.

De Ictero.

§. XLIX.

Definitio. Scriptores.

Definitio. 1. Intelligitur sub *icteri* [1]) nomine morbus, qui mutatione adspectus naturalis corporis in flavum a caeteris

8) „*Il Gran Duca Ferdinando dimandò un giorno al vecchio dottore* Magiotti, *con che coscienza Ei pigliasse il denaro dagli ammalati, giacch' Ei sapeva di non potergli guarire? Io, serenissimo, rispose, gli piglio non in qualità di medico, ma di guardia, perchè non venga un giovane che creda a tutto quel ch'ei trova scritto ne' libri, e cacci loro qualche cosa in corpo che me gli ammazzi.*" A. Pignacca *Frammenti per la storia della medicina Italiana. Pavia* 1840. p. 56.

1) A Graeca voce ἴτερος, quae unde derivanda multum litigatum est. Cfr. Plinius (Historia naturalis Lib. XXIX. Cap. LVI. edit. Hard. T. II. p. 503) derivavit ab animalibus variis quibus *ictidum* et *icterorum* nomen erat. Haec animantia sunt: 1° *Mustela vulgaris*, quae corpore non solum flavescit, sed rubicundis oculis instructa est, qui respectu coloris ad eos fere accedunt, quibus homines dum ictero laborant, infestantur, et 2° *Oriolus galbula*, quae avis non solum toto corpore, exceptis capite et remigibus, lutescit. Putarunt praeterea antiquiores (Plinius l. c.

teris omnibus facile dignoscitur, sociosque ut plurimum habet faeces albas, et urinam obscure rubram et luteo colore res immissas tingentem.

2. Si morbi reconditi veterum attentionem non aufugerint, id eo magis de morbo obvio expectandum. Ac re quidem vera de ictero plura memoratu digna HIPPOCRATES [2]), CELSUS [3]), CAELIUS AURELIANUS [4]) et GALENUS [5]), prae omnibus autem ARETAEUS [6]) protulerunt. Item AVICENNA [7]). Restaurata medicinâ de icteri doctrina bene meruere FERNELIUS [8]), HUXHAM [9]), MORGAGNI [10]), SCARDONA [11]), SAUVAGES [12]), MARKARD Scriptores.

Lib. XXX. Cap. XXVIII. p. 175) aegrotos ictero correptos, liberari ab eodem, quando avem vivam videre ipsis contigerit, cum avis e contrario, moriatur. LATINI morbum hunc „non solum appellant *Icterum*, sed etiam *Regium morbum*, quoniam molliter celsa curatur in aula" ut Q. SERENUS SAMMONICUS in Praeceptis de medicina C. LIX. canit, aut quoniam a potu dulci, veluti regio, morbus sanatur. Item *arcuatum* et more antiquo *arquatum* vocant, a similitudine cum iridis coloribus, quem aliàs *arcum coelestem* dicunt. Ita CELSUS, cui etiam ob aureum colorem dicitur *aurigo* et *fellis suffusio*. Aliis a coloris vitio *luridus* nominatur *morbus*. ITALICE *Itterzia*, *itterizia gialla*, *citrinezza*, *citrinita*; — GALLIC. *Ictère*, *ictéritie*, *jaunisse*; — HISPAN. *Ictericia*, *Tiricis*, *Amarillez*; — LUSITAN. *Tiricia*, *Tericia*, *Amarellidao*, — GERMAN. *Die Gelbsucht*, *die Farbsucht*, *Schwarzsucht*, *Königskrankheit*; — ANGLICE *Jaundice*, *yellow Jaundice*, *Yellows*; — BELG. *Geeluw*, *Geelc*, *Geelzugt*, *Geelziekte*; — DANIC. *Guulsot*; — SUEC. *Gulsot*, *Gulsjuka*; — ISLAND. *Gula*; — POLONIC. *Zółtaczka*; — RUSSIC. Желтуха v. Излитiе желчевой течи.

2) De internis affectionibus Cap. XXX. — XLI. De morbis Lib. III. Cap. XII. De affectionibus. Cap. XXXIII. Cfr. FICKIUS Programm, de ictero Hippocratis. Jenae 1725.
3) De medicina Lib. III. Cap. XXIV.
4) De morbis chronicis. Lib. III. Cap. V.
5) De locis affectis. Lib. V. Cap. VIII. De compositione. Med. Sec. loc. Lib. IX. Cap. I.
6) De causis et signis diuturnorum Lib. I. Cap. XV.
7) Lib. III. Fen. XV. Tract. I. Cap. III.
8) Pathologia Lib. VI. Cap. VIII.
9) Brevis Commentatio de morbis ictericis. Opp. T. I. p. 158.
10) Epistola anatomica XXXVII. De ictero et de calculis biliosis.

KARD [13]), W. CORP [14]), W. BATT [15]), DE CHAUX [16]), J. PH. VOGLER [17]), F, C. BANG [18]), A. J. GROEUWEN [19]), CORNAC [20]), W. HAASE [21]), MARSH *), STOCKES [22]) etc [23]), Accedunt auctores de morbis systematis hepatici [24]), institutionum praxeos medicae [25]), len-

11) Aphorismi de cognoscendis et curandis morbis. Paduae 1746. Lib. III. Cap. X.
12) Nosologia methodica Class. X. Genus XXX.
13) *Versuch über die Gelbsucht und Art ihrer Entstehung. Medicinische Versuche. Th. I. Leipz.* 1778.
14) *An Essay on the Jaundice. Bath* 1783.
15) *Sopra alcuni fatti d'itterizia. Memorie della Società medica d'Emulazione di Genova. Vol. I.* p. 64.
16) *Sur la jaunisse. Journal de Médecine, chirurgie et pharmacie. T.* 74. p. 289. *Paris* 1788.
17) *Von der Gelbsucht und deren Heilart. Wetzlar* 1791.
18) *Medicinische Praxis. a. d. Latein. von* F. A. HEINZE. *Kopenh. St.* 710.
19) *Von der Gelbsucht*, ex *Handelingen van het geneeskundi gen Genootschap de servandis civibus. Deel XII.* p. 1. *Amsterd.* 1787; in *Sammlung auserlesener Abhandlungen für prakt. Aerzte. B.* 14. p. 85.
20) *Essai sur la jaunisse et l'ictère. Paris* 1809.
21) *Über die Erkenntniss und Kur der chronischen Krankheiten. Leipz.* 1820. *B.* 3. p. 199.
*) *Essay on Jaundice* in *Dublin Hospital Reports. Vol. III.* 1822.
22) *Lectures on the theory and practice of physic. Lect. XII.* sq. *The London Medical and Surgical Journal Vol.* 5.
23) HORN *Archiv für die med. Erfahrung. B.* 1. *Heft* 3. p. 277; — WEDEKIND. RUST *Magazin für die gesammte Heilkunde. B.* 18. *Heft* 2. p. 191. *B.* 34. *Heft* 2. p. 273; — MACLEOD et BURNETTI. *London medical Gazette. Vol.* 5. p. 63; — GRIFFIN. *Dublin medical Journal. Vol.* 12. *p.* 346; — CORBUTT. *Medical chirurg. Review. January.* 1835. p. 246; — DROST. DIEFFENBACH *Zeitschrift. B.* 6. *St.* 3. p. 277.
24) Cap. I. §. III. 2.
25) FR. HOFFMANN Medicinae rationalis systema. T. IV. Cap. XII; — VAN SWIETEN comment. in H. BOERHAAVE Aphor. §. 914. sq.; — LUDWIG Institut med, clinic. Lips. 1758; — SELLE Medicina clinica. Germ. *Handbuch der medicinischen Praxis*; — VOGEL Praelectiones de cognoscendis et curandis et praecipuis corporis humani affectibus. Edit. TISSOTI 1781; — BURSERIUS Institutiones medicinae practicae. Vol. IV. Cap. XIII; — CULLEN *First Lines of the practice of Physic. Vol.* 4. *Chap.* 4; — STOLL Praelectiones in diversos morbos chronicos. Vindobon. 1788. Vol. II. et Ratio medendi T. III. Sect. V; — STARK *Handbuch zur Kenntniss und Heilung innerer Krankheiten. Th.* 2; — BERENDS *Vorlesungen. B.* 5; — RICHTER *Specielle Therapie. B.* 4;

tractatuum de ictero in encyclopaediis medicis [26]), et dissertationum inauguralium de eodem argumento [27]).

§. L.

" — J. P. Frank Epitome de curand. hominum morbis. Lib. VI. P. III; — Valentini Institut. med. pract. Vol. VI; — Fr. Bene Elementa medicinae practicae. T. III; — Raimann Principia pathologiae et therapiae specialis medicae. T. I. §. 1277; — Naumann *Handbuch der medicinischen Klinik. B.* 5.

26) Villeneuve *Dictionnaire des sciences médicales. T.*23; — Gardien ibid. T. 28; — Chomel *Encyclographie des sciences médicales. Juin* 1833; — Lombard ibid. 1837; — Fernus *Diction. de médecine, T.* 12; — W. Horn *Encyclopädisches medic. Wörterbuch. B.* 17; — G. F. Most *Encyclopädie der gesammten Medicin und Chirurgie. B.* 2; — Burder. *The Cyclopedia of practical medecine. Vol. III*; — Copeland *Encyclopädisches Wörterbuch der prakt. Medicin. A. d. E. von* Kalisch. *B.* 5. *Heft* 3.

27) Pfeiffer Diss. de Icteritia. Lips. 1569; — Ering Diss. de Icteritiis. Basil. 1598; — Sennert Diss. de Ictero. Witeb. 1617; — Arnisaeus Diss. de Ictero. Helmst. 1620; — Brendel Diss. de Ictero. Jen. 1629; — Michaelis Diss. de Ictero. Leid. 1631; — Sulzberger Diss. de Ictero. Lips. 1631; — Harderus Diss. de Ictero. Argent. 1634; — Pauli Diss. de Ictero. Rostock 1635; — Rolfink Diss. de Ictero. 1635; — Lange Diss. de Ictero. Argentor. 1639; — Walaeus Diss. de Ictero. Lugd. Bat. 1642; — Schelhammer Diss. de Ictero. Basil 1643; — Woeseginius Diss. de Ictero. Regiom. 1652; — Worst Diss. de morbo regio. Lugd. Batav. 1655; — Thilenius Diss. de Ictero. Giess. 1656; — Rollius Diss. de aegro icterico. Jen. 1662; — Otto Diss. de morbo regio. Argentor. 1663; — Sebiz Diss. de Ictero. Argentor. 1663; — Sylvius de la Boe Diss. de Ictero. Lugd. Batav. 1669; — Wolff Diss. de Ictero. Altdorf 1674; — Viborg Diss. de Ictero. Hafn. 1677; — Rost Diss. de Ictero. Lugd. Batav. 1678; — E. R. Camerarius Diss. de Ictero. Tübing. 1679; — Amman Diss. de Ictero. Lips. 1681; — Blasius Diss. de Ictero. Amstelod. 1682; — Borrichius Diss. de Ictero. Hafn. 1682; — Schato Diss. de Ictero. Witeb. 1682; — J. M. Hoffmann Diss. de Ictero. Jen. 1685; — Wedel Diss. de Ictero. Jen. 1685; — Richelmann Diss. de Ictero. Lugd. Batav. 1686; — Van de Pkugs Diss. de Ictero. Leid. 1690; — Ortlob Diss. de Ictero. Lips. 1695; — Petermann Diss. de Ictero. Ibid. 1696; — Peletarius Diss. de Ictero. Harderov. 1697; — Balfour Diss. de Ictero. Traj. ad Rhen. 1703; — Waldschmid Diss. de Ictero. Kilon. 1706; — Eyselius Diss. de morbo regio. Erf. 1707; — Vesti Diss. de Ictero. Ibid. 1707; — Baier Diss. de Ictero. Altd. 1710; — Geiger Diss. de Ictero. ibid. 1710; — Heinrici Diss. de Ictero. Hal. 1710; — Salzmann Diss. de morbo regio seu Ictero. Argentor. 1710; — Schaper Diss. de morbo arquato. Ros-

§. L.

Symptomata. Necroscopia.

Generatim. 1. Si cuncta phaenomena, quae ictero laborantes eorumque cadavera exhibent, in medium proferre vellemus

tock. 1714; — De Pré Diss. de Ictero. Erfurt. 1721; — Franckenau Diss. de Ictero. Hafn. 1723; — Schroesser Diss. de Ictero. Ibid. 1723; — Schulze Diss. de Ictero. Hal. 1723; — Ludolff Diss. Pathologia et therapia Icteri. Erfurt. 1727; — Luther Diss. de indole et curatione Icteri. Erfurt 1731; — Ivo Stahl Diss. de morbo regio. Ibid. 1732; — List Diss. de Ictero. Giess. 1740; — Gresser Diss. de Ictero. Erf. 1741; — Juncker Diss. de Ictero. Hal. 1741; — J. B. Meyer Diss. de Ictero. Erfurt 1744; — Reinhard Diss. de Ictero. Argentor. 1747; — Gill Diss. de Ictero. Edinb. 1748; — Drummond Diss. de Ictero. Ibid, 1750; — Vogelmann Diss. de Ictero. Würceb. 1751; — Ainslie Diss. de Ictero. Edinb. 1754; — Snashall Diss. de morbo arquato seu Ictero. Lugd. Batav. 1756; — Sonnenkalb Diss. de Ictero. Jen. 1758; — Koreff Diss. sistens theoreticam considerationem Icteri. Hal. 1763; — Holdswarth Diss. de Ictero. Edinb. 1764; — Aurivillius Diss. de Ictero. Upsal. 1765; — Petrogalli Diss. de morbo regio. Vienn. 1767; — Gamble Diss. de Ictero. Lips. 1768; — Werlhof Diss. epistola de aurigine. Opp. T. III. p. 662; — Daniel Diss. de Ictero. Edinb. 1776; — Willis Diss. de Ictero. Edinb. 1778; — Hellfeld Diss. de origine Icteri. Jen. 1779; — Kemme Diss. de Ictero. Hal. 1780. — Baldinger Sylloge Diss. Vol. VI; — Schlemmer Diss. de Ictero. Viennae 1780; — Heilbrunn Diss. de Ictero. Argentor. 1782; — Tourney Diss. de Ictero. Nancey 1782. et 1783; — Keegh Diss. de Ictero. Edinb. 1783; — Murphey Diss. de Ictero. Ibid. 1783; — Van Rossum Diss. de Ictero. Lovan 1783; — Krüger Diss. de Ictero. Lips. 1785; — Pichon Diss. de Ictero Nancy. 1785; — Tshebbulz Diss. de Ictero. 1785. Eyrel Diss. Stollii T. I; — Busch Diss. de Ictero. Marb. 1786; — Michell Diss. de Ictero. Lugd. Batav. 1786; — James Diss. de Ictero. Edinb. 1787; — Stosch Diss. de Ictero. Hal. 1787; — Bendow Diss de Ictero. Edinb. 1788; — Quillin Diss. de Ictero. Ibid. 1788; — Bayley Diss. de Ictero. Lugd. Batav. 1789; — Cox Diss. de Ictero. Edinb. 1789; — Leathem Diss. de Ictero. Lugd. Bat. 1789; — Maxwell Diss. de Ictero. Edinb. 1789; — Gilly Diss. sistens sciographiam Icteri. Hal. 1790; — Briggs Diss. de Ictero. Edinb. 1791; — Roth Diss. de Ictero. Argentor. 1791; — Engelhart Diss. de Ictero. Lundini 1793; — Milis Diss. de Ictero. Edinb. 1793; — Riemann Diss. de Ictero. Goett. 1793; — Rumpelt Diss. de Ictero. Lips. 1794; — Darling Diss. de Ictero. Edinb. 1795; — Brandt Diss. de Ictero. Jen. 1796; — Neumann Diss. de Ictero. Helmst. 1798; — Bernhardi Diss. de Icteri natura. Erf. 1799; — Kuhlmann Diss. de Ictero. Würzeb. 1801; —

lemus, non solum de omnibus systematis hepatici morbis, sed de multis quoque aliis sermo instituendus foret [1]). Quod cum nimis longum esset, hic dumtaxat de icteri phaenomenis, quatenus ad *flavedinem* pertinent, quaestio erit.

2. Flavedo sese primum inter membranam conjunctivam et scleroticam manifestare solet „in oculis enim quod album esse debet, fit luteum" [2]). Illam quo- Flavedo oculorum.

S 2

— Steubert Diss. de Ictero. Jen. 1801; — Wehr Diss. Icteri pathologia. Marb. 1801: — Gray Diss. de Ictero. Edinb. 1802; — Hodenpyl Diss. historia icteri feminae. Lugd. Bat. 1802; — Male Diss. de Ictero. Edinb. 1802; — Reade Diss. de Ictero, Ibid. 1802; — O' Reardon Diss. de Ictero, Ibid. 1802; — Schneider Diss. Meletemata circa Icterum. Jen. 1802; — Manoury *Thèse sur la jaunisse. Paris An. X*; — Veripinet *Diss. sur l'ictère*. Ibid. 1803; — Delondre *Thèse sur l'Ictère*. Ibid. 1809; — Bourgeoise *Thèse sur l'Ictère*. Ibid. 1814; — Laurent Diss. *sur l'Ictère*. Ibid. 1815; — Bréon Diss. *sur l'Ictère*. Ibid. 1816; — Mahlendorff Diss. de Ictero. Berolin. 1818; — Mohs Diss. de Ictero. Ibid. 1820; — Koven Diss. de Ictero. Goett. 1822: — Algisius Diss. de Ictero. Patav. 1823; — Wesely Diss. sistens Icteri gravioris observationem singularem. Goetting. 1823; — Meyer Trier Diss. de Ictero. Copenh. 1827; — Borsati Diss. de Ictero. Patav. 1830; — Broglio Diss. de Ictero. Ticini 1830; — Dreyer Diss. de Ictero. 1833: — Obermüller Diss. de Ictero. Vindob. 1834; — Frankel Diss. de Ictero. Pest. 1836; — Russmann Diss. de morbo regio. Patav. 1836; — Leonardi Diss. de Ictero. Ticini 1837; — Müller Diss. de Ictero. Berolin. 1837; — Jellonschek Diss. de Ictero. Vindobon. 1838; — Schopper Diss. de Ictero. Ibid. 1839; — Uxarevich Diss. de Ictero. Ibid. 1840.

1) „Non tamen a jecore, inquit Aretaeus (l. c.), sed *ab aliis visceribus etiam* productus" (Icterus). Et Portal (l. c. p. 145): „*La jaunisse n'est pas seulement l'effet des altérations du foie susceptibles d'être observées par les anatomistes, elle l'est encore souvent des engorgemens de la rate qui déterminent sans doute un reflux de sang et de bile dans le foie. La jaunisse peut aussi être produite par des dilatations excessives de l'estomac, ou par des tumeurs de ce viscère, par des engorgemens de l'épliploon graisseux, stéatomateux etc.; par des pareils engorgemens du mésentère, du duodénum ou des autres intestins, du pancréas, des reins, qui peuvent être très-considérables et produire le même effet sur le foie, enfin, par des épanchemens divers dans le basventre qui, non seulement déterminent une trop grande quantité de sang dans le foie, mais qui, de plus, produisent la compression de cet organe ou de ses canaux excréteurs.*"

2) Celsus l. c.

quoque ad superficiem internam palpebrarum extensam vidimus [3]). Non solum autem albuginea oculorum flavedinem primum contrahit, sed ultimum quoque amittit. Ipsa rarissime adtingit corneam [4]), humores oculi [5]), lentem crystallinam [6]), retinam et nervum opticum [7]), in cujus nervi affectu caussam potissimum quaerendam esse putamus, cur icterici aliquando omnia objecta flava cernunt (*Xanthopia*). Sustinent hanc opinionem facta sequentia: 1° quod xanthopia quoque extra icterum observatur [8]); 2° quod illa in ipso ictero per intervalla mox appareat mox evanescat [9]) et 3° quod aliud nervi optici vitium, *hemera-*

3) Sic et egregius Clarus (*Annalen des* K. *Klinischen Instituts in Leipzig. B.* I. *Abth.* 1. p. 152).

4) Mauchart Diss. Corneae oculi tunicae examen. Tübing. 1743. §. XX.

5) Diserte quidem asserit Haller se non legisse *corneam* in ictericis *flavam* fuisse inventam; interim inquit Morgagni (op. c. Epist. XXXVII. 8.): „aliquando tamen sed rarissime fieri potest, ut flava in hoc morbo objecta appareant, nimirum si *cornea tunica bile tota saturata sit*, neque tunc solum, quod et Mercurialis concedit, verum etiam si quando *oculorum humores summa flavedine infecti sunt*." Ac re quidem vera ex dicto *corneae* affectu objecta veluti flavo colore tincta apparuere apud Elliotson (*London Medical Gazette. July* 1833). Praeterea Lecat (*Traité de la couleur de la peau* p. 160) in casu ubi conjunctiva oculorum ex flavo virideseebat, *humorem tam serosum quam vitreum luteo colore tinctum* invenit.

6) Scardonus l. c.

7) Targioni (l. mox citando) sectionem refert mulieris ictero defunctae, in qua cl. vir detexit duplicem membranarum cerebri circa nervum opticum productionem, et arteriam centralem, flavas esse.

8) In typho observavit comes Vindobonensis medicinae doctor Carolus Harrach, referente J. P. Frank (l. c.). Porro notatu dignum Rohaltii exemplum est, cui, quum oculum dextrum a conspiciliorum diu protracto usu fatigatum haberet, eo ac si objecta flava essent, deprehendit, nec qualia oculo sinistro conspiceret. (Tract. Physic. P. 1. Cap. VII. No. 4).

9) „Mense Decembri 1803 suscepimus in clinicum Institutum Vindobonense, ictericam, sexto mense gravidam, quae objecta *per intervalla tantum* flava cernebat; quo in casu certe humores oculi vix accusari possunt". Ex Schedis paternis.

meralopia videlicet seu *caecitas crepuscularis* (quondam immerito *Nyctalopia* dicta[10])) sat frequenter icteri sit socium[11]). Utcunque, nostra quoque experientia, adagium „ictericis omnia objecta flava videntur“[12]), licet raro, confirmat[13]).

3. In *cute* flavedo primum apparere solet circa tempora, aures, nares, cervicem et pectus. Propagatur dein super universum corpus, crinibus aliquando non Flavedo cutis.

10) Part. II. Vol. I. Sect. II. Cap. XIX. §. CXII. 4. — Sic aegroti de quibus in Epitome J. P. Frank et in Actis meis clinicis quaestio est, non nyctalopia, sed hemeralopia laborarunt.

11) Acta Instituti clinici Caesereae universitatis Vilnensis auctore Josepho Frank Ann. I. p. 105; — J. P. Frank l. c. p. 344; — Dale *Philosophical Transact. No.* 211. vide Leske *auserlesene Abhandlungen. B.* 1. p. 322; — Koyen Diss. cit. p. 8.

12) „Lurida praeterea fiunt quaecunque videntur arquati.“ Lucret. Lib. IV. Vers. 333.

13) Criticam hujus symptomatis historiam in singulari Commentatione: *Osservazione anatomica di un itterico, che vedeva tutti gli oggetti gialli,* exposuit Joh. Ludovic. Targioni (*Raccolta di opuscoli medico-pratici. Firenze* 1773. p. 256). Casorium medicum latinum citat, qui generale hoc dictum, arquatos omnia flava videre, repetiit. Adducit Galenum (De sympt. Causs. 2) dicentem: „Regio morbo laborantes, pallida omnia videre se putant“ et Sextum Empiricium (Hypoth. Lib. I. Cap. XIV. Sect. 126), qui idem repetiit. Nemo autem istorum *facta* refert. Primum Fr. Hoffmannus (l. c.) et Scardonus (l. c) de propriis observationibus locuti sunt. Plurimae inveniuntur apud Boerhaave Praelect. Academic. T. IV. et VI. Cum Comment. Halleri et in ejus Element. Physiolog. T. V. p. 488, — apud Græuven l. c. p. 93; — Blumenbach De Xanthoopia ictericorum. Commentat. Societ. R. Goettingensis. Vol. V. p. 69; — Moscati *Discorsi d'Anatomia* p. 168; — Fr. Buzzi *Opuscoli scelti di Milano T.* 5. p. 91; — Percival *Memoirs of the Medical Society of London. Vol.* 2. *Art.* 5. p. 604; — Knoeffel et Koyen Diss. citatis p. 13 et 7; — Naumann l. c. p. 243; — R. J. Graves *Einfluss der Gelbsucht auf das Sehen*, ex *Dublin Journal of the medical and chemical science. Vol.* 2. in *Samml. auserl. Abhandl. B* 41. *St.* 3. p. 430; — Zoczek Diss. cit. p. 19, observationes Stokes referens. Refellitur sic omnino H. Mercurialis, qui phaenomenon, de quo agitur, negavit (varior. Lect. in med. Script. Lib. VI. Venet. 1598. p. 129).

non exceptis [14]. Multae autem sunt in variis aegrotis flavedinis gradationes [15], ad quas designandas Latii idioma vocabulis minime caret [16]. „Quandoque pallidus est color et ex flavo viridescens, saepe saturate flavus instar croci et ex profundo virore nigrescens" [17]. Interdum variae flavedinis gradationes uno eodemque in aegro observantur [18]. Flavedo unius tantummodo lateris [19], a nostra quoque confirmatur experientia [20]: item flavedo circumcripta ad ungues [21], ad

14) SCHENK Obs. med. Lib. III. de ictero obs. 1. („In una icterica semel quadruplicem coloris vicissitudinem observavi, sic tandem flavescente habitu corporis, ut uno temporis puncto et ungues, et labia et *crines* cum universo habitu coloris extreme fulvi atque aurei spectarentur: hae autem illi ex obstructis mensibus contigerunt").

15) ARETAEUS (l. c.) „Innumerae possunt esse, inquit, *colorum varietates*, in variis icteri speciebus."

16) Flavus, flavidus, croceus, lutus, luteus, glaucus, galbus, fulvus, robius seu robeus, ex fusco flavens, fuscus, olivarius, instar pomorum granati, quae comparatio HIPPOCRATI debetur (De internis affectib. cap. VIII.).

17) SWIETEN l. c. §. 918.

18) SCHENK l. c. — JOSEPHUS LANZONI (Ephemerid. Acad. naturae Curios. Cent. V. et VI. p. 61.) icterum descripsit, in quo tota facies ad guttur viridi colore imbuta erat, dextra pars corporis atro colore, sinistra flavo, ita ut *tres diversi colores* in uno icterico observati fuerint, qui urinam modo atram modo viridem excerneret." Cfr. KOVEN Diss. cit. p. 3.

19) BEHRENSIUS Ephemerid. Acad. Natur. Curios. Cent. III. et IV. obs. 64. p. 145. („*Icterum unius lateris* apud nullum autorem reperi, observatus tamen a me ante biennium in septuagenario, qui, cum ab ira apoplexia corriperetur, quam hemiplexia dextri lateris excepit, simul ictero partis ejusdem laborabat, corpus adeo accurate quasi dividente, ut etiam nasi dextrum latus icteritium esset, sinistrum vero colorem naturalem retineret; haud secus ac in sene quodam podagrico altera quoque nasi medictas adfecta ab ETTMÜLLERO observata est." Citatur ETTMÜLLERI T. II. p. 844, ubi autem hujusmodi nihil reperiebatur. Cfr. FR. ED. MEHLIS Commentatio de morbis hominis dextri et sinistri; in Delectu meo Opusculorum in medicorum Italiae commodum collectorum, Vol. I. Novocomii 1827. recusa; ubi auctor observationem COURMETTII (*Journal de médecine* T. 85. 1790 p. 44.) refert.

20) Mense Martio 1835 ad urbem Pedemontanum *Novara* vocatus, matronam *De Marchi*, vidi, quae primum *in icterum*

ad mammas [22]) singulasque ad cutis plagas [23]). Visus est universalis icterus, facie excepta [24]). Ictericorum cutis, generatim arida, interdum *sudorem flavum* indusia tingentem largitur [25]). Saepissime ipsa a *pruritu* molestatur [26]), socia haud raro *urticaria.* Pruritus saevities plerumque, at non semper, rationem inversam cum flavedine et spissitudine urinae sequitur [27]).

4. Saepe icteri primum indicium in *urina* animadvertitur, ad superficiem plerumque iridis colores ludente, aliquando spumosâ, ut plurimum croceâ, corpora alba immissa luteo colore tingente, frequenter sedimento lateritio instructâ, aliquando subnigrâ, viridescente [28]), amarâ [29]) analysi chemicâ sine conspicuo hucusque pro praxi lucro investigata [30]). Flavedo urinae.

5. Etsi

lateris dextri incidit, qui duobus solummodo elapsis hebdomadibus sese super universum corpus diffudit. Nullum aderat paralyseos indicium.

21) Ephemerid. Acad. natur. curios. Vol. IV. obs. 112; — Miscellanea physico-medica Vratislav. Tentam. XIX. p. 199; — Commercium literarium Norimbergense. 1739. 4. 30.

22) Ephemerid. Acad. Natur. Curios. Dec. II. Ann. VII. Append. p. 135; — Paulini cent. II. obs. 36; — Strack *Journal de médecine.* T. 28. p. 163.

23) *Chloasma*, nonne icterus partialis?

24) J. P. Frank l. c. p. 320.

25) Borelli Cent. I. obs. 68. — Galenus ejusmodi sudori saporem amarum tribuit (De sanitate tuenda. Lib. IV. cap. IV).

26) *Felle suffusorum pruritus* de quo loquuntur Hippocrates (De morbis lib. III. cap. XII. de internis affectionibus cap. XXXIX. No. 10.), Plinius Histor. natural. lib. XXXI. cap. X.) omnesque de ictero scriptores. Praeterea *icteri prurientis* memorabile exemplum continetur in Actis Berolinensibus Dec. II. Vol. X. p. 39. Permulta eaque partim miseranda propria exhibet experientia.

27) Dico cum J. P. Frank (l. c. p. 309): „Magnus omnino ictericorum numerus post excretionem lotii vel maxime turpidi et crassi pruritum cutis sibi imminui, alii vero non pauci, eundem augeri, nobis declararunt."

28) In matrona icterica Vilnensi anno 1811 urinam respectu coloris et densitatis instar purae bilis observavi. Doleo me illam non gustasse. Rerum positiones variae analysi chemicae obstabant.

Color faecum. 5. Etsi ictericorum *faeces* plerumque griseae sint et cinereae, eas tamen plus vice simplici adspectus plane naturalis invenimus, certe non soli[31]).

Color sanguinis. 6. Jam dudum constat, sanguinem e vena icterici emissum aliquando flavescere[32]); quod non bili sed alio principio tingenti adscribendum esse videtur[33]).

Per

29) *Urinam* viri ictero calculoso vexati, distincti *saporis amari* invenit Koven Diss. cit. p. 5.

30) In urina icterici copiosum albumen et acidum rosaceum, defectum autem principii urici detexit Brand (*Transactions of the Society for the improvement of medical and chirurgical Knowledge Vol.* 3. No. 16). Magnam in ea materiae biliosae viridis copiam, sine omni albumine reperit Orfila (*Nouvelles recherches sur l'urine des ictériques. Paris* 1811. Schweiger *Journal für Chemie und Phys. B.* 6. *Heft* 3. p. 325.) Felle immixto aurigine infectorum urinam carere observavit, et a sanorum urina in eo tantum differre, quod materiam resinosam tingentem ex flavo viridem contineat, putat Marabelli (Weigel *Ital. med. chir. Bibliothek B.* 4. *Heft* 1). Contrarium prorsus contendit Clarion (*Journal de Médecine par* Corvisart T. 10. 1813. p. 288). Cfr. H. Braconnot *Journal de Chimie médicale. Octobre* 1827. — Becquerel op. c.

31) Legi de hoc argumento meretur de Haen Ratio med. P. IV. cap. III. p. 120.

32) Zwinger Theatr. Prax. med. T. II. p. 3. („In femina quadam summe icterica conspeximus *sanguinem* et urinam, quam crassam emisit, sibi invicem simillimum fuisse; post quindecim vero dies, quibus icterus propemodum discussus fuit, sanguinem ad aliquot uncias extractum maxime rubicundum et floridum extitisse)." Cfr. Boerhaave Consult. Medic. p. 55.

33) Deyeux (*Considérations chimiques et médicales sur le sang des ictériques présentées et soutenues à l'école de médecine de Paris le* 30 *Nivose An. XII.*) in sanguine icterici serum flavescens, *nullum autem bilis vestigium* reperit. — Meissner (*Neues Journal der Chemie und Physik von* Schweiger *und* Meineke 1821. *B.* 2. *Heft* 2.) factis cum ictericorum sanguine experimentis, serum flavo colore esse instructum sibi persuasit, qui *non a bile* sed ab animali quodam principio extractivo vel tingenti generaretur. Ipse Clarion (l. c.) bilis in ictericorum sanguine praesentiam, asserere non audet. Koven (Diss. cit. p. 27.) peculiarem hujuscemodi cruoris conditionem „ex carbonei in mixtis sanguinis principiis praedominatione" explicat! Legitur in *London Medical and Surgical Journal* T. 2. No. 27. p. 31. *de Statu sanguinis in ictero*: „*Mr.* Lecanu *states that the blood in Icterus containes, besides the ordinary principles* 1° *An insoluble combination of albumen and soda;* 2° *A similar combination soluble;* 3°

Per ictericorum epistaxin sanguinem floridum in conspectum venisse, saepe vidimus. Exstant interea exempla contraria [34]. Vesicatorii ope eductum serum, non solum in ictero [35], sed aliis quoque in morbis, flavescere conspeximus.

7. Ictericarum *lac* aliquando flavum est [36]; et amarum [37]. Illud tamen a prolibus cum voluptate suctum fuisse vidimus. Legitur, colore luteo tincta fuisse ictericorum sperma [38], mucusque narium [39]. Observavimus aurigine laborantium *os*, „saltem in venis quae sub lingua sunt [40],“ aliquando flavum, nunquam autem *salivam* [41], vel *dentes*, nisi fortuito spurcos. Color aliorum humorum.

An Orange-Yellow colouring matter combined with an oily substance; 4° A blue colouring principle.“

34) Baglivius (De experientia circa bilem) refert de ictero: „loco sanguinis, e naribus, et e curcurbitulis scarificantibus aqua flava solummodo prodibat.“

35) Hallé *Histoire de la société de médecine de Paris pour l'an* 1786.

36) S. G. Crusius de mammarum fabrica et lactis secretione. Lips. 1785. p. 9.; — Lentin *Beobachtungen der epidemischen Krankheiten des Oberharz*; — J. P. Frank l. c. p. 305. („Lac nutricis ictericae, non minus quam humorem mucosum ejusdem e vagina destillantem flavum conspeximus).“

37) Bartholinus Act. Soc. R. Hafniensis Vol. II. obs. 62. — In versione Germanic. *Tractatus de Vasis lymphaticis* auctore Assalini (*Sammlung auserlesener Abhandlungen für praktische Aerzte, B.* 15. p. 121.), in nota, versimiliter ab editore egregio quondam Lipsiensium medico Kapp conscripta, legitur: „*Ich habe gesehen, dass die nach einer starken Gemüths-Bewegung aus den Brüsten ausgezogene Milch eine gelbliche, ja fast grüne Farbe und bittern Geschmack hatte, welcher wahrscheinlicherweise von der eingesogenen Galle herkam.*“

38) Petermann Observat. Medic. Dec. I. No. 9.

39) Riedlin Lin. medic. 1695. p. 86.; — Kercksig. Hufeland's *Journal B.* 7. *St.* 3. p. 94.

40) Caelius Aurelianus Tardarum passionum Lib. III. Cap. V.

41) P. III. Vol. I. Sect. I. Cap. VII. §. XXX. 2. — Ad flavedinem salivae comprobandam citatur a plurimis Fr. Hoffmanni Tractatus de cachexia icterica. Obs. IV; ast ibi dumtaxat invenio quaestionem factam fuisse de ingenti oris amarore ut aegrota“ fauces bile infectas omnesque, quos

cos [42]). *Ceruminis aurium* (cui tanta est cum bile analogia) secretionem plerumque in ictero suppressam invenimus.

Necroscopia.

8. Et nobis *cadavera* ictericorum exhibuerunt flavedinem cutis [43]), adipis [44]), nonnunquam musculorum [45]), cartilaginum [46]), ossium [47]), costis non exceptis [48]); saepius meningum [49]); raro cerebri [50]), me-

sumebat cibos amaro sapore aestimaret imbutos." Atque hic libenter quaero, quid ARETAEUS (l. c.) sequentibus significare voluerat verbis? „Gustus (icterici) amarorum non amarus, quod mirum est, non tamen dulcis, dulcium vero amarus."

42) „Vitrea interim eorum (dentium) substantia, quamvis ex impuritate aliquo modo in multis flavescat; in ictero tamen crocea numquam observata fuit" J P. FRANK l. c.

43) Plerumque tamen pallidiorem quam vitae tempore.

44) STOERK Ann. Med. p. 150. — MORGAGNI (op. c. Epist. XXXVII. 8.) ait: „Pinguedinem VALSALVA aptissimam omnium credebat, ad croceum colorem trahendum, ubi serum sanguinis paululum modo flavescat."

45) ZACUTUS LUSITANUS Praxis admirabil, Lib. III.; — PAISENIUS Miscellan. Acad. Natur. Curios. Ann. IV. obs. 194; — THONNERUS Observat. Lib. III. De ictero. Obs. I.; — RIEDLIN Lin. medic. Ann. III. p. 89.

46) STOLL Ratio medendi. P. III. p. 386 („Cute ab anteriori thorace separata primum videre erat *cartilagines*, quae costas sterno adnectunt, flavedine tinctas, diluta quidem, sed ipsam cartilaginum substantiam imam penetrante.")

47) KENKRING spicilegium anatomicum; — DOLAEUS Encyclopaedia medica. Lib. III. cap. VIII.; — VAETTERLI Diss. de Ictero, illo speciatim quo recens nati laborant. Goetting. 1735. §. X; — LIEUTAUD Hist. Anatom. T. I. p. 190; — STOLL l. c. Sect. V. obs. 7. („Flava quoque *ossium substantia* fit, ut ut minus saturata quam partes carneae"). Singulare itaque est PORTALIUM (*Cours d'anatomie médicale* T. 1. p. 37.) dixisse: „*On m'a assuré que des individus morts d'une maladie du foie, avec une jaunisse des plus intenses, avaient eu les os teints en jaune, ce que je n'ai cependant jamais vu, quoique j'aie ouvert beaucoup de personnes qui ont péri de cette manière.*"

48) MEAD Monita et praecepta medica. Lond. 1751. cap. VIII.

49) STOLL l. c. p. 380. („Substantia cerebri, *ictericis meningibus*, colore erat naturali ut etiam oculorum humores").

50) et solum apud infantes. Ipse MORGAGNI (op. c. Epistol. XXXVII. 7.) ait: „cerebri substantia quamvis ipsa quoque aliquando in hoc morbo flava inventa est; non multas tamen sic inventae observationes legisse memini . . . Etsi glandulam pinealem ex suo cinereo colore inclinantem ad subflavum obsoletum; reliqua tamen, nam persecui omnia, na-

medullae spinalis [51]), nervorum [52]); frequenter pulmonum [53]), pericardii et cordis [54]), seri sanguinis [55]) et abdominis [56]); nonnunquam mesenterii [57]), vasorum lymphaticorum [58]) et intestinorum [59]). Aliquando ictericorum cadavera nullius morbi vestigium offerunt [60]), quod

tivum servabant, *ut quidquid medullare esset, offenderim candidissimum.*" Et Stokes (l. c. p. 199.) fatetur: „*I have found the membranes distinctly coloured, but never could see any tinge of yellowness in the substance of the brain. I have, however, observed that when a horizontal section of the brain had been made in such cases, the orifices of the divided vessels, which are denoted by bloody points in the healthy state, seem to pour out a quantity of yellowish blood, but the substance of the brain appeared white and normal.*" — Interim monet Portal (op. c. T. 4. p. 34.) de substantia cerebri corticali; „*Je l'ai vu ayant une teinte jaunâtre dans un homme, qui est mort à la suite d'une maladie du foie avec une forte jaunisse.*"

51) in infante. Sic et Lobstein. *Répertoire général d'anatomie et de physiologie.* 1826. *No.* 1. p. 143.

52) Targioni l. c. — Otto, *Lehrbuch der pathologischen Anatomie. B.* 1. p. 465. („*Ich fand ein paar Mal bei neugebornen Gelbsüchtigen, vielleicht schon vor der Geburt abgestorbener Kinder, das Mark des Hirn's, des Rückenmarkes, und einzelner grossen Nerven, z. B. des Ischiadicus, stellenweise schwach gefärbt, und* Lobstein *fand bei einem Kinde, wo das Rückenmark citronengelb erschien, auch eine Stelle der sympathischen Nerven in gleicher Art gelb*").

53) Portal op. c. T. V. p. 34. („*J'ai trouvé les poumons de couleur jaunâtre dans des sujets qui étaient morts ayant la jaunisse*").

54) Stoll op. c. P. III. p. 386. („Pericardium flavicabat pariter, ut et cordis extima superficies").

55) Kerkring testatur se semel invenisse „pro sanguine, humorem fellis instar flavum." Bonet Sepulch. Sect. XVIII. obs. 34.

56) Referente Haller Element. Physiol. Lib. XX. Sect. 1. §. 2.) liquidum quod in peritonaei cavum exsudaverat, flavo fuit colore, ita ut digitos tingeret.

57) Liberkühn de villosa tunica mesenterii.

58) Galeati. Commentar. Bononiens. T. IV. P. I. p. 34; Soemmerring de morbis vasor. absorbent p. 122; — Cruikshank *Geschichte und Beschreibung der einsaugenden Gefässe. p.* 67; — Portal *Mémoires de l'Acad. des Sciences. T.* 4. p. 107.

59) Thonerus (Observat. pract. obs. I. p. 156.) ubi refert observationem *Christ. Quarinoni* cardinalis ictero defuncti: „Hepar et *intestina* croceo colore totaliter infecta."

60) Timaeus a Guldenklee (Lib. III. cas. med. 28.) memi-

quod respectu systematis hepatici non tam rarum[61]), longe autem rarius relate ad pancreas[62]) et lienem[63]), tubam Fallopii[64]) nec non cerebrum[65]). Nosse autem juvat, flavedinem partium internarum, etiam in cadaveribus hominum *non* ictericorum, observatam fuisse[66]).

§. LI.

Caussae.

Generatim.

1. *Icteri aetiologiam*[1]) investigando, cavendum, ne caussae, quae spectant ad morbos systematis hepatici, quorum symptoma solummodo est aurigo, ita considerentur, ac si ictero immediate ansam porrigerent; et ne propriae auriginis caussae, illis morborum systematis hepatici praepostere adscribantur. 2. Con-

nit alicujus viri, qui ictero laboravit, post cujus obitum *omnia fere viscera illaesa reperta.*

61) „Maxime tamen notandum, inquit Brüning (op. citando), omnia, quot quot a medicis secta sunt, defunctorum ex morbis his ictericis cadavera nullum unquam exhibuisse vel hepatis, vel cystidis felleae, aut ductuum biliariorum visibile vitium.“ — Et Heberden l. c. p. 136.): „*The liver of these persons, though they had for many years suffered frequent fits of the jaundice, was perfectly sound.*“ Et Stoll (l. c. p. 257.): „Icterici hepar et vesicula fellea et lien et mesenterium ejusque glandulae, sanorum erant similia.“ — Et Burserius (l. c. p. 445.): „Saepe in ictericis nullum hepatis vitium, nulli calculi fellei.“ — Et Portal (*Maladies du foie* etc. p. 134.) „*Aussi a-t-on observé dans plusieurs sujets que la jaunisse avait été très-intense, sans qu'on ait pu remarquer non seulement la moindre obstruction, mais même la plus légère altération dans le foie.*“ Et Andral (l. c. p. 5.): „*Enfin dans plusieurs cas d'ictère, on ne trouve aucune altération ni dans le foie, ni dans ses dépendances.*“

62) Galbati l. c. Cfr. Cap. XI. XII. XIII.

63) Portal l. c. p. 145. Cfr. Cap. XVI. XVII. XVIII.

64) A tumore hydropico tubae Fallopianae enormi compressum excretorium bilis ductum icterumque progenitum memorat Dekkerus (Exercitat. pract. cap. VIII. §. 689).

65) Andral l. c.

66) „*Nous avons vu les os, dans des sujets qui n'avaient eu aucune apparence de jaunisse, qui avaient une teinte jaune, et que nous avons fait aussi la remarque à l'égard des membranes et des tendons qui nous ont paru plus jaune que dans l'état naturel chez quelques sujets nullement ictériques.*“ Portal l. c. p. 156.

1) Meckel. *Nouveaux Mémoires de l'Académie des sciences et des belles lettres de Berlin.* 1770; — Lensky Diss. de icteri

2. Constat icterum quibusdam familiis peculiari modo addictum esse [2]); — aliquando morborum epidemicorum more regnare [3]); saepius nautas [4]), metallicos [5]) hominesque temperamento cholerico et systemate C. praedisponentes.

originibus. 1787; — Lembke Diss. Analecta ad icteri aetiologiam spectantia. Goetting. 1795; — Itzen Diss. Meletemata de causa icteri. Hal. 1798.

2) Vilnae anno 1810 tres curavi sorores ictero laborantes, quorum mater et avia eodem morbo laboraverant. Swieten de morbis haereditariis sermonem instituens (Op. c. T. I. §. 485.) ait: „Solebat hac occasione suis auditoribus dicere celeberrimus auctor (Boerhaave), quod familiam novisset, in qua omnes certo aetatis termino fiebant icterici." — Memorabile icteri haereditarii exemplum refert W. Griffin (Ex *Dublin Journal* in Froriep's *Notizen aus dem Gebiete der Natur und Heilkunde. B.* 42. p. 73). Jam dudum Bücking (Baldinger's *Neues Magazin der Heilkunde. B.* 11. p. 306) de ictero infantum haereditario locutus est Haec singulari modo contrastant cum confessione Villeneuve (l. c.): „*Relativement à l'hérédité, nous n'avons trouvé dans les auteurs aucun fait qui établisse que cette maladie (l'ictère) soit plus fréquente dans certaines successions d'individus, que dans d'autres.*"

3) Jam Hippocrates icteri epidemici meminit (De internis affectionibus cap. XLVIII). De tali praeterea ictero testantur: Paschal Lib. I. De curandis morbis cap. XLIII; — Valescus Taranta Phil. Pharmaceut. Lib. V. cap. VIII; — Herliz Diss. de ictero speciatim epidemico. Goetting. 1761; — *Procès verbaux des p r i m a m e n s i s de l'ancienne faculté de médecine de Paris*; — Brüning op. citando; — L. F. B. Lentin *Beobachtungen über die epidemischen Krankheiten im Oberharz von 1777 bis 1782.* p. I. et *Beiträge zur Arzneiwissenschaft.* p. 24. — Ranoe Acta R. Societatis Havn. Vol. *III.* p. 379; — Fritze. *Medicinische Annalen. B.* 1. p. 193; — Fr. Kercksig. Hufeland's *Journal. B.* 7. *St.* 3. p. 94. — L. Mende. *Epidemische Gelbsucht der Jahre* 1807—1808. Hufeland's *Journal B.* 31. 1810. *St.* 8. p. 79. Memoratu dignum est istis annis 1807—1808 icterum etiam Wilnae epidemicum fuisse tempore autumnali et hyemali. Invadebat praesertim illos, qui brevi antea diarrhoeam aut dysenteriam perpessi erant. Similia acciderunt Regiomonti, ut mihi retulit amicus Hufeland, qui temporibus illis calamitosis dictam urbem, Aula Regia Borussica ibi translata, inhabitavit. Cfr. Acta mea Instituti Clinici C. universitatis Wilnensis. Ann. III. p. 90. — Ignorabam quod Frank, natus anno 1745 „*witnessed two epidemics of jaundice, one at Mayence* 1754, *and another of Gent* 1742." Stokes l. c. p. 199.

4) Linnaeus Diss. morbi nautarum Indiae. Upsal. 1786. Amoenit. Acad. Vol. VIII. p. 27.

5) Graeuwen l. c. p. 97. („*Zu den entfernten und zufälligen*

mate nervoso, praesertim abdominali praeter modum excitabili instructos [6]), ideoque hypochondriacos et hystericas [7]) invadere, — atque recens natis familiarem esse, quin caeteris vitae periodis, fere sine sexus discrimine [8]), parcat.

C. excitantes.

3. *Icteri evolutio* observata est post nisum in pondere elevando [9]) et sub partus opere [10]); post violentias externas hypochondrio dextro illatas [11]); post vulnera capitis et ventriculi [12]); post motum nimium [13]) nimiamque quietem [14]); post iram [15]), terrorem [16]), moerorem

Ursachen der Gelbsucht gehören .... 2° eine durch schlimme und giftige Dämpfe verderbte und verunreinigte Luft, vornehmlich in den Bergwerken, daher die Bergleute der Gelbsucht sehr unterworfen sind").

6) Vogel l. c. §. 634; — Marcard l. c. p. 128; — Vogler l. c. p. 13. („*Allzugrosse Reizbarkeit und Empfindlichkeit der Nerven überhaupt, besonders der ersten Wege; eine sehr gewöhnliche allgemeine Ursache, die ohne alle Fehler in der Leber, in der Gallenblase, und den Gallengängen da sein kann, und ohne welche jede vorhandene nicht sehr reitzende Materie schwerlich Krämpfe oder Gelbsucht erregen wird*").

7) Winckler Diss. exhibens aegram ictero flavo ex passione hysterica oborto, correptam. Altd. 1689.

8) „*Men and women seem equally liable to this malady (jaundice); in a continued succession of a hundred patients I counted 52 males and 48 females.*" Heberden l. c. p. 140.

9) Acta mea Instituti Clinici Wilnensis. Ann. I. p. 106.

10) Hoechstetter Observat. medicarum Decur. VIII. p. 198. Francf. 1674; — Grabuwen l. c. p. 105; — J. P. Frank l. c. („Vel ipso sub partus officio aliquando subnascitur icterus, ac turbis illius compositis mox iterum solvendus").

11) Bang Acta R. Societatis Havn. Vol. I. p. 165; — Vater Diss. de ictero ex contusione dextri hypochondrii, per diarrhoeam criticam soluto. Viteb. 1733.

12) Bartholinus cent. V. hist. 62. et VI. hist. 85; — Lieutaud op. c. P. I. obs. 729; — Baldinger *von den Krankheiten einer Armee. Langensalza* 1765.

13) Camerarius Diss. cit. p. 5.

14) R. Solenänder Consilia medica Sect. III. p. 236.

15) Riverius Observat. Cent. II. No. 9; — Bierling Adversaria Curiosa. Jen. 1679. T. I. p. 79; — Morgagni Op. c. Epist. XXXVII. 2. 3.; — Bichat *Anatomie générale T.* I. p. 83. et *Samml. auserl. Abhandlungen für prakt. Aerzte. B.* 21. *St.* 3. p. 55; — Horn *Archiv für die prakt. Medicin. B.* 1. p. 290; — Joh. Stark's *Archiv. B.* 2. *St.* 2. p. 131, et quotidiana experientia.

rorem[17]), aliaque animi pathemata[18]), gaudio non excepto[19]); post dolores[20]), imprimis colicos[21]); post deglutitionem fungorum[22]), mytilorum[23]), croci[24]), seminum staphidis agriae[25]), stramonii[26]); plumbi[27]); post actionem fumi tabaci[28]) et vaporum arsenici[29]) et mercurii[30]); post usum internum phosphori[31]); post

16) Boccone *Curiose Anmerkungen. Frankf. u. Leipz.* 1679. p. 472; — Morgagni l. c. art. 4; — Vering *Psych. Heilkunde. B.* 2. *Th.* 1. p. 204. (Terror ab ictu sclopeti).

17) Stoll Rat. med. P. III. p. 361; — Gilibert adversaria medico-practica prima.

18) Spes frustata, ambitio laesa. Sic patris mei inter schedas observationem inveni, tempore Congressus Europaei ann. 1815. Vindobonae celebrati, icterum solito crebrius obvenisse. Plurima de variis animi pathematibus ut caussis icteri, retulit Desessartz. *Recueil périodique de la société de santé. T. I.* p. 21.

19) Pechlin Observat. physic. medic. p. 467. (Icterus a gaudio concitatus in quodam, cui nuntius referebat, ipsi jam seni, filium esse ex conjuge juvencula natum). Louyer — Villermay. *Mémoires de la société d'émulation. Année* 5. p. 324.

20) „*Des hommes sont devenus très-jaunes pendant des violents accès de goutte et de rhumatismes cruels; des femmes pendant le travail de l'accouchement, et très-souvent on a remarqué des jaunisses après des opérations chirurgicales, après des accès hystériques, épileptiques etc., après des plaies, des piqûres de nerfs, des luxations de membres, des fortes contusions ou compressions*" (Portal l. c. p. 140.). De ictero, sine ullo systematis hepatici vitio, ab hernia inguinali incarcerata excitato, testatur Cohausen (Commercium literarium Norimbergense. 1747. hebd 26).

21) Bartholinus Hist. anatom. Cent. V. hist. 62; — Hoechstetter l. c. Decur. VIII. cap. 4. aliique multi.

22) Lemonier *Histoire de l'Académie des Sciences.* 1749.

23) M. Moehring Epistola de veneno mytilorum. Haller Collect. Disputat. Vol. III.

24) Alberti Jurisprudent. medica. Lib. III. p. 71; — Graeuwen l. c. p. 112.

25) Lossius Libr. III. obs. 38.

26) B. Rust Diss. de balsam. vulner. Dipp. Goetting. 1770.

27) Fernelius De curat. luis venereae. cap. 7; — Bonté. *Journal de Médecine. Novembr.* 1761. *Janvier* 1764.

28) Borellus Cent. IV. obs. 31. Observatio haec mira non videbitur illis, qui effectus nicotianae noscunt.

29) Zacut. Lusitanus op. c. lib. III. obs. 76.

30) Erdmann, Graefe's und Walther's *Journal. B.* 20. *Heft* 4; — Beli. op. c. p. 105.

31) Ter repetita Kimlyi observatione, majores phosphori doses sub forma emulsionis contra amaurosin adhibitae icte-

post morsum serpentum [32]), viperae imprimis [33]), et (concurrente verisimiliter terrore) aranearum [34]), scorpionum [35]); sciuri [36]), felis [37]), canis [38]); post refrigerium [39]) et abusum potus aquae gelidae [40]), vini [41]), alcoholis [42]); post suppressionem haemorrhoidum

rum, cremoris tartari usu celeriter cyanescentem, excitasse, refert KOVEN. Diss. cit. p. 55.

32) BONG. *Asiatic Research. Vol.* 6. et VOIGT *Magazin für den neuesten Zustand der Naturk. B.* 3. p. 70. — MOODDE. *Medical and physical Journal. April* 1804. et HUFELAND *und* HARLESS *Neues Journal der ausländisch. med. chir. Literatur. B.* 3. p. 121; — MOSELEY *Von den Krankheiten zwischen den Wendezirkeln.* p. 99. — G. SALLUCH *Riflessioni sopra un morso di serpe.* DE RENZI *Filiatre Sebezio.* 1841. *Gennajo.* p. 26. (Nisi icterus, saltem ecchymomata).

33) GALENUS de locis affectis. Lib. V. cap. VIII. (Imperatoriorum sane servorum, quibus munus est venandi viperas, quidam morsus, aliquanto tempore medicamenta sibi consueta potabat, sed quum color universus mutaretur ipsi, adeo ut porraceus evaderet, accedens singula nobis enarravit, et epota theriaca quam celerrime color secundum naturam ei restitutus est). ZACUTUS LUSITANUS De medic. princ. Lib. II. hist. 115. obs. 20; — BRASSAVOLA Comment. in HIPPOCRATEM. Aphor. 62. Sect. IV; — MERCATUS Opp. T. III. p. 351. („Aeger subito toto corpore colore mutatur, sed color in toto corpore non est sibi similis, quod diversis maculis inficiatur, *luteis praesertim*, sed nigris etiam et coeruleis, ac fuscis, maxime in dorso, haud secus quam in pestilentibus et malignis febribus"); — MORGAGNI op. c. Epist. LIX. 36. Quamvis nec Patri meo, nec mihi etsi diu Insubriam inhabitantibus, icterus ex viperae morsu obvenerit; de eo tamen testantur plurimi hujus regionis medici, inter alios nosocomii Novocomensis moderator CARLONI. Caeterum longe abest ut quivis viperae morsus icterum producat.

34) ETTMÜLLER Praxis. Lib. I. Sect. XVII. c. 3. art. 4.

35) GALENUS l. c.; — MARCELLUS DONATUS Hist. med. mirabiles. Lib. II. cap. IX.

36) Ephemer. Acad. Natur. Curios. Dec. II. Ann. IX. obs. 188.

37) LANZONI Nov. Act. physic. med. obs. 96. T. I. p. 174.

38) BARTHOLINUS Cent. III. hist. 4.

39) RIDLEY Observ. Medic. et physiolog. 24. p. 100; — Miscell. Acad. Natur. Curios. Dec. III. Ann. IV. obs. 86. (Ex immersione subitanea pedum in aquam frigidam); — FUCHS Diss. de rusticorum affectibus p. 33.

40) Miscellan. Acad. Natur. Curios. Dec. III. Ann. I. obs. 86; — RIEDLIN Cent. II. obs. 73.

41) ARETAEUS l. c. — GRAEUWEN l. c. p. 113.

42) SYLVIUS DE LE BOE. Prax. med. Lib. I. c. XLVI. p. 796.

dum [43]); sub variis graviditatis periodis [44]), et puerperio [45]), a suctione lactis matris iratae [46]), meconio [47]), vermibus [48]), saburris [49]), flatibus [50]), purgantibus munus non probe explentibus [51]), erroribus in victu [52]), suppressione praepostera febrium intermittentium [53]), herpetis [54]), exanthematum [55]), fonticulorum [56]), ulcerum [57]), fluoris albi [58]), et sudoris [59]).

4. Multi

43) Ephemerid. Acad. Natur. Curios. Dec. I. Ann. IV. et V. Append. p. 51; — Housset *Journal de médecine. T.* 23. p. 312.
44) §. LIII. No. 3.
45) Forestus Lib. XIX. obs. 21. (ex suppressione lotiorum).
46) Ephemerid. Acad. Natur. Curios. Cent. I. et II. obs. 90; — Osiander *Annalen der Entbindungs-Anstalt in Göttingen. B.* 1. *St.* 1. p. 90. 93.
47) Mahr *Med. Wochenblatt.* 1784. *No.* 3. Cfr. §. LV. No. 4.
48) Boehmer Diss. de difficili saepe causarum scrutinio in morbis, exemplo icteri in puero verminoso observati. Hal. 1775; — Brüning op. citando p. 121. („Producunt regium morbum vermes, dum vel sub ingressum suum, in ductu choledocho haerentes bilis in duodenum iter claudunt; vel dum actu in cystide habitantes rostro suo internas hujus receptaculi parietes irritando stricturas harum partium spasticas excitant.“); — *Samml. auserles. Abhandl. für prakt. Aerzte. B.* 14. p. 183; — Grabuwen l. c. p. 183. Plures icteros a vermibus in pueris praesertim Judaeis Lithuaniae observavi.
49) In colo intestino hepati proximo. Welsch in J. Allen Synopsis universalis medic. Cap. VIII. art. 50. p. 308; — *Sir* Henry Marsch in *Dublin Hospital Reports. T. III.* p. 270.
50) Moebius Fundam. Physiologiae. Cap. XV. p. 372.
51) „Fit enim icterus a medicaminibus ventri fluviis potui datis, atque permanentibus et minime exclusis.“ Caelius Aurelianus Lib. III. Cap. V. Cfr. Ludovicus Mercatus T. III. p. 354; — Stoll Rat. medendi P. III. p. 390.
52) Ex immodico pomorum et castanearum esu. Horstius Lib. IV. obs. 36.
53) Commercium literarium Norimbergense, 1735. heb. 31. 1738. heb. 5.
54) Richter *Medic. Beiträge. Götting.* p. 65.
55) Stoll l. c. p. 389. obs. 11.
56) Grabuwen l. c. p. 170.
57) Amatus Lusitanus Cent. I. Cur. VIII. — Marcellus Donatus Lib. IV. Cap. XIX. p. 413.
58) *„J'ai vu des femmes atteintes d'ictère après des suppressions de fleurs blanches, et après des gonorrhoées même vénériennes, dont l'écoulement était arrété, ou avait été supprimé par des injections stiptiques.“* Portal Op. c. p. 138.

C. proxima. 4. Multi ingenia sua anxie torserunt ad *caussam proximam* icteri[60], et praesertim flavedinis superficiei corporis externae[61]) detegendam. Caussa illa posita fuit: 1° in sanguinis morbosam conditionem[62]); 2° in bilem sanguini inhaerentem[63]) aut cum eo non rite mixtam[64]); 3° in bilis secretionem a hepatis vitio

59) „*Une dame que j'ai connue, était depuis long-temps sujette à une excrétion copieuse et très-forte par la peau du creux des aiselles; elle crut devoir la supprimer avec la poudre d'alun; elle y reussit, mais elle devint jaune très-promptement, et elle ne fut güerie de la jaunisse que lorsque cette excrétion fut rétablie.*“ Idem ibidem.

60) Otto Diss. variae theoriae de proxima icteri causa. Francf. ad Viadr. 1795; — S. M. Trier Diss de Ictero, continens varias de causa hujus morbi proxima sententias. P. I. Kopenhag. 1825. P. II. 1827; — Koven Diss. cit. qui cum peculiari diligentia auctorum de caussa proxima icteri opiniones collegit.

61) Clairon *Mémoire sur la couleur jaune des ictériques. Journal de Médecine continué. Vol.* 10. *p.* 288; — Gautier *Recherches sur le système cutané de l'homme. Thèse. Paris* 1811; — Lecat *Traité de la couleur de la peau*; — Lassaigne *Recherches sur la cause de la coloration jaune de la peau* etc. *Bulletin des sciences médicales.* 1822. *Mai. No.* 5. p. 11; — De Renzi *Pensieri sulla patologia generale. T.* 2 p. 5.

62) Huxham Opp. physico-medica. T. II. (Putat caussam proximam icteri ex nimia sanguinis spissitudine explicandam esse, cujus culpa tenax fel secernitur, quod ductus biliares obturat ita, ut igitur hepatis obstructio pro effectu potius quam pro caussa morbi habenda sit.)

63) Galenus (De locis affect. Lib. V.) bilem jam sanguini immixtam esse censuit, caussisque externis, ut quorundam animalium morsu, sine hepatis auxilio sanguinem in bilem verti, quae cuti suffusa, icterum efficeret. Multo serius Pechlinus similem opinionem edidit, putans principalem fellis materiam tali modo sanguini inhaerere, ut fermentum accedens idem absque hepatis actione expediret, eoque in cute deposito icterum nasci. Ejusmodi vero fermenta animi perturbationibus, vel viroso animalium morsu sanguini advehi. Juvat hic Portalium audire dicentem (l. c. p. 157): „*Nous ne pouvons pas nous dissimuler que les chimistes qui se sont tant occupés de l'analyse de nos humeurs, et sans beaucoup de succès pour la clinique, n'ont découvert dans le sang ni le principe colorant de la bile, ni son amertume.*“)

64) Sylvius de le Boe (Opp. Cap. XLVI. §. 53) pro icteri caussa habuit auctam bilis tenuitatem et spirituositatem, ideoque ad rite et satis cum cruore effervescendum inepti-

tio impeditam[65]); 4° in facultatem cutis jecinoris munus vicarium sustinendi[66]); et 5° in regressum bilis jam secretae ad sanguinem[67]). Ejusmodi regressus caussa quaesita est in obstaculis mechanicis[68]), aut in spasmo[69]) normalem bilis cursum impedientibus. Putarunt bilem pervenire alii per initia ductuum biliariorum in ramos venae portae et per eos in venas hepaticas, et per has tandem in venam cavam[70]); et alii per vasa lymphatica[71]) in ductum thoracicum et venam cavam.

5. Objicitur tribus primis opinionibus, quod bilis Continuatio.

T. 2

tudinem, quare cum sanguine non accurate commisceretur, sed facillime inde secederet cutimque tingeret.

65) Swieten l. c. §. 918. („Si magna pars extremorum finium venae portae immeabili humore infarcta fuerit, impedietur haec secretio bilis hepaticae, et illud liquidum, quod paulo post *bilis* vocaretur, manebit mistum reliquis, et cum sanguine per totum corpus movebitur; adeoque debebit necessario sanguini induci quaedam cacochymia, cum maneat in sanguine et accumulentur quaedam partes, quae naturaliter non debeant adesse, vel saltem non tanta copia.").

66) Sprengel *Handbuch der Pathologie. Th.* 3; — Henke *Specielle Pathologie. Th.* 2; — Müller Diss. cit. p. 8.

67) „Principium auriginis est obstructio vasorum biliariorum, et bilis refluxus in sanguinem." Sauvages l. c.

68) „Si meatus ad intestinum bilem deferentes, phlegmone aut scirrho interclusi fuerint, vesicula autem exundaverit, bilis retrolabitur, cum sanguine igitur miscetur, qui per totum corpus discurrens, secum bilem vehens in omnia membra diffundit, atque ita corporis species bile tingitur." Aretaeus (De caus. et signis morbor. diuturn. Lib. I. Cap. XV. — Cappenell De motu bilis ejusque laesione in ictero. Lugd. Bat. 1687.

69) Brüning, de Chaux, Marcard, Vogler ll. cc.

70) Haller accipit bilem secretam per venas sanguini rursus advehi (Soemmerring De morbis vasorum absorbentium p. 122). Darwin contendit fel jam paratum vasorum in glandula secretoria capillarium motu antiperistaltico in circulum universalem repelli. (*Zoonomie a. d. Engl. Th. I. Abth.* 2. *Abschn.* 20. 2). Et Westrumb contendit bilem a venis absorberi. (*Physiologische Untersuchungen über die Einsaugungskraft der Venen. Hannov.* 1825).

71) Marcard *Theorie von der Gelbsucht durch Einsaugung.* — Gruner *Almanach für Aerzte und Nichtärzte auf das Jahr* 1791; — Mascagni op. c. vers. Germ. p. 28; — Vogler l. c. p. 34; — Portal l. c. p. 157.

lis non insit sanguini, nec nisi secretione ex eo oriatur, nec antequam secernatur sit bilis, ideoque si non in hepate secernatur, non remanere ac accumulari in sanguine ut icterum producere possit[72]. Objicitur opinioni quartae, quod quemadmodum nec seminalis in sanguine materia deest, quin tamen absque testibus semen eunuchi habeant, ita nec materiam quae ab hepate secreta haud fuerit, bilis dicenda sit[73]. Etiamsi quinta opinio contradictoribus non caruerit[74], ea tamen, certos inter limites, maxime veritati consona videtur.

Finis. 6. Superstruitur nimirum factis, quae de origine icteri ex caussis mechanicis cursui bilis in jecinore, in poro hepatico, in cystide fellea, in canali cystico, in ductu choledocho obstantibus, abunde testantur[75]. Nec valet objicere talia obstacula etiam sine aurigine obvenire; nam ut icterus ex iis oriatur, oportet

72) Selle l. c. 73) J. P. Frank l. c.

74) J. G. Bergen Diss. de bile icteri causa ficta. Francf. 1710; — Thilowius Diss. anatomico-physiologica de vasis bilis resorbtam ex receptaculo chyli ad renes ferentibus. Erford. 1790. Etiamsi Fourcroy et Vauquelin *Mémoires de l'Institut pour l'an* 1806. *Sciences physiques et mathématiques. T.* 6.) nec non Clairon (l. c.) bilem in sanguine ictericorum admittere inclinent; nihilominus Thénard (*Traité de chimie élémentaire*) monet: „*que les preuves apportées en faveur du passage de la bile dans le sang, laissent trop à désirer pour qu'on puisse l'admettre.*“ Et Deyeux peracta analysi sanguinis icterici concludit: „*Quelleque soit au reste, la cause qui contribue à la production de la matière colorante jaune dont le sang se trouve quelquefois impregné, il n'en est pas moins certain que cette matière étant absolument différente de la bile entière, on a tort lorsqu'on parle de malades attaqués de la jaunisse, de dire, que la couleur jaune qu'on remarque sur toute l'habitude de leur corps, est produite par la bile qui a passé dans le sang*“ (*Dictionnaire des sciences médicales* l. c. p. 399).

75) Cap. II. §. VI. 2; — Cap. IV. §. XIV. 4; — Cap. V. §. XXI. 1. 2. 3; Cap. VI. §. XXX. 2. 3. 4. Cap. VII, §. XXXVII. 2. 3; — Cap. VIII. §. XLIV. 7. 8. 9.

oportet ut via bili omnino occlusa sit. E contrario vitae tempore obstacula bilis cursui sese opponere possunt, quae, quoniam cum morte cessant ex cadaverum perlustratione minime emergunt, ut e. c. contractio spasmodica viarum biliferarum. Recordabimini oesophagum dysphagia laborantium interdum post mortem sano ampliorem detectam fuisse[76]). Silentio praeterimus disceptationes nimis hypothesin redolentes circa caussam proximam spasmi hepatici[77]), circa locum bilis resorptioni maxime faventem[78]), circa modum quo resorptio ejusmodi contingit[79]), et sanguis inde inqui-

76) P. III. Vol. I. Sect. 2. Cap. X. §. XXVIII.

77) E. Horn (l. c. p. 137) ait: „*Wahrscheinlich ist die Gelbsucht nichts anders als die Wirkung eines örtlichen Leidens der Leber, welches wahrscheinlich beruht auf einer Abweichung derselben von dem gehörigen Grade der Vitalität auf einer Abnahme derselben.*"

78) Marcard (l. c. p. 12) icterum potius ab absorbta *bile cystica*, quam hepatica derivat. Vogler (l. c. p. 14.) *ductus* imprimis *biliares* accusat. Portal (*Samml. auserl. Abhandl. B.* 8. p. 8.) probando operam dedit resorptionem bilis potissimum in *intestinis* locum habere. Monet vero Cullen (l. c. §. 1817): „*I apprehend that jaundice is seldom produced in that manner*" Interea valent J. P. Frank (l. c.) verba: „ubicunque bili in duodenum largiter effusae, atque hoc in canali, altera quasi cystide, detentae, obstaculum sat longum ponitur, ibi et resorptioni ad sanguinem abundantiori, et ictero, locus debetur." Cl. Stokes (l. c. p. 197) itaque resorptionem bilis in intestinis plane praetervidit, ubi ait: „*We may have jaundice co existing with even a copious flow of bile. This is a strong proof in favour of the opinion, that some cases of jaundice have no connexion or dependence on the absorption of bile into the system, as, in the instance to which I have alluded, there is no mechanical retention of bile; the biliary ducts and gall-bladder are open, the bile passes freely into the intestines, and yet the whole body is jaundiced.*" — Marcard (l. c. p. 106) tandem contendit bilem per poros inorganicos vesiculae felleae, in *cavum abdominis* penetrare, ibique a vasis lymphaticis receptam in sanguinem duci posse, quoinde icterus nasceretur. Reprehendit illum Tode. *Medicinisch - chir. Bibliothek B.* 7. p. 79 — 125

79) Meckel (l. c. p. 48) et Dreyssig (*Handbuch der Pathologie der chronischen Krankheiten* p. 221 et 243.) statuerunt, icterum bilis resorptione per vasa lymphatica et per venas peracta, produci. Most (l. c. p. 456) affert icterum

inquinatur[80]); id solum observando ad icterum producendum verisimiliter resorptionem bilis pigmenti sufficere[81]). Postremo quum ipse sanguis suum habeat pigmentum, icterus immediate ex illo proficisci posset[82]). In ea nempe semper versati sumus opinione non omnem icterum a bile repetendum esse[83]).

§. LII.

etiam oriri, si, secretione et excretione bilis etiam rite procedente, vasorum lymphaticorum absorbendi vis morbose aucta sit.

80) Duce HIMLY, proclamat KOVEN (Diss. cit. p. 19): „Icterus sanguinis est hypercarbonisatio ex systematis biliosi vitiis oriunda.“ — WEDEKIND (l. c. p. 223) eadem audacia edixerat: „*Die Materie der Gelbsucht ist verdorbenes oder oxydirtes Fett.*“

81) BRANDIS contendit flavum cutis in ictero pigmentum non infiltratione mechanica depositum, sed processu vitali organico esse secretum.

82) BIANCHI (op. c. P. II. Cap. X. p. 185) monuit: „Sunt duo primaria icteri genera ... *icterus a vitio hepatis* ... et *icterus a causa solutiva sanguinis.*“ — HELMONTIUS (Scholarum humoristicarum passiva deceptio atque ignorantia. Cap. V.) bilem icteri caussam esse omnino negavit, talemque prodidit, virus excrementosum seu cruorem flavum et stercoraceum, sive stercus liquidum flavum secundae digestionis prolem, sursum praeter naturam ruptum in venas et totum corpus dispersum.

83) Jam quadraginta et quod excurrit ante annos scripsi: „Judicium quod ex *colore* facias, in omni fere re fallax est et dubium. Non enim omne id, quod in corpore humano notatum flavo colore cernis, eundem a bile obtinuit. Ecchymoses e. g. licet a caussis prorsus localibus inductae, initio rubrae sunt, denique in atrum ac in viridescentem, et postremo in flavum commutantur colorem. Ideone dicemus ecchymoses a bile ducere originem? Ipsorum sputorum flavedinem, praesertim in peripneumonia, non a bile pendere, equidem arbitror. Colorem scilicet istum a sanguine potius derivarem, qui vigente morbo magna copia excreatui commixtus invenitur, unde proprium adspectum purpureum conservat; sensim sensimque vero, in melius vertente aegritudine, copia minori sputis junctus, non amplius rubrum, sed flavum colorem ostendit. *In non paucis ictericis cutis flavedinem minime a bile pendere mihi quidem persuasum est.* Quomodo enim, qui hoc negat, explicare valeat icteri originem, quae iram acriorem mox subsequitur? Tempus, mehercle, nimis breve est, ut bilis ex ipso hepate, vel ex cystide fellea reabsorpta, per totum corpus diffundi possit. Speciosam saltem illam hypothesin approbare non possum, quae universum systema, sub certis rerum positionibus, ad bilem secernendam aptum existimat.

§. LII.

Diagnosis.

1. Praeter icterum nullus alius est morbus, in quo exterior habitus, lutescente colore adeo reperitur deturbatus. Facilis.

2. Extra morborum limites locata est *flavedo fugax*, de qua LORRY[1]), quamque aliquoties in feminis cuti tenerrima candidissimaque instructis tam post iram et dolores, quam post vigilias et jejunium observavimus. Ex quibus ultimis caussis etiam viri facie rubicunda dotati, transitoria flavedine affici solent, donec iterum a somno aut pastu restaurati sint. Flavedo fugax.

3. *Simu-*

Magis hinc rationi consonum mihi videtur, flavedinem eam, quae saepe post iram in universa cute conspicitur, a sanguine exigua copia in cellulosum textum effuso, ibique cum humoribus diluto, derivare. Quare icteri haec species pro levi admodum haemorrhagia, in tractu vasorum sanguiferorum locum habente, declaranda, mihi quidem videtur. Quam opinionem analogia magis etiam tuetur et firmat. Quis enim ignorat, post vehementem iram magnas saepe haemorrhagias oriri? Porro, quum in ipsis febribus nervosis continuis haud raro sanguinis fluxus oriatur, nonne forsitan et flavedo illa oculorum, facici, immo universae machinae, quae in his febribus, praesertim vero in febre illa *flava Americanorum* occurrit, pariter a levi haemorrhagia et non a bile, derivanda essent? Haec saltem explicatio a phaenomenis, quae in scorbuto observavimus, aliquo modo confirmatur. In hac scilicet aegritudine, mihi non raro visa, sanguis facile per omnia colatoria stillat, ac in cellularem textum sese effundit. Hac ultima ex causa, si morbus gravior, maculae atrae; si levior idem, *flavae* in tota cute cernuntur. Imo non raro icterus cum scorbuto junctus est, etsi vitium locale ad hepar desit." (Ratio Instituti Clinici Ticinensis. Viennae 1797. p. 47.). Similia J. P. FRANK (l. c.) protulit. Potuisset quoque *icterus a viperarum morsu* ut exemplum auriginis non biliosae adduci; enim vero adeo cito et rapide cutis flavedo evolvitur hoc in morbo, ut tempus pro bilis absorptione plane deficeret. Praeterea icteri universalis loco, post viperae morsum saepe ecchymoses varii coloris occurrunt. Nec desiderantur haemorrhagiae."

1) *Histoire de la Société de médecine de Paris.* 1779. (De flavedine cutis loquitur, per dimidiam solam horam durante.)

Icterus simulatus.

3. *Simulari potest icterus* cuti illiniendo succum herbae chelidonii majoris [2]), infusum radicum curcumae longae, rhei etc.[3]). Immo sola jam croci contusio ad flavum corpori colorem conciliandum sufficit [4]). Admoniti itaque fuere medici, militares imprimis et carcerum, ne in aegrotis de fraude suspectis icteri praesentiam prius admittant, quam faecum et urinae conditiones eam confirmaverint. Quod monitum sane optimum foret, si faeces in omni ictero a norma deflecterent, sique non constaret, deglutitionem diuturnam acidi muriatici illas griseas reddere [5]). Nemo praeterea ignorat, urinam per usum internum radicis rhei flavam evadere. Nihil itaque restat quam ad conditionem respicere oculorum, quorum flavedo, etsi non sistat icteri symptoma pathognomonicum, tamen constantissimum est, et arte, nisi facta per contusionem ecchymosi, neutiquam imitari potest [6]).

Monita quaedam.

4. Diximus oculorum flavedinem non esse icteri signum pathognomonicum [7]); enim vero praeterquam quod illa flavedo nonnullis hominibus sanis propria est

2) „*Dans une note insérée par M.* Hubert *dans le troisième volume du Journal, de la société de médecine de Paris, il est fait mention d'une femme qui, pour obtenir sa sortie d'une prison ou elle était détenue, se donna une jaunisse factice en se frottant le corps avec du suc de grande chelidoine. Cet artifice réussit au point qu'un officier de santé lui fit obtenir une mise en liberté pendant deux mois, au bout desquels il certifia encore que la maladie était de longue durée.*“ (*Dictionnaire des sciences médicales* l. c p. 441.)

3) Marshall *medical and chirurg. Journal No.* 89.

4) Riedlin Lin. med. 1695. p. 41.

5) Ex Beck *Elements of medical Jurisprudence* a Dunlop edit. in Froriep's *Notizen aus dem Gebiete der Natur und Heilkunde. B.* 14. p. 57.

6) Referente Marshall (l. c.) *fumus* ad hunc scopum consequendum incassum adhibitus est.

7) Titius Diss. de signis icteri pathognomonicis. Tübing. 1793.

est [8]), in ictero recens natorum saepius desideratur, et quandoque, licet rarissime, etiam in adultorum aurigine [9]). Porro, integrae nationes quum cute flava instructae sint, duce GRAEUWEN [10]), icterum definivimus pro mutatione *adspectus naturalis* in flavum. De eo nunquam ad candelae lumen, ubi res quae leviter flavescunt albae apparent, judicandum est. Neglectui hujus cautelae verisimiliter adscribendum, cur nonnulli, nocte accedente, icterum cessare asserant [11]). In aethiope [12]) latentem auriginem dumtaxat cognoscere potuimus ex flavedine albugineae oculorum et volarum manuum, nec non ex conditione icterica urinarum et faecum. Conditio autem ista, sicuti non in omni, ut monuimus, ictero occurrit [13]); ita etiam sine cutis flavedine observata est [14]).

5. Solemnes sunt *icteri*, cachexiis adscripti [15]), et Icteri divisiones.

8) DE HAEN Tractatus de vermibus intestinorum et *Ictero*. Append. ad Praelect. BOERHAAVII Institut. patholog. Viennae 1780. p. 14.

9) E. A. NICOLAI *Fortsetzung der Pathologie B.* 2. p. 388.

10) Op. c. p. 87.

11) CASIMIR MEDICUS *Geschichte periodischer Krankheiten. B.* 1. p. 57.

12) Famulus erat comitis a Pergen.

13) Quum obstructo ductu cystico, bilis in cystide collecta absorberi possit, quo tempore bilis flava hepate secreta ad intestina fluit „intelligitur hominem et ictericum totum fieri, et simul flava reddere alvi excrementa." HAEN Rat. medend. Part. IV. p. 120.

14) Ubi scilicet bilis candida est et viscida (HAEN l. c.) aut intestina mucum album secernunt.

15) HENNECKE Diss. de cachexia icterica. Duisb. 1745; — RICHTER Diss. de cachexia icterica. Goetting. 1745; — SAUVAGES l. c.; — CULLEN Nosolog. Class. III. cachexiae. Ordo III. impetigines; genus 87. icterus; — SAGAR Systema morbor. symptomaticor. Cachexiae. Ord. 24. Ictericae. Genus 33. Aurigo; — SWEDIAUER nov. nosol. method. system. Class. IV. Cachexiae et cacochymiae. Genus. 231. Icterus.

et jure multiplicis dicti [16]) *divisiones* *) in *flavum* [17]) et *nigrum* [18]) seu *melasicterum* (cum morbo nigro [19]) non confundendum [20])). Interea omnes conveniunt, duas ejusmodi icteri species non ut quondam creditum est, ex diversorum viscerum affectionibus pendere [21]), sed a vario flavedinis gradu et praecipue a varia cutis conditione [22]). Quoad icteri divisionem in *album* [23]), *ru-*

16) Icterus multiplex Boerhaavii. Aphor. de cognoscendis et curandis morbis §. 929. sq.

*) Borel Tentamen medicum praecipuas icteri species. Paris. 1816.

17) Capivaccius (Practica medicinae Lb. III. De affectibus hepatis C. XXI. p 741) animadvertit, quod icterus, ita simpliciter positus significat *icterum flavum*, generaliter vero sumitur pro omnibus speciebus. De illo sequentes extant Dissertationes: Stupanus. Basil. 1596; — Fischer ibid. 1612; — Satler ibid. 1612; — Byler ibid. 1618; — Hartung. Lugd. Batav. 1622; — Noessler. Altd. 1627; — Stetter Diss. aeger laborans ictero flavo. Lugd. Batav. 1629; — Fabricius. Rostoch. 1632; — ab Hadden. Lugd. Batav. 1647; — Tappius. Helmst. 1649; — Rolfink. Jen. 1650; — Banzer. Witteb. 1651; — Hurter. Argentor. 1651; — Meyer. Basil. 1657; — Gerstmann. Giesen 1659; — Ludekens. Altd. 1659; — Sebiz. Argentor 1659; — Bardelli ibid. 1664; — Schneider. Wittemb. 1664; — Stempel. Jen. 1664; — Tjallis. Lugd. Bat. 1667; — Sylvius de le Boe ibid. 1669; — Crause. Jena 1672; — Otto. Lugd. Batav. 1672; — Kliestenburg. Leid. 1673; — Wedel Diss. Juvenis ictero flavo laborans. Jena 1675; — Jongemaats. Lugd. Batav. 1676; — Stokarus Diss. aeger laborans ictero flavo. Leid. 1679; — Farnek ibid. 1689; — Tonjola. Basil. 1697; — Pflaum Diss. sistens aegram ictero flavo laborantem. Giess. 1708; — Lehmanns. Lugd. Bat. 1731; — Backer ibid. 1737.

18) Glaser Diss. de ictero nigro. Basil. 1673; — Bugella Theses de morbo regio alias ictero nigro. Prag 1715; — Abiss Diss. Theoria icteri nigri. Basil. 1743.

19) P. III. Vol. I. Sect. II. Cap. XXII. §. LXXXVI. 5.

20) Kest Diss. de ictero, *seu* morbo nigro. Basil. 1638. Cfr. Breschat. Harless *Rheinische Jahrbücher für Medicin und Chirurgie. B.* 5. 1822. *St.* 1. p. 87.

21) Adscribebatur icterus flavus, hepati et bili; icterus niger, lieni; ut videre est apud Hippocratem (Epidem. Lib. II. Sect. I. No. 75,), Aretaeum (l. c.), Galenum (de locis affectis Lib. V. Cap. VIII.). Zacutum Lusitanum (Prax. med. admin. Lib. III. obs. 13). Cfr. Naumann l. c. p. 210

22) Quo tenerior cutis, quo minor in parte aliqua rubedo naturalis, eo citius et fortius icterus manifestus fieri solet.

23) Vesti Diss. de ictero albo. Erford 1699.

rubrum et *caeruleum*, ipsa confusioni initur auriginis cum *chlorosi*, *erythemate* et *vitiis cordis* [24]). Nihil objiciendum est divisionibus icteri in *simplicem*, *accidentalem*, *periodicum*, *acutum*, *febrilem*, *febricosum*, *plethoricum*, *inflammatorium*, *purulentum*, *saburralem*, *biliosum*, *calculosum*, *hepaticum*, *typhodem*, *nervosum*, *hystericarum*, *atonicum*, *rachialgicum*, *neophytorum*, *spurium* et *verum*, *primarium* et *symptomaticum*.

6. *Symptoma, non morbum icterum esse*, jam dudum dictum est [25]). Eritne ob id e morborum indice excludendus, ut PINEL ejusque asseclae [26]) docuerunt? Responsione quaestionem praevenimus [27]). Icterus an morbus?

§. LIII.

Icterus gravidarum.

1. Icterus gravidarum potissimum auctores de morbis sexus sequioris [1]) occupavit. Tractatus peculiares, praeter dissertationem [2]), non agnoscimus. Scriptores.

2. Icteri *symptomata* interdum pedetentim conceptionem sequuntur [3]). Plerumque autem evolvuntur circa medietatem aut versus finem graviditatis, ne dicamus ipso sub partu. Symptomata.

3. *Caus-*

24) SAUVAGESIUS (l. c. spec. 3.) evidentem morbum caeruleum sub nomine icteri nigri periodici describit, ex MANGETO.
25) RONDELETUS ann. 1575
26) VILLERMAY *Mémoire de la Soc. méd. d'émulation. Ann.* 5. p. 320; — GRIMAUD *Cours des fièvres.* 2e. *édition.* („*La jaunisse n'établit aucune maladie déterminée; elle peut dependre de maladies très-différentes; qu'il faut nécessairement connaître pour les traiter convenablement*").
27) Cap. I. §. IV. 9.
1) P. I. Vol. I. Sect. I. §. IX. 6. §. X. 8. §. XI. 13. Accessit J. BURNS *Handbuch der Geburtshülfe mit Inbegriff der Weiber- und Kinderkrankheiten. A. d. Engl. Heidelb.* 1827.
2) E. COLLORETTO Diss. de ictero gravidarum et neonatorum. Patav. 1837.
3) „Rarissima, nec a nobis hucusque observata, aurigo est,

Caussae. 3. *Caussae* icteri generales, imprimis ira et errores in victus regimine [4]), gravidis non parcent. Praeterea gravidae illo morbo obnoxiae sunt, illico post conceptionem ex peculiari non definienda systematis nervosi et forte sanguinis [5]) alteratione; tertio gestationis mense ex plethora [6]); ac sub finem — ex pressione uteri super viscera abdominalia, imprimis organa biliaria.

Diagnosis. 4. Distinguere itaque oportet icterum fortuito in gravidam incidentem, ab ictero ex ipsa graviditate ortum trahente. Ad hunc concludimus, dum morbi evolutio ex solitis caussis explicari nequit.

Prognosis. 5. Icterus fortuitus, caeteris paribus, in gravidis semper periculosior. Quae ex ipsá graviditate primis mensibus gestationis oritur aurigo, plerumque post aliquot hebdomadas sponte, non tamen sine abortus periculo, evanescit. In reliquis morbus vix ante partum, prolis utplurimum ictericae, profligari solet [7]).

Cura. 6. *Cura* icteri fortuiti in gravidis a consueto solum in eo differt, quod a violentioribus pharmacis, im-

quae feminam caeterum sanam, primis a conceptione mensibus corripiat, et eandem quam gravidarum plurimarum, nausea ac vomitus scaturiginem agnoscit." (J. P. Frank l. c.). Observavi tamen luculentissimum exemplum a. 1814. in nobili femina Rossiae albae.

4) Jure huic ultimae caussae magnum imperium adscribit Burns l. c. p. 244.

5) „*Höchst wahrscheinlich liegt denjenigen Fällen, wo Frauen vom ersten Anfange der Schwangerschaft an gelbsüchtig werden, eine allgemeine Umstimmung in den Mischungsverhältnissen des Blutes zu Grunde, indem der Gegensatz zwischen demselben und dem Nervenmarke inniger geworden ist.*" Naumann l. c. p. 233.

6) Fr. Hoffmann. l c. obs. III.; — Swieten l. c. §. 950; Sauvages l. c spec. 5.

7) „Ubi in gravidis vel ab utero tumente, vel a faecibus duris in colo intestino collectis, compresso ductu cystico vel communi fit icterus, excusso foetu et expulsis faecibus, sponte sua cedit hoc malum." Swieten l. c. §. 950

imprimis emeticis [8]) et drasticis, aloe non excepta [9]), quantum fieri potest, abstinere oportet [10]). Icterus a conceptione, sibi ipsi relinquitur, non tamen sine summa regiminis diaetetici sollicitudine. Ictero gravidarum ex plethora, phlebotomia e brachio, imprimis dextro opponenda est. Aurigine versus finem graviditatis obveniente, alvi libertati ope *clysterum* ac *eccoproticorum*, studendum [11]). *Electuarium lenitivum* [12]), optime hic conducit. Accedunt *pulpa tamarindorum*, solutio *sulphatis sodae* aut *magnesiae*, aut *aquae minerales* haec salia continentia. Nec negligi debent corporis modicum exercitium et balnea tepida.

§. LIV.

8) Legi de hoc argumento meretur Burns l. c.

9) Nequidem sub forma extracti aquosi, eam commendare debuisset Wedekind l. c.

10) Juncker Diss. de ictero gravidarum circumspecte tractando. Hal. 1747

11) „Serioris graviditatis morbum regium, ex compressione hepatis ab utero praemagno inductum, modo partus plerumque discutit; aliquando interim, apud succi plenas, congestio cruoris ad hepar, — apud illas quae gulae indulgent — primarum viarum saburra, pro qua, ob uteri molem, vix locus in abdomine est, huic morbo ansam praebent. Investigata igitur una vel altera ex his causis: aut venae sectio, aut blandum remedium intestina evacuans, indicabuntur. Quod si peramplo ab utero solo producatur gravidarum icterus; cum interdum ab illo non tam hepar ipsum, quam ejus vesicula, ne bilis effluere queat, comprimatur, et haec igitur, bile supra modum extensa turgeat, ne ipso partus sub opere ac sub nixibus ad illum ultimis rumpatur, quod exemplo etiam nostro illutravimus, cystis fellea, periculum est. Non enim in omni praegnante uterus, sub fine ut in aliis, subsidet; sed saepe, vel ob amnii liquorem quamplurimum, vel ob foetus gemellos, vel ob prolis positionem perversam, superiorem uterus in abdomine regionem, ultimum partus in diem occupare continuat, et repletae nimis vesiculae felleae pericula adauget. Ne talia contingant; nisi venae sectio, enemata saltem, partum praecedant, oportet; et ipso sub partus labore, leniter suffulcienda est regio cystidis.“ J. P. Frank l. c.

12) Juxta pharmacopoeam Vindobonensem paratum; ab uncia semis ad unciam.

§. LIV.

Icterus embryonum, seu congenitus.

Scriptores.

1. Scriptores de morbis foetus in utero [1]), de *ictero* quoque *embryonum* seu *congenito* mentionem injecerunt. Praeterea observationes huc spectantes tradiderunt: PANAROLUS [2]), KERKRING [3]), HORST [4]), BIERLING [5]), HAGENDORN [6]), SYLVIUS LE BOE [7]), SCHULTZE [8]), FEHRE [9]), MICHAEL [10]), DE CAMILLIS [11]), WRISBERG [12]), SANDIFORT [13]), OTTO [14]), LOBSTEIN [15]).

Observationes

2. Docent illae observationes 1° embryones ictericos (aliquando gemellos [16])) à matribus, nisi semper eodem morbo laborantibus [17]), saltem valetudinariis [18]) in lucem edi idque tertio [19]), quinto [20]), sexto [21]), et octavo [22]) vitae uterinae mense; 2° hujuscemodi embryones plerumque nasci examini, aut paucas post hebdoma-

1) Cap. II. §. V. 1.
2) Observat. med. Pentecost. IV. obs. 44.
3) Spicilegium anatomicum. Obs. 57.
4) Diss. exhibens de foetu abortivo icterico. Giess. 1673.
5) Medicus theoretico-practicus. Jen. 1697. p. 1076.
6) Observat. medic. Cent. III. Francf. 1698. ob. 57.
7) Praxis med. lib. I. Cap. XLVI. No. 11.
8) Miscell. Acad. natur. Curios. dec. I. ann. VI. et VII. obs. 241. p. 355.
9) Ibid. Dec. III. ann. II. obs. 40.
10) Observat. praxeos clinicae. Spec. cas. XXIII. p. 557.
11) *Philosoph. Transact.* No. 493. Vide LESKE *ausserl. Abhandl. med. prakt. und chirurg. Inhalts aus den Philosoph. Transact. B.* 3. p. 199.
12) Descriptio anatomica embryonis. Goett. 1764. obs. 1.
13) *Geneesk. Biblioth. Sarl.* 2. p. 130.
14) *Lehrbuch der pathologischen Anatomie. B.* 1. p. 463.
15) *Repertoire général d'anatomie et de physiologie pathologique. Paris* 1826. *T.* 1. p. 141. Cfr. TIEDEMANN *und* GMELIN, *Zeitschrift für die Physiologie. B.* 2. p. 79. *Darmst.* 1816.
16) BIERLING, LOBSTEIN ll. cc.
17) Ictericae fuere matres foetuum ictericorum de quibus KERKRING, FEHRE, SCHULTZE, GRAEUWEN narrant, et quae meae sese obtulerunt observationi.
18) Foetus icterici mater, de qua WRISBERG, diarrhoea et febre intermittente excruciata erat.
19) SANDIFORT, WRISBERG, LOBSTEIN ll. cc.
20) LOBSTEIN l. c. 21) MICHAEL l. c.
22) KERKRING l. c.

madas mori[23]), eorumque cadavera exhibere: 3° epidermidem facile a cute secedentem[24]); 4° flavedinem musculorum, ossium, maxime autem membranarum serosarum, medullae spinalis et nervorum imprimis intercostalium[25]), rarius autem illam textus cellulosi subcutanei ac ad viscerum parenchymata efformanda dicati[26]); 5° venas cutis luteas, membranas arteriarum ecchymomatibus notatas[27]), sanguinemque nunc normalem[28]), nunc instar bilis[29]); 6° vasa lymphatica flava[30]); hepar friabile[31]), normale[32]), vesicam felleam cum bile liquida[33]) et ductum choledochum obliteratum[34]); atque 7° lienem magnum[35]), intestina liquido albumini simili repleta[36]), et cerebellum degeneratum[37]). Tam universalis flavedinis caussa quaerebatur in croco a matribus comesto[38]), in facultate tingente seri cui embryo innatat[39]), in terrore ab

23) Schultze, Fehre ll. cc.
24) Wrisberg, Lobstein ll. cc.
25) Lobstein l. c. (nervi ejusmodi sub forma striarum juxta internam superficiem columnae vertebralis decurrebant). Otto l. c.
26) Lobstein l. c. (In *uno* tantum casu textus cellulosus sero flavo imbutus erat.)
27) Lobstein l. c.
28) Lassaigne *Revue médicale. Septembr.* 1823.
29) Kerkring l. c. 30) Lobstein l. c.
31) Kerkring l. c. 32) Lobstein l. c.
33) Lobstein l. c. 34) Donop Diss. in §. seq. citanda.
35) Lobstein l. c. (longitudinis pollicum trium, latitudinis pollicis dimidii.)
36) Lobstein l. c.; — Lee *London medical and physical Journal. April* 1829.
37) Lobstein l. c.
38) Schurig; cui opinioni jam irrisit Garmannus (Miracula mortis. Lib. II, T. I. §. 48), ac re quidem vera, si crocus a matre comestus icteri embryonum esset caussa, communissimus hic morbus esse deberet in Insubria, ubi oryza croco condita universale sistit alimentum.
39) Garmannus l. c.; — J. Fr. Mueller Diss. sistens origines icteri, maxime ejus qui infantes recens natos occupat. Jen. 1788. (affirmat aquas uterinas flavas fuisse, infantemque quasi crocatum.)

ab adspectu icterici [40]), atque in genitricum animi pathematibus[41]) et ebriositate [42]), quae ultimae opiniones maxime veritati consonae videntur.

Conclusum. 3. Icterus embryonum (morbus non communis [43]) et generis humani primus [44])) a systematis quidem hepatici vitio repeti potest, ubi mater, simul icterica sanguinem bile contaminatum embryoni communicare potuerat et ubi in ea vitae uterinae epocha evolvitur, qua jecur jam ad bilis secretionem idoneum est: ast, quid dum ille morbus embryonem adtingit cujus mater non est icterica, ac tempore quo bilis secretio necdum locum obtinet? Hic sane icterus aliam quam bilem agnoscere debet caussam! Pulpae nerveae, tunicarum arteriarum et membranarum serosarum per anatomen detectae conditiones [45]), indicare videntur icteros embryonum (ne dicamus de aliis) profundiores habere radices, quam quae illi vulgo tribuuntur. Interea quin icterum congenitum pro morbo sui generis et a reliquis icteris diversum habeamus [46]), eum

40) Hanc caussam mihi accusavit matrona, quae foetum octo mensium ictericum utero excluserat Wilnae Anno 1810.

41) Bierling l. c. (ab ira.) 42) Fehre l. c.

43) Quum propria praxis vix decem suppeditet exempla, Hoogeween (Tractatus de morbis infantum. p. 59) assentire nequeo, eum morbum *pro communi* declaranti.

44) Si sequentia ictero recens natorum quadrent, eo magis embryonum illi: „Nonne *primus* humani generis morbus, dici meretur *morbus*, qui in infantibus innumeris, matre vix solutis accidit, hosque vix salutatos, deposito meconio iterum fugit, a levioribus in vita caussis revocandus?" J. P, Frank Ex Actis Acad. Elector. Moguntinae in opusculis med. argum. antehac seorsim editis. Lips. 1790. p. 165.

45) Eas *Kirrhonoscos* nomine designavit. Lobstein l. c.

46) Lobstein (l. c.) *Kirrhonosin* suam ab ictero distinguit, quod ibi textus cellulosus tam subcutaneus quam viscerum parenchymata constituens. non sit flavus. Quum vero serius embryonem flavum invenerit, in quo textus ille cellulosus etiam flavus erat, ad opinionem prius emissam sustinendum contendit, hoc in singulo casu *icterum* adfuisse. Eo

eum tamen, ob rationes ex sequenti parapropho obvias, ab illo recens natorum ac infantum separare utile duximus.

§. LV.

Icterus recens natorum et infantum.

1. *Icteri recens natorum*[1]) meminerunt quot quot de morbis infantum exstant scriptores[2]): eum ex professo descripserunt VATTERLI[3]), BAUMES[4]), BRÜNING[5]), MÜLLER[6]), DONOP[7]), SCHREIBER[8]) etc.[9]) Scriptores.

3. An-

minus in circulum hunc vitiosum intremus, quum in admittenda Kirrhonosi, ut morbum per se, scientia nihil lucretur.

1) Aurigo Neophytorum SAUVAGESII l. c. spec. VII.

2) P. I. Vol. I. Sect. I. §. IX. 5. §. X. 8. §. XI. 13 citatis adde AUTENRIETH Diss. sistens observationes quasdam physiologico-pathologicas quae neonatorum morbos frequentiores spectant. Tübing. 1799 et *Samml. auserlesener Abhandlungen für prakt. Aerzte. B.* 19. p. 123; — CAPURON *Abhandlung über die Krankheiten der Kinder von der Geburt bis zum Eintritt der Pubertät. Nach der 2ten Ausgabe des französischen Journals übersetzt und begleitet mit einer Vorrede von* F. A. B. PUCHELT. *Leipzig* 1824; — HEYFELDER *Beobachtungen über die Krankheiten der Neugebornen nach eigenen Erfahrungen in den Spitälern von Paris. Leipz.* 1825; — DEWEES *a Treatise on the physical and medical treatment of children. Philadelph.* 1826; — WENDT *Die Kinderkrankheiten. 2te Auflage. Breslau* 1826; — BILLARD *Traité des maladies des enfants. Paris* 1828; — MEISSNER *Die Kinderkrankheiten nach den neuesten Ansichten und Erfahrungen. Leipz.* 1828; *Forschungen des neunzehnten Jahrhunderts im Gebiete der Geburtshülfe, Frauenzimmer- und Kinderkrankheiten. Leipz.* 1833; — *Analekten der Kinderkrankheiten oder Sammlung auserwählter Abhandlungen über die Krankheiten des kindlichen Alters. Stuttgart* 1835.

3) Diss. de ictero, illoque speciatim quo recens nati laborant. Goetting. 1753.

4) *Description de l'ictère des nouveaux-nez. Nimes* 1788; — *Ictère des enfans de naissance Paris* 1806.

5) Tractatus de ictero spasmodico infantum Essendiae anno 1792 epidemico. Vesel. 1775.

6) De origine icteri, maxime ejus, qui infantes recens natos occupat. Jen. 1778.

7) Diss. de ictero, speciatim neonatorum. Berolini 1828.

8) Diss. de ictero neonatorum. Lips. 1835.

9) ELSLER Diss. de ictero infantum. Patav. 1829.

Divisio. 2. Antiquam icteri recens natorum *divisionem* in *spurium* et *verum* [10]), quatenus in praxi utilissimam, recentiorum divisionibus [11]) anteponimus.

Ict. spurius. 3. Maxima recens natorum pars, nunc illico post partum, nunc, et plerumque quidem, tertio aut quarto inde die, sine laesae valetudinis prosperae indiciis, rubore totius corpusculi invaditur, qui rubor sensim sensimque in flavedinem transit. Oculorum tamen albuginea nec ruboris nec flavedinis particeps fieri solet. Neque urina tincta aut luteo tingens, neque faeces cinereae vel albae. Caussa illius systematis dermoidei affectionis esse videtur irritatio quam atmosphaerae pondus et vicissitudines, cuti tenerae infantum, antea in utero temperaturae majori ac aequali adsuetorum, inferunt [12]). Ac re quidem vera quo tene-

10) „Icterus, icteritia *oder* d i e G e l b s u c h t, *ist ein* affectus *welcher den meisten, wo nicht allen neugebornen Kindern gemein ist, und pflegt ihnen mehrentheils den dritten oder vierten Tag nach der Geburt, auch wohl, sobald sie ausser Mutter Leib kommen, anzuwandlen, da sie über den ganzen Leib eine der ordinairen Gelbsucht gleichsehende Farbe bekommen, welche in anno* 1727 *im September, bei einem Kinde sogar in den Augen wahrgenommen.*" — „*Es ist aber die Gelbsucht auch ein* affectus, *welcher an etwas ältere als neugeborne Kinder zu kommen pfleget, davon auch die Säuglinge nicht verschonet bleiben, und ist aber der* Icterus verus, *die w a h r e G e l b s u c h t, wie sie erwachsene Leute bekommen.*" John. Storch *Abhandlung von den Kinderkrankheiten.* B. 1. p. 379. 381.

11) In *Erythrosin*, *Erythiasin*, *icterum benignum* et *malignum (!)*.

12) Meissner l. c. B. 4. p. 183. Simplex haec observatio hypothesibus defoedata est. Sic Jahn (*Neues System der Kinderkrankheiten*) contendit, cutim embryonum ad partum usque organum fuisse resorbens, inde a partu secretorium evasisse. Carus (*Lehrbuch der Gynaekologie.* p. 626) imaginatur, quod, ut sanguis recens nati a carbone, quo abundat, liberetur, opus sit ut hepar vices languentis respirationis atque ipsius cutis in se suscipiat. Schreiber, duce Joerg, ait (Diss. cit. p. 23): „Ex anatome et physiologia organismi infantilis elucet, infantes recens natos, majori pro corporis magnitudine, hepate instructos esse, pulmones vero nondum esse satis excultos. Quae quidem structurae ratio

nerior illorum cutis [13]), quo frigidior aer, quoque humidiora et rudiora lintea quibus pusiones involvuntur et perfricantur; eo majores tegumentorum rubor ac flavedo. *Icterus* hic *spurius*, aut si mavis *erythema* hoc *recens natorum* [14]), facile a vero ictero distinguitur [15]). Nec illud excludit caeteras eruptiones cutaneas primo vitae periodo addictas, ut strophulum [16]) et pemphigum seu rectius bullas [17]), quin tamen inter illas et icterum spurium nexus adsit [18]). Nulla quoque hunc morbum inter et indurationem textus cellulosi [19]) et erysipelas recens natorum [20]) affinitas. — Irritationem universalem cutis, neonatorum sanitatem, praesertim functiones intestinorum et hepatis facile perturbare posse, nemo consensus illarum partium memor, mirabitur. Manifestatur autem

U 2 haec

efficit, ut oxygenii tanta copia, quanta post partum ad sanitatem requiritur, non possit sanguini admisceri, quare etiam sanguinem venosum in illis praevalere videmus. Ut vero aequilibrium quodammodo certe restituatur, cutis ipsa pulmonum functionem ita in se suscipit, ut oxygenium ex aëre ambiente attractum, sanguini offerat, et carbonicum exhalet, bilis vero, quae largiori copia secernitur, itidem carbogenium accumulatum eliminet." — Bone Deus, quid posteritas de aevo nostro cogitabit!

13) Boer *Abhandlungen und Versuche geburtshülflichen Inhalts. Th.* 3. p. 13—18.

14) *Die Rothsucht der Neugebornen.* Vid. Jahn in *Analecten.* citat. *Heft* 2.

15) „*La conjonctive ne présente pas la couleur jaunâtre qui est propre à l'ictère. Si on comprime la peau, elle blanchit dans le lieu comprimé; tandis que la couleur ictérique ne disparait pas sous la pression du doigt. Des lotions tièdes suffisent pour guérir cette légère inflammation, à la suite de laquelle l'épiderme devient furfuracée et s'enlève par écailles.*" (*Dictionnaire des scienc. médical. T.* 23. p. 468).

16) P. I. Vol. III. Sect. II Cap. XI.

17) P. I. Vol. I. Sect. II. Cap. IX. § LII. 2.

18) Fr. B. Osiander (*Lehrbuch der Hebammenkunst, Artikel Gelbsucht*) adeo *variolas icterodes* statuit!

19) Chevreul *Bulletin des sciences médicales. Juin* 1824.

20) W. Hamburger Diss. de adfinitate icteri et erysipelatis, habito respectu singularis utriusque morbi et scleroseos in neonatis. Prag. 1834.

haec perturbatio, inquietudine, siti, oris calore, aphthis, vomitu, colica, diarrhoea et aliquando oculorum flavedine. Sub debita, aliis locis tradita, ejusmodi symptomatum cura, imprimis imminutione nutrimenti, tepore cubiculi, syrupo cichorei cum rheo, balneis tepidis, allata incommoda in parvulis nulla alia labe contaminatis, facile debellantur. Per se enim icterus spurius recens natorum, vix pro morbo haberi potest. Curriculo duarum vel trium hebdomadum sponte evanescit, ac vulgo ut indicium pusionis robusti haberi solet [21]).

Ict. verus. 4. *Icterum* recens natorum et infantum *verum*, cum illo adultorum omni sub respectu convenire, ideoque minime pro morbo sui generis habendum esse, docent illius symptomata tam prodroma, quam constitutiva nec non caussae. Annunciari solet morbus inquietudine, ejulatu, mammarum rejectione, alvo perturbata. Serius ocyus flavedo scleroticae, et paullo post illa universi corpusculi in conspectum veniunt, una cum urina profunde tincta, ac tingente, atque faecibus griseis, aliquando piceis [22]). Haec symptomata

21) „*So halten die Weiber insgemein davor, dass diejenigen Kinder welche in den ersten Wochen recht gelb gewesen, hernach die schönsten würden, und dass hergegen die schönsten Kinder hernach die ungestalltesten und kränklichsten würden, ja! wohl gar nicht lange lebten.*" Storch l. c. p. 379.

22) Haec symptomata, auctoritate gravissimorum auctorum et quotidiana experientia confirmata sunt; quare sine indignatione legere haud potui apud Schreiber (Diss. cit. p. 12): „Licet multi auctores faeces neonatorum ictero affectorum, albidas aut ex albido-cinereas descripserint, et urinam proposuerint luteam seu croceam, lintea seu chartam eodem tingat colore, nullo tamen modo illis assentire possumus, quum in nostro saltem instituto nunquam hujusmodi sit observatum. Qui igitur contrariam faecum conditionem animadvertisse asserunt, hos aut faeces nunquam inspexisse, aut infantes puto lacte vaccino nutritos, cui farina

ptomata non unam generalem caussam agnoscunt, sed pro re nata repeti debent a vitio haereditario [23]) aut primae conformationis [24]); a violentiis capiti foetus sub partus opere illatis [25]); a funiculi umbilicalis incongrua tractatione [26]); a mutatione circuitus sanguinis in hepate [27]), ab ejus exuberantia [28]); a colle-

saepe admiscetur hordeacea aut triticea, unde faeces album induunt colorem.“

23) „*I have known in one family two children succescively die of this disease* (icterus recens natorum); *and there is a striking confirmation of this remark in a history related by* Mr. Pearson, *where ten of eleven children died of this species of jaundice, the eleventh having died of jaundice at six years of age.*“ John Cheyne *Essays on the diseases of children. Essay II. Edinburgh* 1808. p. 10. — Cfr. Observationes Elwerti in Rust's *Magazin für die gesammte Heilkunde. B.* 31. p. 109.

24) Asserit Heyfelder (l. c. p. 91) se in cadaveribus infantum ictero demortuorum, foramen ovale apertum, ductum arteriosum Botalli et venosum Arantii clausos, vesiculam felleam, ductusque biliferos bile refertos reperiisse. Et Cheyne (l. c. p. 9) affirmat: „*When this disease is fatal, it, in all probability is so from an original malconformation in the Liver . . . The malconformation is probably an impermeable thickenning of the beginnings of hepatic ducts.*“

25) Chambon *Über die Krankheiten der Kinder. A. d. Franz. übersetzt von* Becker. *Berlin* 1801. p. 321.

26) Morgagni Op. c. Epist. XLVIII. 60. („. . . respici oportere venam umbilicalem, quae sive ut incisa filoque constricta inferat in continuatam portarum venae contractionem quandam“). Sine ambaginibus inquit Schreiber (l. c. p. 22): „Rejicienda mihi utique videtur Morgagni atque Autenriethi opinio, qua funiculi umbilicalis deligationem icteri neophytorum causam ponunt, . . . nam omnes infantes, quibus funiculus umbilicalis deligatur, eo corripiantur necessarium foret“ ! !

27) „*Dans le fétus, le foie reçoit du sang par la veine ombilicale; celle-ci lui en fournit même une quantité plus grande que l'autre; mais dès que l'enfant vient au monde, le foie ne reçoit plus de sang par la veine ombilicale, le tronc de cette veine s'oblitère ou se retrécit considérablement, et ses rameaux, qui communiquent avec ceux de la veine porte, reçoivent comme par reflux une partie du sang qu'elle contient . . . or un tel changement peut bien pour quelque temps occasionner la jaunisse.*“ Portal op. c. p. 147.

28) „*Chez prèsque tous les nouveaux-nés, le foie est à l'extérieur d'un rouge brun très-foncé, il est toujours gorgé de sang . . . à mesure que l'enfant avance en age, l'engorgement san-*

lectione morbosa meconii[29]) aut ob defectum recentis nutricis[30]) aut ob atoniam tubi intestinalis[31]); a meconio, una cum lacte coagulato et flatibus intestinum duodenum distendentibus indeque bilis in illud evacuationem impedientibus[32]); a ductuum biliariorum infarctu[33]) et constrictione spasmodica[34]); a calculis biliariis[35]); ab iracundia et ebriositate nutricum[36]), a terrore[37]), a refrigerio[38]), ab inflammatione et abscessu jecoris[39]), a diarrhoea praepostere suppressa[40]); a vermibus intestinalibus[41]), a glandularum

guin du foie est moindre, la bile devient plus abondante et la vésicule biliaire se distend davantage." Billard *Maladies des enfans* p. 421.

29) Meconium ex iisdem fere substantiis componi quam bilis analyses illius docere videntur institutae a Boyer, Delevrye, Bordeau (Fourcroy *Système de connaissances chimiques Vol.* 10. p. 249), Bouillon Lagrange (*Annales de chimie* 1813. *Vol.* 88. p. 299) et Lassaigne (*Annales de chimie et de physique. Vol.* 17. p. 304).

30) Colostrum, alvum recens nati movet, unde si illius loco lac feminae, quae jam dudum peperit, adhibetur, meconii evacuatio cohibetur.

31) J. Ch. Stark *Handbuch zur Erkenntniss und Heilung innerer Krankheiten des menschl. Körpers. Theil* 2. p. 617.

32) Swieten l. c. §. 950. („ . . . illo tempore quo in utero materno latuit infans; respirationis motus non egit in contenta abdominis, unde accumulatur in cystide fellea bilis; mucosa viscida obliniunt totam intestinorum seriem; tenax meconium magna solet copia adesse; hinc saepe impeditur exitus bilis in duodenum, et dilatandis facile in hepatis vasis retrogreditur in sanguinem, et sic icterum producit.")

33) Sylvius de la Boe l. c. p. 205; — Rosenstein *Anweisung zur Erkenntniss der Kinderkrankheiten*; — Cheyne l. c. p. 6.

34) Brüning, Fleisch ll. c. p. 286.

35) Cap. V. §. XXIV. 1.

36) Monente jam Hufelandio, caussa frequentissima; — Schreiber Diss. l. c. p. 19.

37) Wilnae Ann. 1810 puerum biennem vidi, qui optima gaudens sanitate vespere lectulo commissus fuit Quum autem noctu a saeva inter parentes suos rixa derepente expergefactus ac terrore percussus fuerit, altera die icterum perfectum exhibuit.

38) Altera ex communissimis caussis fatente Hufelandio, — Capuron l. c. Th. 2. p. 86.

39) Baumes l. c.

40) Unde Hallis (De morbis acutis infantum p. 30): „Diar-

larum abdominalium infarctu scrophuloso [42]) et saepissimis caussis simul [43]). Concludimus inde *verum* recens natorum et infantum *icterum*, esse quoque *multiplicem*, ac respectu ad diagnosin, prognosin et curam, juxta praecepta generalia ordinandum.

§. LVI.

Icterus spasmodicus.

1. *Icterus* sine probabili structurae corporis humani laesione, ex imperio nervorum in systema hepaticum inque illud vasorum sanguiferorum ortus, nobis est *spasmodicus* [1]). Definitio.

2. Ejus doctrinam maxime illustrarunt Helwigius [2]), Gaber [3]), Brüning, Marcard, Chaux, Vogler, Graeuwen et Stokes [4]). Scriptores.

3. Iste de quo agitur icterus nunc sub curriculo aliorum morborum systematis nervorum in conspectum venit; nunc hos morbos, saepe cum levamine sequitur [5]), nunc extemplo apparet. Flavedo raro valde conspicua est, praesertim in oculis: verum id peculiare habet, quod juxta conditiones animi plus minusve dejectam, mox augetur mox imminuitur [6]). Urina non valde tincta, saepe limpida et copiosa. Nec faeces sem- Symptomata.

rhoeae infantum ab orgasmo humorum in intestina delabentium, vel a turgescentia illic bilis cum acido praedominium habente semper profluens, neque adstringentibus proprie dictis, neque narcoticis est cohibenda."

41) Anno imprimis quarto et sequentibus.

42) Cheyne l. c. p. 19. 43) Capulon l. c.

1) *Synonyma.* Icterus nervosus. Icterus hystericus.

2) Historia morborum qui ab anno 1699 ad 1702. Vratislaviae grassati sunt. (Citatur a Brüning.)

3) Miscell. philosoph. Mathemat. T. I. 1759. p. 75.

4) §. L. 2.

5) Plures novi, praesertim hypochondriacos, qui animo dejecto et appetitu ciborum prostrato incedebant, quae symptomata, apparente ictero, vel chloasmate, evanescebant.

6) Fr. Hoffmann l. c. obs. 5.

semper a norma abludunt. Pulsus non raro sano lentior. Duratio morbi quidem varia, vix autem ultra tres quaterve hebdomadas protracta.

Necroscopia. 4. In *cadaveribus* nihil, quod de morbo rationem reddere posset, detectum est[7]): excipi tamen merentur conditio morbosa encephali[8]), turgor praecipue vasorum sanguiferorum[9]), cruorisque et seri effusiones[10]).

Caussae. 5. Ad icterum spasmodicum maxime proclives sunt infantes, feminae et in genere homines systemate nervoso valde excitabili praediti. Evolvi in iis solet morbus post animi pathemata graviora, iram praecipue et terrorem; item post refrigerium corporis superficiei admotum et potum glacialem. Excitatur etiam morbus a venenis narcoticis, a contagiis et miasmatibus[11]), a morsu viperarum, a haemorrhagiis etc. Quatenus aurigo ex organorum biliariorum spasmo et forte *paralysi*[12]) oritur, iis adstipulamur, qui affectionem

plexus

7) §. LI. 8.

8) Legi debet Marsh *The Dublin hospital Reports and Communications in medecine and surgery. Vol.* 3. 1822, cujus memorabiles observationes *de conditione encephali in ictero* referuntur etiam in Gerson *und* Julius *Magazin der ausländischen Literatur der gesammten Heilk. B.* 4. p. 470.

9) Morgagni op. c. Epist. XXXVII. 2; — Albis. *London medical Gazette. March.* 1834.

10) *Medical Repository. Vol.* 3. (Cum steatomate).

11) Aurigo febricosa Sauvagesii (Spec. 8), seu a febre intermittente Ettmülleri; — icterus periodicus Fr. Hoffmanni.

12) „Quamvis autem fibris muscularibus cystis fellea destituta sit; minime tamen ejusdem repletioni, parietum illius in bilem contentam non minus quam vesicae urinalis nimis extensae in lotium inertiam vir celebris (Duverney *Mémoires de l'Academie des sciences Ann.* 1701. p. 200), non vanis ut putamus ex rationibus (uteri, de cujus fibris muscularibus diu disputatum fuit, violenter non minus esse sub partu contrahentis exempla) attribuit.“ J. P. Frank Interpretat. clinic. 364.

plexus nervorum coeliaci et hepatici accusant[13]). Aliàs flavedinem cutis hoc in ictero praecipue a sanguine e vasis suis in textum cellulosum exsudato repetimus.

6. Exempla potissima auriginis spasmodicae (rarioris morbi[14])) suppeditant epidemia a Brüning[15]) inter infantes Essendiae observata; casus Galeni de servo a vipera morso, aliique similes[16]); et observationes de febre flava atque typho sic dicto icterico. — Praesentiam icteri spasmodici sane non proclamabis antequam de absentia caussae materialis, imprimis cholelithorum, certus sis*). Nihil praeterea impedit, icterum spasmodicum dividere in *verum*, a bile, et *spurium*, a sanguine. In hoc ultimo praesertim ad conditionem encephali respiciendum est; et ad proclivitatem in hydropem[17]). Diagnosis.

7. Res seria icterus spasmodicus[18])! ut docent epidemia a Brüning descripta, observationes Valsalvae de ictero ex animi commotione cum delirio et sopo- Prognosis.

13) *Archives générales de médecine. Octobr.* 1826

14) Contrarium asserit J. P. Frank (l. c.) dicens: „Ingentem certe auriginum a spasmis inductarum numerum observavimus."

15) l. c. 16) §. LII. 3.

*) „Sydenham *mentions the jaundice as no uncommon symptome in hysteric cases, where there is no disorder of the Gall or Gallducts. No reasonable deference to this accurate observer can make any one much doubt of his having been here mistaken because nothing like this has occurred me, though hysteric complaints be so very frequent.*" Heberden l. c. p. 130.

17) Vide de hydrocephalo accessorio. P. II. Vol. I. Sect. I. Cap. IV. §. XXIII.

18) „Icteri nunquam spernendi, nam sub larva ac persona icteri, saepe magni, periculosi ac repentini morbi absconduntur, et saepissime moriuntur derepente icterici, ut ait Dodonaeus." Baglivi Prax. med. Lib. I. p. 83.

sopore[19]; illae Boneti de ictero in dementiam desinente[20]; Ballonii de lethali convulsione in juvene icterico[21]; Raui de ictero periodico cum delirio[22], facilisque morbi in soporem transitus[23]; ne dicamus de periculo febris flavae, typhi icterici[24], deque evolutione icteri in febribus[25], et in puerperio[26]. Memorabiles quoque sunt haemorrhagiae ictericis aliquando familiares[27].

Cura. 8. Icterum statuendo *spasmodicum*, absit ut ad eum curandum remedia sic dicta antispasmodica, praesertim quatenus sunt generis calidioris indiscriminatim commendemus. Valent hic praecepta tradita de curandis affectionibus nervorum vagis[28] et hepatalgia[29]. *Recens natis ictero spasmodico laborantibus* exhibebitis

19) Morgagni op. c. Epist. XXXVII. 2; — Powell *observations on the bile* 1800. p. 83.
20) Sepulchret. anatom. Lib. III. Sect. XVIII. obs. 7. — Marsh l. c. („*It happens not unfrequently, that patients labouring under jaundice are seized suddenly with symptoms of cerebral diseases, and die phrenetic*"); — Gilbert, Burnet, Griffin l. c.; — Alison *The Edinburgh medical and surgical Journal* 1830. T. XLIV.
21) Epidem. II. p. 258.
22) Act. academ. natur. Curiosor. Vol. X. p. 194.
23) Griffin ex *Dublin Journal* in Froriep's *Notizen B.* 42. p. 73.
24) Boehmer Diss. de ictero nigro, febribus acutis, exanthematicis, symptomatice superveniente, utplurimum funesto. Hal. 1762.
25) Cap. VI. §. XXIII. 2.
26) „Abercrombie *erzählt, dass eine Frau mehrere Tage nach ihrer Entbindung plötzlich gelb geworden seye, ohne ein anderes Krankheits-Symptom darzubieten: aber am zweiten Tag bildete sich auf einmal Sopor aus, der unmittelbar in tödliche Apoplexie überging: im Gehirne fand man nur unbedeutende Ausschwitzung.*" Naumann l. c. p. 246.
27) „In ictero saeviore non raro *haemorrhagias* vidi, ex omnibus fere corporis meatibus, vix ullis cedentes remediis, immo haud citius uno loco fluxum cohibueris, quam erupuit alio." Forestus l. c.
28) P. II. Vol. I. Sect. II. Fasciculus prior. Cap. XIV. §. LXXV.
29) Cap. III. §. XI.

bitis *syrupum* aut *seminum papaveris albi*[30]), aut *balsamicum*[31]), et si alvus segnis sit *persicorum*, *violarum*, *rosarum*, vel *cichorei cum rheo;* cui ultimo *aquam foeniculi* et nonnulla *lapidum cancrorum* grana addere poteritis: eorum autem nutricibus simul potandum porrigetis *decoctum radicis cichorei*. Apud pusiones non negligi pro re nata debent, *clysteres emollientes*, *balnea tepida*, *embrocatio cum oleo amygdalarum* super regionem epigastricam ejus *fotus calidus* leniterque aromaticus. Maxime curandum, ne cruoris congestio in encephalo superveniat, cui periculo, ubi imminet, occurrere oportet, *sinapismis* ad suras, *hirudine* una alterave retro aures, parvisque *calomel* dosibus. Idem encephali respectus habendus est in *ictero spasmodico adultorum*. Dum ipse post vehementes animi commotiones in hominibus plethoricis oritur, adeo ad *phlebotomiam* (generatim omittendam)[32]) recurrere licet. Conducunt imprimis *subacida*, ut *pulpa tamarindorum*, *prunorum*, *cassia*, succique vegetabiles, maxime ille quem *poma aurantiaca* largiuntur. Porro ad impetum vasorum sanguiferorum compescendum, *acidum* sive *muriaticum*[33]), sive *nitricum*[34]), sive *phosphoricum*[35]), usurpari possunt[36]).

Ur-

30) Non *diacodii*, quem plures pharmacopolae cum opio parant.

31) Utpote ex balsamo Tolutano, aqua violarum et saccharo paratus, syrupus balsamicus respondet syrupo quem DE CHAUX (l. c.) *sirop karabé* vocat, quique constat e succino aut asphalto.

32) Memores semper esse juvat quaestionis BOERHAAVI (Institut. §. 950): „cur sanguinis missio hos morbos (icterohepaticos) tam parum juvet?"

33) „Spiritus salis ammoniaci acidus quamplures sanavit icteros." BAGLIVIUS Prax. med. Lib I. de ictero flavo p. 83.

34) HALL ex *Edinburgh medical and surgical Journal No.* 95. p. 17. in *Samml. auserles. Abhandl. B.* 24. *p.* 426; — Acta mea Clinica Instituti Clinici Wilnensis ann. III. p. 90; — *medicin. chirurg. Zeitung* 1822. *B.* 2. p. 427.

Urgentibus nausea et vomitu aliquando glacies condita juvat [37]). In genere a remediis fortioribus abstinendum [38]) et sedantia praescribenda *).

Continuatio.

9. Quodsi tamen icterus spasmodicus *atoniae* notas socias haberet ut facile in chloroticis contingit, prospiciunt *martiales tincturae* [39]) et *aquae* [40]). Prospicit etiam *cortex cinchonae*, ubi icterus sub forma febris intermittentis legitimae comparet [41]) nisi ipse ex abusu corticis ejusdem ortum traxerit (quo in casu potius remedia solventia indicarentur [42])) aut febris inter-

35) C. Miller citatur a Naumanno l. c. p. 305.
36) Beintema de morbo regio. 1697; — Koven Diss. cit. p. 60.
37) Kleefeld. Hufeland's *Journal* 1814. *Februar* p. 73.
38) „*Rarement dans la jaunisse après des douleurs et de vives affections morales des hystériques et mélancoliques, il faut prescrire des remèdes actifs, ils augmentent plutôt le mal qu'ils ne le diminuent* . . ." (Portal op. c. p. 163. not.) — „*Die meisten Gelbsuchten müssen in ihrem Anfang mit sanften, kühlenden, verdünnenden, erweichenden, demulcirenden, abspannenden, besänftigenden und krampfstillenden Mitteln, und hierauf, sobald der grosse Reiz und Krampf vorüber ist, mit moderat auflösenden, antiphlogistischen, ja nicht heroischen, scharfen, reizenden, geistigen, hitzigen, bittern und zusammenziehenden Arzneien behandelt werden.*" (Vogler l. c. p. 52.).
*) De Chaux père *Remarques et observations sur l'effet des calmans dans la jaunisse* l. c. p. 210. Cfr. Bonté *Journal de médecine* T. 13. p. 1; — Chriestien - Caspard Seps ibid. T. 71. Notices p. 203.
39) Riedlin milenarius No. 571. 670. 701. 709. 966.; — Storch l. c. (maxime *tincturam martis* Ludowici commendat) et *medicinische Jahrgänge. B.* 2. p. 225. 558. *B.* 4. p. 249. 531. *B.* 6. p. 581.; — acta mea Clinica Wilnensia l. c. (*Tinctura malatis ferri*)
40) „Ad aquas ferreas adeundum est, quae ex ipso fonte sunt bibendae." (Sydenham). Marcard *Vom Pyrmonter Brunnen. B.* 2.
41) Camerarius Diss. Usus corticis peruviani a febre ad icterum extensus. Tübing. 1731 in Halleri Collectione Disputat. Vol. VII. No. 237; — De Haen Ratio medend. P. XI. p. 34.
42) „*So wird die Gelbsucht, nach* Ramazzini's *Wahrnehmung und meiner eigenen Erfahrung, oft durch Wechselfieber, wenn solche vermittelst der Fieberrinde gestopft werden, hervorgebracht. In dergleichen Fällen können eröffnende und auflösende Mittel mit Nutzen verordnet werden, zu denen auch der*

intermittens ictero superveniens eum sanare promittat[43]). — *Theriaca*[44]) et *ammonia caustica*[45]) adversus icterum ex morsu viperae sibi laudem promeruerunt. — In ictero ex affectione spasmodica systematis hepatici, *pulverem Doveri* cum *rheo*[46]) omni alio remedio anteponimus; placet enim hic connubium remediorum antispasmodicorum cum aperientibus[47]). Sunt tamen qui separatim *radicem ipecacuanhae*[48]) (aut alia emetica[49])) et *opium*[50]) praescribant. De *aqua lau-*

von Störck *angepriesene Bissen gehört, welcher aus der Conserve von Erdrauch und Brunnenkresse und dem Polychrestsalz bestehet. Durch diese Arzneien kömmt nach* Störck's *Zeugniss, oft das Fieber zum Vorschein, welches man, wofern es nicht zu heftig ist, nicht eher vertreiben darf, als bis die Gelbsucht und die übrigen damit verbundenen Zufälle gänzlich bezwungen worden sind: denn es verschwindet das Fieber oft durch den anhaltenden Gebrauch der oben erwähnten Mittel von selbst, so dass man selten nöthig hat, die Fieberrinde von Neuem zu gebrauchen, wofern nicht der Kranke durch das Fieber allzusehr geschwächt wird, oder andere gefährliche Zufälle durch dasselbe erregt werden.*" Graeuwen l. c. p. 153.

43) Jauzion *Faits de médecine. IV. Ictère produit par un vice au foie, guèri par des accès de fièvre tièrce. Annales de la Société de médecine pratique de Montpellier. T.* 17. *Histoire* 5. p. 42.

44) Galenus l. c.

45) „*On sait, quant à la jaunisse survenue après la morsure de la vipère, que les sudorifiques, l'alkali volatil particulièrement, sont le remède le mieux indiqué; ou peut-être, pour parler d'une manière plus vraie, que cette jaunisse guérirait seule par la cessation du spasme qui dure vingt-quatre, trente à trente-six heures, ce qui arrive en effet assez souvent sans qu'on ait fait aucun reméde.*" Portal l. c p. 162.

46) Rp. Pulveris radicis ipecacuanhae cum opio grana viginti. Extracti rhei aquosi drachmas duas. Misce fiant pilulae granorum trium. D. S. Bis de die No. 5.

47) Suadente inter alios Thiebullier. *Consultations de médecine. T.* 3. p, 51.

48) Richter l. c. (Infusum).

49) Horstius Opp. T. III. p. 79; — Riedlin No. 735; — Hoffmann Consultat. Cent. II. No. 57.

50) Dechaux, Vogler l. c. p. 4; — J. P. Frank l. c. (Tincturam opii, spiritus cornu cervi aut aetheris sulphurici partes aequales: cap. guttatim cum infuso florum chamomillae.) Quoad me opium hic libentius sub forma clysteris adhibeo, duce Vogler qui ait (l. c. p. 6): „*In der Gelbsucht lasse ich übrigens die narcotischen Besänftigungsmittel selten durch*

laurocerasi[51]), de *atropa belladonna*[52]), deque *electricitate*[53]) propriam desideramus experientiam. Ipsa pro *emulsione* aut *decocto cannabis sativae*[54]) loquitur.

Finis. 10. Praeterea in morbo nostro cavendum „ne fervens difficili bile tumeat, et ira saeviat ulcerosum hepar." „Per omne quoque tempus utendum est exercitatione, frictione, si hyems est, balneo, si aestas, frigidis natationibus, lecto etiam et conclavi cultiore clauso loco uti, ludis, lascivia, per quae mens exhilaretur. Ob quae *regius morbus* dictus videtur[55]). Quare „utendum aëris mutatione et gestatione varia, et literaria moratione animi quoque laxamento et jucunditate et aquarum naturalium voluptate, natatione varia[56]). Tandem „oportet a purgantibus abstinere, ne corpus magis perturbetur, vinum bibere generosum, sudare, laborare, lavari, et sumere quae hominem reddunt rubicundum" [57]): item narium cavum vellicare[58]), animum concutere et exhilarare[59]). Nihil

den Mund einnehmen, sondern bediene mich derselben mehrentheils äusserlich und in Clystiren mit vorzüglich gutem Erfolg."

51) Thilenius l. c.

52) J. E. Greding de Belladonnae viribus et efficacia in ictero curatione tentamen. (C. G. Ludwig adversaria medico practica. Vol. I. P. II. p. 314); — L. van Leeuwen. *Handelingen van het geneeskundig genootschap* servandis civibus. Deel. X. p. 226.

53) Grabuwen l. c. p. 218.

54) R. Seminum cannabis unciam unam. Coque ad crepaturam c. s. q. lactis aut aquae. Colaturae librae unius adde syrupi symplici, unciam. M. cap. tribus mane. Lege de hujus pharmaci in ictero usu: Sylvius de la Boe opp. cit. p. 502; — Vogel l. c. p. 532; — Buchan *médecine domestique*; — Herliz Diss. cit. p. 27.

55) Celsus Lib. III. Cap. XXIV.

56) Caelius Aurelianus l. c.

57) Baglivius citans Hippocratem de locis in homine.

58) *Errhina* jam a Caelio Aureliano et Foresto (Lib. III. obs. 3.) etc. ad icterum curandum commendata sunt. Attentione praeterea dignas existimo tres observationes a

hil enim magis vim phantasiae in icterum probat, quam *remedia sympathica* et *nauseabunda*, magna in copia adversus illum commendata. Quae remedia, etsi absurda, quum ad historiam medicinae spectent, et hodiedum adhuc apud varias nationes valeant[60]), a medico minime ignorari debent. Agitur de aspectu auri[61]) ac rerum flavarum[62]) aliisque hujus farinae rebus[63]); de tinca viva umbilico alligata[64]); de transplantatione morbi[65]); de esu pediculorum[66]) et stercorum[67]) etc.[68]).

§. LVII.

doctore CORRI allatae (*annali universali di medicina.* Vol. 73. 1835. p. 346) utpote quae testantur, methodum vulgarem succum expressum fructuum *momordicae Elaterii* (Cocomeris asinini) cum lacte humano naribus attractum, ad icterum debellandum efficacem fuisse. Cfr. Dr. GAUSTAMARCHIA in *Il Filiatro Sebezio.* 1836. *Gennajo.*

59) In feminis difficultas obstat, quod in conspectum venire vereantur, etsi sibi Paridis pomum aureum effingant.

60) Ex *Traité complet sur les abeilles par l'abbé* DELLA ROSA *T.* 1. *chap.* 12. apparet hodiedum adhuc in Insula archipelagi *Syra*, sequens remedium usitatissimum esse et pro icteri specifico haberi: „*On met une pièce d'or dans un verre d'eau ou de vin blanc, on l'expose au serein, et l'on a soin de l'en retirer avant le levér du soleil. On prend la liqueur à jeun, et trois ou quatre jours suffisent, dit-on, pour emporter la maladie.*" *Dictionnaire des sciences médicales* l. c. p. 453. — Laniones Graeciae hodiernae sub nomine οὔριον, glandulam bovinam contra icterum adhibent. (LANDERER, *Beiträge zur Kenntniss griechischer Heilmittel. Repertorium für die Pharmacie von Büchner.* 1839. *B.* 16.)

61) CAELIUS AURELIANUS l. c.

62) §. L. 1. not., — SITONIUS Jatrosophiae Miscell. Tractat. XXVII. — Multa remedia in icteri curam introducta videntur, quoniam ab illorum flavedine (juxta adagium, similia similibus curantur?) opem exspectabant. Ejusmodi sunt *chelidonium, crocus, radix curcumae, centaureum flavum, scarabaei flavi, cuticula interius flava oxyacanthae, lapides flavi etc.*

63) TIMMIUS Cogitat. medic. p. 9; — Ephem. Acad. natur. Curios. dec. III. ann. III. append. 100. — Ann. V. et VI. obs. 118. Cent. III. et IV. obs. 148.

64) SITON l. c. — „Tincam piscem, admotum corpori, ictero mederi, omnemque bilem in corpore effusam ad se trahere, referunt CONRADUS GESNERUS et KENTMANNUS." SENNERTUS de hemicrania cum Aristotelic. et Galenic. Consens. ac dissens. In Rossia similis virtus *pisci Lucio* tribuitur a vulgo.

65) Mictio icterici super acervum tegentem formicas. (Ephem.

§. LVII.

Icterus ex infarctu.

Notio. 1. Doctrina tradita de *infarctu systematis hepatici* [1]), illam *icteri* hac ex caussa pullulantis includit. Communissima haec aurigo (aliquando epidemica) est, et imprimis rusticis et militibus familiaris. Optimas illius descriptiones invenimus apud Dezon [2]), Pringle [3]) Donald Monro [4]) et Wedekind [5]).

Symptomata. 2. Quemadmodum infarctus hepatis saepe parva, praesertim hominibus rudioribus, procreat incommoda, ita etiam ex hoc fonte pullulans icterus etiamsi intensus. Ejus evolutionem praecedere solent proclivitas in somnum, anorexia, gravitas corporis, membrorum lassitudo, et pigrities ad motum, nisi inquietudo ad eum impellat. Pulsus saepe inaequalis [6]), aliquando dicrotus [7]).

Caussae. 3. Eae dumtaxat infarctus systematis hepatici *caussae* icterum producunt quae, aut bilis secretionem, aut ejus per canales biliarios progressus impediunt. Hos

Acad. natur. Curios. Dec. I. ann. III. obs. 80.); — placenta ex farina et icterici urina confecta atque a cane esuriente devorata. (Ibid. Dec. III. ann. V. et VI. obs. 160.)

66) Hannaeus, Acta Hafn. Vol. III. obs. 91; — Storch. *Kinderkrankheiten* l. c.

67) Paullini *Dreckapothek. B.* 1. p. 198. *B.* 2. p. 130; — Quercetanus Diaetet. polyhist. p. 383: — Schroeder Quercetanus redivivus. T. II. Cap. XII. XXV.

68) Henricus a Bra catalogus medicamentorum simplicium et facile parabilium ad *icterum* et hydropem. Lugduni 1597.

1) Cap. IV.

2) *Lettres sur les principales maladies qui ont regné dans les hôpitaux de l'armée du Roi en Italie pendant les années* 1735 *et* 1737. *Lettre* 10.

3) *Beobachtungen über die Krankheiten einer Armee.*

4) *Ueber die Mittel die Gesundheit der Soldaten zu erhalten. Kap.* 16.

5) l. c. p. 282.

6) Nihell novae observationes circa crisin ex pulsu. p. 49. 185.

7) Vogler l. c. p. 37.

Hos inter primum locum occupat *rheuma* ad hepar, cystidem felleam, et ductus biliferos conjectum. Accedit hujuscemodi ductuum *obturatio a vermibus* et *compressio a flatibus ac saburris in intestinis collectis* [8]), maxime si tubi intestinalis tonus propter defectum debiti nutrimenti, aquarum malam conditionem et morbos praegressos (febres imprimis intermittentes, diarrhoeas, et dysenterias) fractus fuerit *).

4. Supervacanea non est indagatio: Utrum icterus de quo agitur vel ex infarctu hepatis et cystidis felleae, vel ex illo ductuum biliariorum et intestinorum emergat? — „Alvus biliosa, inquit LOMMIUS, significat non ab itineribus ad folliculum obstructis, sed bile intus cumulata auriginem esse;" quod effatum a dictis [9]) restringitur. Icterum ex infarctu varias complicationes inire posse per se patet; quas inter *inflammatoria*, sub certis anni constitutionibus et in hominibus plethoricis, communissima est. Diagnosis.

5. Sim-

8) Ab *intestino duodeno* a flatibus interceptis expanso, et sic compresso biliario ductu icterum natum observavit SYLVATICUS (Cent III. obs. 4.) et a flatibus *intestinum colon* distendentibus ductumque choledochum irritantibus icteri exemplum adduxit BRÜNING (l. c. p. 149 ex BONETI sepulchret.) Cfr. J. JOSEPH Diss. de ictero saburrali. Ticini 1833. Mirari itaque non satis possum legendo apud HEBERDEN (l. c. p. 129): „*It has been supposed that an infarction of the duodenum may be great enough to hinder the efflux of the bile; but this may be questioned if we reflect, that the duodenum has seldom any solid contents in it, and that if it should be so plugged up by them or compressed by the distention of the other intestines, as to hinder the passing of the bile, it would for the same reason be incapable of admitting any thing into it from the stomach, which is a supposition hardly countenanced by experience.*"

*) Defectum stimul chyli in duodeno favere collectioni bilis in cystide observat FERRAL in *London medical Gazette* 5. *June* 1810, et plura de hoc argumento retulit G. THOMSON in *Practical Treatise on the diseases of the Liver* etc. p. 52.

9) §. L. 5.

Prognosis. 5. Simplex icterus ex infarctu optimum promittit eventum, imprimis si aegrotus antea fuerit omnino sanus, aetate non provectus, ab ingratis animi passionibus alienus, sique morbus potius circa hyemis finem, quam initium compareat. Icterus pedetentim post alios morbos, imprimis febres intermittentes in conspectum veniens, caute dijudicandus; posset enim non simplicis atoniae, sed reliquiarum phlogoseos esse effectus. Generatim proficui sunt sudores spontanei, longiores flavedine sua indusia tingentes; urina copiosa cum conspicuo sedimento [10]; diarrhoea faeculenta [11]; fluxus haemorrhoidalis [12]; dummodo modicus [13]; et aliquando apparitio erysipelatis [14]. „Signa perfectae sanationis sunt, color non amplius ictericus in oculis, facie, urina, faece alvi, cum absentia symptomatum" [15]).

Cura. 6. Icteri praesentia vel minimum curam infarctus systematis hepatici [16]) immutat. Experientia nostra illo in morbo quammaxime confirmat virtutem *salium mediorum* remediis *amaris nuptorum* [17]), *aloes* [18]), *radicum*

10) „*Ich habe fast jederzeit den Urin, wenn solcher trüb wurde, und einen häufigen Bodensatz gab, für ein vortheilhaftes Zeichen angesehen.* Lange (Opp. Pars II. p. 237) *bestätigt dieses und* Ettmüller *bezeuget, dass, wenn der Urin dick und schwarz wird, solches eine Lösung des Uebels zu erkennen gebe,*" Graeuwen l. c. p. 200.

11) Vater Diss. de ictero ex contusione hypochondrii dextri mox orto, ac per diarrhoeam criticam mox soluto. Vitemb. 1733.

12) Bartholinus Cent. V. hist. 41; — Juncker Tab. VI. („Fluxus haemorrhoidalis ictero superveniens, spem facit felicis hujus morbi solutionis."

13) „Quandoque observatum fuit, post icterum diuturnum horrendos nasci in abdomine dolores, sanguinis magna copia sursum et deorsum exire, unde animi deliquium et mors." Swieten l. c. §. 946.

14) Hanke *specielle Pathologie. B.* 2. p. 507; — Naumann l. c. p. 276.

15) Boerhaave Institut. §. 931.

16) Cap. IV. §. XVIII.

17) Utraque parva in dosi, memores una ex parte effati

dicum graminis[19]) et *cichorei*[20]), *saponis*[21]), *mellis*[22]), *vitelli ovorum crudorum*[23]), *aquarum mineralium resolventium*[24]), maxime *Carolinarum*[25]), et, si

X 2 icte-

Hippocratis (De locis in homine. Sect. XL.): „Caeterum medicamenta bilem ducentia ne propinato, ne corpus magis conturbes;" et altera sententiae Fr. Hoffmanni (l. c. p. 368): „amara haec plus saepe detrimenti quam emolumentum afferre." Sequenti formula innumerabiles milites, rusticos et pauperes ab ictero liberavi: R. Herbae Trifolii fibrini, — salis amari ää drachmas duas. Coque c. aquae fontis s. q. per quadrantem horae. Col. librae unius. Cap. nychthemeri spatio.

18) Lübbert Diss. de aloes usu in ictero. Marburg 1811; — Wedekind l. c.

19) Arridet Cohauseni praescriptio, qua albumen nonnullorum ovorum in spumam convertitur, misceturque cum decocto graminis, addito saccharo. Cap. mane et vespere uncias quatuor. (Ephemer. Acad. Natur. Curios. Dec. III. Ann. II. obs. 35).

20) Moeinichen. *Genees-en Heelkundige Waarnemingen. Oclob.* 1747.

21) „In aurigine epidemica quae Genuae vigebat in exercitu Hispanico, comes Ponticelli archiater absumi jussit totum qui fuit in urbe saponem, ipsum etiam quo facies a barbitonsoribus delenitur, et sic sanata est illa epidemia." (Sauvages l. c.) — Sic in *infantum ictero ex infarctu*, formula Swietenii (l. c. §. 950.) optime conducit: R. Saponis medicinalis scrupulum. Solve in aquae unciis tribus adde syrupi cichorei cum rheo unciam.

22) Vulgare in Rossia icteri remedium, quod certe plus aestimaretur, si extraneum esset.

23) White *Treatise on the management of pregnant and lying-in women. Lond.* 1773. p. 75. et *Sammlung auserlesener Abhandl. für prakt. Aerzte. B.* 2. p. 89. (Duo vitelli ovorum aqua frigida subacti mane jejuno ventriculo sumendi, et diei curriculo quarta quaque hora ovum sorbendum); — Gardane *Gazette de Santé* 1775. p. 18. 48. 63. 148. 273; — Willich. Baldinger's *Neues Magazin. B.* 10. p. 106; — Schwartz Diss. de curatione icteri, maxime per vitellum ovi. Jenae 1791.

24) „Tum vero nullum est, quod in omnibus hepatis morbis, adeoque etiam in icteritia curanda, praesentiorem, certiorem ac efficaciorem virtutem praestet remedium, quam *aquae minerales* tam frigidae quam calidae sub convenienti regimine potatae . . . Et profecto si dicere velimus quod res est, raro admodum vel prorsus non icterus recidivans et chronicus sine convenienti fontium salutarium usu, quales praecipue sunt acidulae Egranae, Spadanae, Schwalbacenses et thermae Carolinae, ex voto poterit sanari." Fr. Hoffmann l. c. §. VII. p. 364.

25) Quam radicitus thermae ejusmodi incomparabiles caussam icteri ex infarctu evellant, inter alia exempla, illud comitis

icterus febribus tertianis ac quartanis diuturnis superveniat, *electuarii* BURSERII [26]). Haec ipsa experientia damnat *mercurii* usum [27]), agnoscitque lacunam respectu ad alia hîc commendata pharmaca [28]).

§. XVIII.

Icterus a calculo.

Scriptores. 1. Quot quot exstant de cholelithis et de auriginе scriptores, *ictero a calculo biliario* debitum attentionis tributum persolverunt. Peculiari mentione digni sunt PETERMANN [1]), STUPANUS [2]), STOCK [3]), HEBERDEN et STOKES [4]). 2. Tra-

E K. docet, qui, dum annum aetatis quinquagesimum attingeret, ab ictero nigro correptus, patris mei consilio fontem carolinensem *Sprudel* per duos tresve annos consequos adivit, a quo ita sanitati restitutus est, ut quo scribo tempore, ultra nonaginta annos, incolumis et vegetus, numeret.

26) R. Pulveris corticis peruviani unciam; salis absynthii, salis ammoniaci depurati, arcani duplicati, extracti rhei ââ drachmas duas. M. f. electuar. c. s. q. syrupi cichor. cum rheo. cap. mane ad drachmas duas superbibendo decoctum theiforme absynthii vel verbenae. (l. c. §. CLXX).

27) Quod jam dudum feccrat FR. HOFFMANNUS (l. c. Cautelar. §. V) asserens: ,,A mercurio dulci in minori etiam dosi sub pilularum forma exhibito gingivarum intumescentiam cum summo oris foetore, nec non cardialgicas auxietates cum appetitus viriumque prostratione originem sumsisse novi.“ Accedunt recentiorum testimonia. ,,*I shall now avail myself*, inquit Dr. CHEYNE (*Dublin Hospital Rep.* T. I. p. 278) *of this opportunity of protesting against a rule of practice in these countries, which seems to have been established without sufficient consideration, namely, that a mercurial course ought to be instituted as soon as jaundice, from a diseased state of the liver shall appear. Mercurials always aggravate the symptoms of hepatic irritation, unless when they promote the flow of bile. In this way, they prove quickly destructive to persons advanced in life, with the leaden complexion which arises from what are usually called scirrhous liver, which may be irritated by mercury, but over which mercury no longer possesses any influence of encouraging secretion.*“ —

28) *c. c. Lichen pulmonarius* (MURRAY Apparatus Medicaminum. Vol. 5. p. 520); — *radix curcumae longae* (ibid. p. 73.)

1) Diss. Scrutinium icteri ex calculis e vesica fellea. Lips. 1696. HALLER Collect. Disputat. T. III. p. 583.

2. Traditae doctrinae [5]) dumtaxat nonnulla diagnosin respicientia monita addimus. Animadversio.

3. Quamvis indubitabile sit, icterum ex calculo biliario *periodos servare*, attamen effatum Baglivii [6]): — „cum icteros videris pertinaces vel sanatos, vel recidivantes, pro certo habeas, eos a calculo vesicae felleae progigni" — multos in errorem duxit. Observati enim fuere (non tamen a nobis ipsis) icteri periodici, sine omni calculorum biliariorum indicio [7]) Praeterquam quod collectio faecum et flatuum in intestino duodeno et colon, vicissim fugata et rediens, auriginem periodicam producere valeat [8]); idem effectus quoque ex affectu arthritico (natura sua periodis addicto) et ex incomprehensibili nervorum joco expectari debet. Huc verisimiliter spectat icterus per integrum annum singulis hebdomadibus circa diem solis recedens [9]), ne dicamus de ictero paroxysmorum febrium intermittentium comite [10]). Ejusmodi fuisse videtur *icterus infantum* Essendiae a Brüning observatus, eoque magis mirandus, quum necroscopia, ut diximus, nec vestigium morbi sive hepatis, sive cystidis felleae, sive canalium biliferorum obtulit, ex quo auctor ad indolem morbi spasmodicam conclusit [11]). Respe- Monita.

2) Diss. de cardialgia spasmodica cum ictero alternante. Basil. 1748.

3) Diss. de ictero colicae juncto. Jen. 1757.

4) ll. cc. 5) Cap. V.

6) De bilis natura, usu et morbis. Opp. Antverp. 1715. p. 433.

7) Bang Acta Hafniens. Vol. I. p. 105.

8) Cob *Abhandlung von der Gelbsucht*. p. XXXIV.

9) Fr. Hoffmamn l. c. obs. II.

10) Manget Bibliotheca medico practica p. 844; — C. Medicus *Geschichte periodischer Krankheiten*. B. 1. p. 57.

11) En ejus verba: „Haec aurigo intermittens et periodica, tenella et sensibiliora subjecta, prae aliis, invasit: cui, post

spectu ad icterum a calculo objectio refutanda restaret cholelithos saepe absque ictero [12]) et icterum absque cholelithis obvenire: ast, quid inde? Calculi enim non omnes bili iter praecludunt, nec omnis sane icterus a calculo biliario repetendus est.

§. LIX.

Icterus a hepatitide.

Notio. 1. Verisimile est *icteros febriles*, *acutos*, *calidos*, de quibus apud auctores antiquiores legitur [1]), plus minusve ad hepatitidem spectasse. Icterus ut evidentissimum symptoma inflammationis tam hepatis ipsius quam cystidis felleae [2]), jam dudum innotuit [3]), quod etiam e sexto hujus libri capite apparet.

2. Nec

unum alterumve paroxysmum, subinde vero tardius, dolores infimi ventris atroces, colici sub totius corporis vigore, sese jungebant. Hi sensim ab inferioribus ascendentes, in cardialgiam desinebant vehementissimam, ad mentis alienationem artuumque spasmodicos motus haud raro pertingentem. Brevi post, pectoris constrictio asthmatica, dyspnoea et ominosa anxietas succedebant cum pulsu parvo, contracto, tardo et intermittente. Omnibus his, nisi scenam prius mors subitanea clauderet, socium se praestabat icterus, oculi albugineam, omnem cutim, foeda aurigine tingens. Non obstante omni auxilio, rebelle hoc malum, post solutum paroxysmum, in principio, brevi cessabat: deinde vero diutius superstes erat, tandem pertinacissimum Quibusdam dysuria accedebat; stranguria aliis perquam molesta, prodiensque guttatim lotium tenue, decolor et aquosum erat; faeces alvinae, siccae, griseae in scybala rotunda, parva, caprina formatae excernebantur. Sudor profusus, alvique et urinae profluvium largum, quemlibet paroxysmum, semel, bis, terve in die redeuntem solvebat." (l. c.)

12) Cap. V. §. XX. 3.

1) Slevogt Diss. facilis certaque diagnosis icteri calidi. Jen. 1716; — Wedel Diss. Aeger ictero calido laborans. Ibid. 1716.

2) Cortesius Prax. medic. P. II. p. 214.

3) Thibault Ergo ut ab inflammato jecore icterus, sic a refrigerato hydrops. Paris 1597; — Van Putten Diss. de ictero ex inflammatione hepatis oriundo; — Bright *mémoire sur l'ictère et specialement sur celui qui se lie à une inflammation diffuse du parenchyme du foie. Gazette médicale* 1838. *No.* 13.

2. Nec ibi reticuimus rerum positiones quibus vigentibus icterus sub hepatitidis curriculo prodit. Symptomata.

3. Inter caussas, potissimum cholelithos inculpavimus; item bilis secretionem vi inflammationis suppressam[4]) ac phlogosin in cystide fellea et ductibus biliariis, nec non in intestino duodeno[5]) et systemate venae portae[6]) vigentem, maxime autem illorum phlogosium exitus[7]). Caussae.

4. Eaedem difficultates quae diagnosin hepatitidis, praesertim chronicae, premunt, etiam ad illam icteri hepatitidis symptomatis extenduntur. Diagnosis.

5. Quid de icteri sub curriculo hepatitidis apparitione sentiendum sit, loco citato exposuimus. Prognosis.

6. Idem de *cura* valet. Inter antiphlogistica auxilia *nitrum* maxime commendari meretur[8]). Sunt qui illud cum *sulphure* adhibeant[9]). Cura.

§. LX.

4) „*A curious case of this kind occurred under the care of* Dr. Graves, *in the Meath Hospital, where the slightest trace of bile did not exist in the Gall-bladder, which was filled with a transparent mucus.*" Stokes l. c. p. 295.

5) P. III. Vol. II. Sect. I. Cap. III. §. XVII. 5; — Marsh *Dublin Hospital Reports. Vol.* 5; — Earbutt. *Clinical Reports of Manchester Roy. Infirmery; Medical chirurgical Review. Jan.* 1835. p. 216; Froriep's *Notizen. B.* 44. p. 11. Stokes l. c.

6) Stokes (l. c. p. 392—93.) contendit signa gentilitia *icteri ex inflammatione et obstructione venae portae* esse dolorem epigastrii, oedema pedum, maciem, virium prostrationem, famem caninam et in nonnullis ascitem cum conditione varicosa venarum integumentorum abdominis." *I am satisfied,* inquit, *that in such cases you would be fully justified in making the diagnosis of obstruction of the portal system; and if in addition, there was infiltration of the lower extremities, there would be a probability that the disease had extended to the cava itself.*"

7) Cap. VI. §. XXXIII. 6, 7. 8.

8) Ejus ope plures icteros brevi temporis spatio fugavi. Praescripsi: Rp. Decocti hordei libram. Nitri drachmam. Oxymellis unciam m. cap. nychthemeri spatio.

9) Buyzen *Korte Geneeswyze der Ziekten.* p. 288; — Graeuwen l. c. p. 219.

§. LX.

Icterus ex phthisi hepatica, hydatide et carcinomate.

I. ex phthis. hep. 1. *Abscessum hepatis* haud frequenter *icterum* comitem habere monuimus[1]). Flavedo cutis hoc in casu raro intensa est. Utrumque, cavendum, ne a febre hectica per accessus invadente, inducamur, ad proclamandam febrem intermittentem ictericam.

I. ex hydatide. 2. Inter morbos systematis hepatici qui aurigini locum concedere possunt, *hydatides* minime silentio praeteriri debent[2]). Memorabile est exemplum hydatidis magnae sub vena portae sitae, quae hydatis ductus biliares comprimendo, icterum excitavit[3]).

I. ex carcinomate. 3. *Ictero ex hepatis carcinomate* quadrat potissimum Aretaei[4]) descriptio: „Quos icterus invasit niger, colore afficiuntur ex atro viridi permisto; horroribus corripiuntur, imbecilles sunt; ignaviae cedunt, animo demissi; foedos odores sentiunt, et amarum habent gustum; spiritum aegre trahunt; venter iis quasi mordetur; dejectiones porraceae, subnigrae, siccae, vix expulsae; urina nigricante quodam colore saturata; cibum non capiunt, et fastidiunt, vigiliis premuntur; mente dejecti sunt et melancholici.“ Caeterum ex solo cutis colore ad morbi gravitatem concludere non licet. Potest quoque flavedo superficiei corporis externae evanescere, quin ideo morbus, per se desperatus[5]), sanatus

1) Cap. VII. §. XXXVI. XL.

2) Jure censor (*Jenaer allgemeine Literaturzeitung.* 1792. *December* p. 495) Voglerum accusat, quod (op. cit.) hydatides inter caussas icteri non recensuerit.

3) Duncan senior. *The Edinburgh medical and surgical Journal.* 1807. *Vol.* 3. *No.* 9.

4) l. c.

5) Courtois Ergo morbi insolentes et qui naturae modum superare videntur, ab ictero. Paris 1662. — Home (Prin-

natus sit. Eum in pancreate, ventriculo, quatenus ductus biliares comprimunt, latere posse dictum est[6]). Immo interdum arteriae hepaticae anevrysma ejusmodi effectum producit[7]). Icteri, ex qualicunque demum carcinomate orti finis, hydrops est[8]). Est itaque urina pauca sedimento lateritio instructa maxime timenda[9]). Ea leniter sollicitanda[10]); caeterum medicamenta nulla[11]).

§. LXI.

Complicatio icteri cum aliis morbis. Conclusio.

1. Praeter complicationem caussarum, juxta quas varias icteri species stabilivimus, *auriginis complicatio cum aliis morbis* probe notari debet. Loquimur imprimis *de complicatione icteri* cum *scorbuto*[1]), *arthriti-* Complicatio.

ti-

cipia medicinae p. 252) icterum ex carcinomate hepatis sine ambaginibus pro insanabili declarat.

6) §. LI. 8. Cfr. Voigtel *Handbuch der pathologischen Anatomie. B.* 3. p. 130. 131.

7) Cruveilhier l. c.

8) Manquet *Traité pratique de l'hydropisie et de la jaunisse. Paris* 1770.

9) „Ubi urina in ictero lateritium sedimentum demittit, difficilis morbus est." R. A. Vogel l. c. No. 77.

10) Cap. VIII. §. XLIX. 4.

11) „Vitandum probamus frequentem et variam medicaminum potationem, quae fel deducere promittuntur, sive ventriflua: etenim sitis extenditur et cibi fastidium duplicatur, et corporis fortitudo imminuitur, et cibi accepti corrumpuntur, et omnis corporis materia adulterio medicaminum deterior fit." Caelius Aurelianus l. c.

1) Ejusmodi *icteri nigri scorbutici* descriptiones debentur Boerhaave (Consilior. No. XVI), Sauvagesio (l. c. Genus XXXI.) et Graeuwen (l. c. p. 186). Conveniunt in sequentibus, facies ad nigrum vergit, residui corporis color intense flavescit aut nigricat; in faecibus nulla flavedo, urina saturate biliosa, anorexia comes, sanguini extracto crusta tenax, phlegmatico biliosa adhaeret, his adduntur scorbuti signa, ut maculae lividae amplae in cruribus, excretio cruoris meri per anum sine diarrhoea, oris spurcities, gingivae molles. Desinere solet hic morbus in ascitem scorbuticum et phthisin pulmonalem. Prodest interdum cura antiscor-

tide[2]), *syphilide*[3]), *diabete*[4]), *chlorosi*[5]), *lepra*[6]), *psora*[7]), *plica*[8]), aliisque morbis cutis[9]), nec non cum *phthisi pulmonali*[10]) atque *vitiis cordis ac vasorum majorum*. Ne medicus, omnem suam attentionem *ictero* dicans, reconditos hos morbos praetervideat!

Conclusio. 2. Concludimus Fr. Hoffmanni verbis[11]): „alium icterum esse contumacem ac diuturnum et difficulter admodum medicamentis expugnari; alium brevi tempore cessare et remediis facile cedere; alium dein perpetuo inhaerere, alium tantum statis reverti periodis et certas modo horas perdurare, atque etiam in quibusdam esse anniversarium."

De

butica, una cum lenissimis purgantibus et diureticis. Addere potuissent in ictero scorbutico, *lienem* saepe magnam ludere scenam, praecipue si epistaxis obveniat, ut potissimum ex Lieutaudii (Histor. anatom. med. T. I. p. 220) elucet.

2) Guldenkleb Casus medic. XXVIII. Libr. III.
3) Astruc De morbis venereis. Libr. IV. Cap. I.
4) Richard Bright. *Medical and chirurgical Transact. by the med. and chir. Society of London.* 1833. *Sammlung auserlesener Abhandlungen für prakt. Aerzte. B.* 41. p. 3.
5) Ballonius de virginis et mulierum morbis. Cap. VII.
6) Bader obs. 9.
7) Ephem. Acad. Natur. Curios. Dec. III. Ann. VII. obs. 61. Saepe inter judaeos Lithuanos observavi.
8) Vehr Diss. de ictero fusco cum plica polonica. Francf. ad Viadr. 1708; — Acta mea Clinica Caes. universitatis Wilnensis. Ann. I. p. 108.
9) Ex complicatione icteri cum morbis cutis inextricabilis apud auctores orta est confusio, cujus specimen exhibent Sauvages (l. c. Genus XXXI.) et Graeuwen l. c. p. 186.
10) Schlachts Exercitatio, exhibens aegrum memorabilem ictericum phthisi laborantem. Herbip. 1724.
11) l. c. §. V.

De Morbis Pancreatis.



CAPUT X.

Consideratio anatomica, physiologica et pathologica pancreatis.

§. LXII.

Doctrinae difficultas, antiquitas et cultores.

1. Morbi pancreatis, nihil minus quam pauci [1]) et rari [2]), non facile deteguntur. Sunt enim in recondita, vix explorationem admittente regione siti, plerumque illis hepatis, lienis, ventriculi, duodeni, coli et mesenterii juncti, ac in viscere pauco, ut videtur, sensu dotato evoluti. Difficultates ejusmodi non absterrere sed calcaria addere debent, illos peculiari studio prosequendi. Ad eum finem observationes huc spectantes collegimus, in ordinem disposuimus ac dilucidavimus. D. difficultas.

2. In

1) Incomprehensibile est Baillie (*Anatomie des krankhaften Baues mit neuen Anmerkungen von* Soemmerring. *Berlin* 1820. p. 158. et *Posthumous Works* p. 207.) utpote amplissimam quondam praxin Londini exercens et anatomiae pathologicae strenuus cultor, dixisse: pancreas paucis obnoxium esse morbis.

2) Nec minus incomprehensibile Vetterum (*Aphorismen aus der pathologischen Anatomie. Wien* 1808. §. 180.) nosocomii universalis Vindobonensis prosector, qui annis 1796 — 1800 tot cadavera vitiis pancreatis contaminata me praesente secavit, morbos hujus visceris rarioribus adnumerasse.

D. antiquitas. 2. In HIPPOCRATIS, genuinis saltem libris [3]), locus qui pancreatis morbis quadraret, incassum quaeritur. HEROPHILUS quidem Chalcedonius situm et fabricam illius visceris haud ignorasse videtur [4]); RUFUS Ephesius illud jam descripsit ac a glandulis mesenterii distinxit [5]), et GALENUS de ejus functione loquitur [6]); ast nullibi de pancreatis *morbis* apud antiquos fit mentio. Incidit ea in tempora FERNELII [7]), RIOLANI [8]), SCHENKII [9]), ubi anatomia excoli coepit et praecipue ubi MAURITIUS HOFFMANNUS anno MDCXLII. ductum pancreaticum in gallo invenit ac ansam praebuit VIRSUNGO, discipulo VESLINGII, detegendi hunc ipsum ductum in hominibus [10]).

D. cultores. 3. Doctrinam anatomico-physiologico-pathologicam pancreatis excoluere ALBERTI [11]), HEURNIUS [12]), REG-

3) Notum est illud *περὶ ἀδένων* (de glandulis) falsò HIPPOCRATI tribui.

4) KURT SPRENGEL *Versuch einer pragmatischen Geschichte der Arzneykunde. B.* 1. p. 379.

5) In libro *περὶ ὀνομάσεως τῶν τοῦ ἀνθρώπου μορίων.* Libr. I. Cap. XXX.

6) De usu partium Libro V. Cap. I. II. et libro I. de semine, ubi sub finem de glandulis fit sermo, „quae in duodeno lentam humiditatem, salivae perquam similem secernunt.“

7) Universa medicina. Genevae 1679. Lib. VI. pathologia. Cap. VII. de pancreatis et mesenterii morbis. (Affirmat et profitetur „sese in his plerumque sedibus animadvertisse cholerae, melancholiae, diarrhoeae, dysenteriae, cachexiae, atrophiae, languoris, lentarum errantium febrium, latentium denique morborum causas, quarum depulsione deploratis salus redderetur.“)

8) Anthropologia Libr. II. Cap. XVI. (Putat febrium intermittentium, melancholiae hypochondriacae et aliorum morborum chronicorum caussam in pancreate delitescere).

9) Exercitatione anatomica VI. Libr. I. Sect. II. Cap. 21. („Innumerum, inquit, et admirabilium morborum sedes sunt (pancreas et mesenterium) cui indagando non una sufficit hominis aetas. Ludibrium medicorum quod exercitatissimos quosque in ruborem conjicit.“)

10) THOMAS BARTHOLINUS Anatomia reformata. p. 78.

11) Diss. de morbis mesenterii et ejus, quod *πάγκρεας* appellatur. Witemberg. 1578.

Regnerus de Graaf [13]), Barthold [14]), Swalwe [15]), Dorsten [16]), C. Brunner [17]), J. Jgn. Focki [18]), J. T. Römhild [19]), Ch. B. Holdefreund [20]), G. H. Behr [21]), Winslow [22]), H. Ulot [23]), Fantoni [24]), Ph. d'Orville [25]), C. C. Paldamus [26]), Haller [27]), Morgagni [28]), Lieutaud [29]), Baader [30]), C. Anselm [31]), G. Wedekind [32]), J. R. Rahn [33]), J. Barth. Siebold [34]), Barfoth [35]), Hildenbrandt [36]), Soem-

12) Diss. de morbis mesenterii et *pancreatis*. Lugd Batav. 1599.
13) „*Traité de la nature et de l'usage du suc pancréatique, où plusieures maladies sont expliquées, principalement les fièvres intermittentes. Paris* 1666. — Plurimis observationibus auctum: Regneri de Graaf Medici Delphinensis Tractatus anatomico-medicus de succi pancreatici natura et usu. Opp. omnia. Lugdun. 1678. p. 269.
14) Diss. de pancreate et ejus usu. Jenae 1669.
15) Pancreas pancrene, seu pancreatis, et succi ex eo profluentis commentum succinctum. Amstelodami 1671.
16) Diss. de pancreate ejusque usu noviter detecto. Marburg. 1675.
17) Experimenta nova circa pancreas: accedit diatribe de lympha et genuino pancreatis usu. Amstelod. 1683.
18) Diss. de pancreate. Viennae 1692.
19) Diss. de pancreate. Altdorff. 1706.
20) Diss. de pancreatis morbis. Halae 1713. Praeside Fred. Hoffmanno. Vid. Opp. Suppl. II. 2.
21) Diss. de pancreate et ejus liquore. Argentorat. 1730.
22) *Exposition anatomique de la structure du corps humain. Paris. T.* 4. 1732.
23) Diss. de pancreate. Leidae. 1733.
24) Diss. anatomicae VII. priores renovatae. Taurini 1745. Diss. VI. p. 285.
25) Diss. de fabrica et usu pancreatis. Leid. 1745.
26) Diss. de damnis ex male affecto pancreate in sanitatem redundantibus. Halae 1759. Praeside A. El. Büchner.
27) Elementa physiologiae corporis humani. T. VI. p. 431.
28) De sedibus et caussis morborum l. indicandis.
29) Historia anatomico-medica. Vol. I. l. citandis.
30) Observationes medicae. Friburg. 1762.
31) Diss. de pancreate. Leidae 1766.
32) *Aufsätze über verschiedene wichtige Gegenstände. Leipz.* 1791. p. 301.
33) Diss. diagnosis scirrhorum pancreatis observationibus anatomico-pathologicis illustrata. Goetting. 1796. Recusa in Brera Sylloge opusculorum selectorum ad praxim praecipue medicam spectantium. Vol. II. Ticini 1798. p. 99.
34) Historia systematis salivalis physiologice et pathologice considerati. Jen. 1797.

Soemmerring [37]), J. Ch. Wecker [38]), G. Ch. Macrit. Hoffmann [39]), Ch. Fr. Harless [40]), Tiedemann [41]), E. S. Schmackpfeffer [42]), C. Vogel [43]), P. A. Prost [44]), P. Percival [45]), Pemberton [46]), Sewal [47]), Abercrombie [48]), F. Frid. Maercker [49]), G. Bécourt [50]), J. Annesley [51]), Hohnbaum [52]), H. W. Carter [53]), C. L. Medicus [54]), Bright [55]),

35) Diss. de morbosis pancreatis affectionibus. Lund. 1799.
36) *Ueber den Zweck des Pancreas*, in *Abhandlungen der physikal. Medicinisch. Societät zu Erlangen. B.* 1. p. 251. et *Lehrbuch per Anatomie.* 3te *Ausgabe. B.* 3. §. 2128.
37) *Eingeweidlehre. B.* 5. *Abtheil.* 2. p. 150.
38) Diss. de conditionibus pancreatis materialibus. Hal. 1805. — Brera Sylloge. Vol. VII. p. 225.
39) Diss. de pancreate ejusque morbis cum annexo casu pancreatis morbo in ingentem degenerati molem. Altdorf 1807.
40) *Ueber die Krankheiten des Pancreas mit besonderer Berücksichtigung der Phthisis pancreatica, mit einleitenden Bemerkungen über die Schwindsuchten überhaupt*; in *Abhandlungen der physicalisch-med. Societät zu Erlangen. B.* 2. p. 135. et *Nürnberg* 1812.
41) *Ueber die Verschiedenheiten des Ausführungsganges der Bauchspeicheldrüse bei Menschen und Säugethieren.* In Meckels *Archiv für Anatomie und Physiologie. B.* 4. p. 403.
42) Diss. observationes de quibusdam pancreatis morbis. Hal. 1817.
43) Diss. pancreatis nosologia generalis. Hal. 1817.
44) *Médecine éclairée par l'observation et l'ouverture des corps. Paris* 1817.
45) *On the diseases of the pancreas*; in *Transactions of the Association of Physicians in Ireland.* 1818. *T. II.* p. 130.
46) *Praktische Abhandlung über verschiedene Krankheiten des Unterleibes. A. d. E. Gotha* 1818.
47) *An Essay on the diseases of the pancreas*; in *The Medical and Physical Journal. T. XXXI.* p. 94.
48) *Contribuitions to the pathology of the stomach, the pancreas and the spleen*; in *The Edinburgh medical and physical Journal* 1824. *T. XXII. No. LXXIX.*
49) Diss. de pancreate. Berolini 1830.
50) *Recherches sur le pancréas, ses fonctions et ses altérations organiques. Strasbourg* 1830.
51) *Researches into the causes, nature and treatment of the more prevalent diseases in India. Vol.* 2. Vide et *Sammlung auserlesener Abhandlungen für prakt. Aerzte. B.* 36. p. 210.
52) *Zur Diagnose der Krankheiten der Bauchspeicheldrüse*; in Casper's *Wochenschrift für die gesammte Heilkunde.* 1834. *No. XVI.*
53) *Cyclopedia of practical medecine. Vol.* 3. p. 237.
54) Diss. nonnulla de morbis pancreatis. Berol. 1835.

Bigsby[56]), J. T. Mondière[57]), E. Perle[58]), G. Th. Hesse[59]), H. Bürger[60]), Landsberg[61]), J. Engel[62]), aliique passim recensendi, nec non anatomiae comparatae cultores[63]).

§. LXIII.

Pancreatis consideratio anatomica.

1. *Pancreas*[1]) est corpus oblongum, acuminatum, complanatum, durum, extremitate altera ampliore, cras- Notio.

55) *Cases and observations connected with diseases of the pancreas and duodenum. In London medico-chirurgical Transactions. T. XVIII. Part. I.* et *Archives générales de médecine 2e. Série. T. IV.* p. 482.
56) *The Edinburgh medico-chirurgical Journal. July* 1835; — Travers *Lancet XII.* p. 348; — *Archives générales de médecine* l. c.; — Schmidt *Jahrbücher der in- und ausländischen gesammten Heilkunde. Erster Supplement-Band.* p. 161.
57) *Recherches pour servir à l'histoire pathologique du pancréas. (Mémoire couronné par la société médicale d'Emulation de Paris). Archives générales de Médecine* 2e. *Série. T. XI. Mai. Juillet. Octobre* 1836.
58) Diss. de pancreate ejusque morbis. Berol. 1837.
59) Diss. de morbis pancreatis. Berol. 1838.
60) *Was ist in neuern Zeiten für die Diagnostic der Krankheiten der Speicheldrüse geschehen?* in Hufeland's *Journ. der prakt. Heilkunde. St.* 8. 1839.
61) *Einige Bemerkungen über die Krankheiten des untern Magenmundes und der Bauchspeicheldrüse*; in Hufeland's *Journal St.* 7. 1840.
62) *Die Krankheiten des Pancreas und seines Ausführungsganges*; in *Oesterreichischen medicinischen Jahrbüchern. B.* 23. *St.* 3. et *B.* 24. *St.* 2.
63) Inter illos nominasse sufficiet Fantoni l. c. — Cuvier *Vorlesungen über vergleichende Anatomie. A. d. Franz. übersetzt von* J. J Meckel. *Leipzig* 1810. *B.* 3. p. 160; — Rudolphi *Grundriss der Physiologie. B.* 3. p. 401; — Ant. Alessandrini Descriptio veri pancreatis glandularis ex parenchymatosi in Accipensere et in Esoce reperti, in Novis commentariis acad. scient. Bononiensis. T. II. 1835.
1) Ortum ducit ex graeca voce *παν*, quae significat *omne*, totum, et *κρεας*, *caro*, quasi totum esset carneum, absque osse scilicet et tendine (Marherr Praelectiones in H. Boerhaave Institutiones medicas. Viennae et Lipsiae 1785. T. I. p. 483); a nonnullis, ob formam regularem et pulchriorem *Καλλικρεας*, quasi *pulchra caro* nominatur (Bartholinus l. c. Cap. XIII). Jam H. Boerhaave nomen minus incongruum proposuit, et secundum viri illustris ex-

crassiore (caput dictâ); altera angustiore et acuminata (cauda); longitudinis mediae octo pollicum; latitudinis, ad caput, duorum pollicum cum dimidio, ad caudam, pollicis unius et linearum sex; spissitudinis, ad partem ampliorem, linearum sex [2]); ponderis [3]), a tribus ad quatuor uncias [4]); coloris ex flavo rubri [5]), seu rubicundi in pallidum incidentis. Ad hujus visceris partem crassiorem appendix duorum circiter pollicum observari solet, quae *pancreas parvum* sive WINSLOVII dicitur [6])

Situs. 2. Jacet pancreas, sine proprio involucro, inter mesocoli utramque laminam (sic, ut prior ejusdem superficiem anteriorem, at non posterior posteriorem obducat, cum haec tantum obtegatur cellulosa), sub ventriculo, circa primam vertebram lumbarem cui transversim et oblique incumbit. Cauda pancreatis, lieni et capsulae renali sinistrae adjacet; caput, hepar adtingit et duodeno adcretum est; medietas, seu corpus,

emplum SOEMMERRING aliique recentiores anatomici potius *glandulam abdominis salivalem* (Germanice *Bauchspeicheldrüse*) vocavere (WECKER l. c. §. 1). Denominatio latina tunc solum congrua foret, si certum esset, pancreas *salivam* secernere; germanica praeterea displicet eo quod ulnae longitudinis. Itali, Galli et Angli sapienter vocem *pancreas* retinuerunt. Hujus visceris exhibetur proba icon in SANCTORINI Tabulis posthumis. Tab. XIII. Fig. 1. Nec contemnendam jam Th. BARTHOLINUS (l. c.) exhibuit. Inter recentiones vide COWPER Anatom. human. Tab. XXXVI. Fig. 2; — BÉCOURT Diss. cit.

2) BÉCOURT l. c. p. 8. (Mensuras depromsit e triginta duobus pancreatibus sanis.)

3) Specificum pancreatis pondus juxta MUSCHENBROECK (Introductio ad philosophiam naturalem p. 556.) se habere solet ad aquam ut 1029, ad 1000.

4) BÉCOURT l. c.

5) „*Allemal ist es weit dunkler als der benachbarte milchweisse Zellenstoff oder das goldgelbe Fett; hingegen heller als irgend eine Saugaderdrüse.*" SOEMMERRING l. c.

6) PORTAL *Histoire de l'anatomie et de la chirurgie.* T. 3. p. 71.

pus, aortam tangit. Quae visceris positio, in morbis pancreatis dijudicandis continuo ante oculos versari debet, facultatem enim suppeditat permulta symptomata interpretandi, gravesque errores in diagnosi evitandi.

3. *Arteriae pancreatis* partim ex arteria hepatica, et quidem ex ramo ejus descendente sive gastrico-duodenali, partim ex splenica et mesaraica superiori oriuntur. Arteria gastrico-duodenalis, praeter arteriam gastricam minorem, et arterias duodenales superiores, arteriam pancreatico duodenalem et pancreaticam format. Arteria splenica multos pancreati suppeditat ramulos, qui nomine arteriarum pancreaticarum mediarum et sinistrarum insigniuntur. Arteria mesaraica superior inter pancreas et duodeni flexuram repens, varios ramulos tam pancreati, quam duodeno dat, qui passim ramulis pancreaticae duodenalis inosculantur [7]). Arteriae.

4. *Venae pancreatis* in venam mesaraicam superiorem, splenicam et duodenalem abeunt, quae omnes in venam portae confluunt [8]). Venae.

5. *Vasa lymphatica pancreatis* e posteriori hujus visceris parte surgunt, et cum plexu lienali conjunguntur [9]). Vasa lymphatica.

6. *Nervi pancreatis* originem ducunt ex plexu Nervi.

 hepatico

7) Mayer *Anatomische Beschreibung der Blutgefässe. Berlin* 1788. *Tab.* II.

8) Mayer l. c.

9) Mirum est Hallerum (op. c.) vasa lymphatica pancreatis in dubium vocasse, cum jam a Veslingio (M. Hoffmann Theses de sanguine §. XXV.), Dionisio (Anatomia corpor. human. p. 189) et Welschio (Tab. anatom. XL.) nota fuerint. Extra dubitationis aleam ea posuere Cruikshank et Mascagni (Opp. cit. in capite. I. §. II. No. 11.).

hepatico dextro et ex plexu mesenterii superiori, et cursum arteriarum sequuntur [10]).

Fabrica. 7. Constat pancreas ex magno acinorum minorum numero, qui proprio parvo ductu excretorio gaudent. Acini ex minoribus lobulis compacti sunt, qui iterum cellulis constant. In acinis, dum vasa sanguinea massa injectionis colorata replentur et ductus excretorius, de quo mox sermo erit, argento vivo injicitur, cellulae oculo nudo jam conspiciuntur aequalis magnitudinis, quarum parietes maxima ex parte e vasculorum rete conficiuntur, et e quibus singulis prodit ductulus, qui cum aliis concrescit in majores, qui denique abeunt in *ductum excretorium communem.* Ductus hic medium pancreatis tenet, dextrorsum ad flexuram duodeni incedit (ubi plerumque ductulum ex appendicula Winslowii venientem recipit), dicti intestini tunicas simul cum ductu choledocho perforat, et inter membranas per longitudinem pollicis proserpens in cavitatem duodeni, per sinum rugae longitudinalis osculo parum coarctato, terminatur. Ductus iste pancreaticus, amplitudine calamum modo majorem, modo minorem aequat: etsi tenuis, tamen tenax est et fibrosus. Plerumque quidem ductus pancreaticus et choledochus unum habent commune ostium in duodenum. Interdum vero pancreatico ductui peculiare est ostium non procul a ductus choledochi apertura, quod vero ipso canali multo angustius, et carunculâ loco valvulae praeditum observatur. Nonnunquam etiam ductus pancreaticus in ipso ductu choledocho aperitur; tunc vero valvulâ tenui cavetur, ne bilis in hunc ductum instillari possit.

§. LXIV.

10) J. G. Walter Tabulae nervorum thoracis et abdominis. Tab. III. IV.

§. LXIV.

Pancreatis consideratio physiologica.

1. Ex dictis abunde elucet pancreas esse *glandulam conglomeratam,* glandulis salivalibus, quas tamen magnitudine superat, similem. P. est glandula.

2. Concluditur inde ad analogiam *succi pancreatici* cum saliva; quae autem analogia, quidquid dicant [1]), *differentiam* non excludit [2]). Generatim succi pancreatici qualitatibus physicis et chemicis [3]), quum solum per sectiones animalium vivorum [4]) stabiliri possint, parum fidei tribuenda est; saevi enim cruciatus, quos ejusmodi animalia patiuntur, secretionem illius succi Succus pancreaticus.

1) Siebold (op. c. p. 50) inquit: „Indoles succi pancreatici, quoad colorem, saporem, odorem, consistentiam et pondus specificum, est salivae simillima."

2) Admittitur ea a Tiedemann et Gmelin (*Verdauungsversuche. Heidelb.* 1826. p. 42) nec non a E. H. Weber (*Handbuch der Anatomie des Menschen. B.* 4. p. 321), argumento firmato, pancreatis succum, *albumen*, partem maxime nutrientem corporis humani, continere.

3) Succo pancreatico tribuerunt; *saporem acidum*, Fr. Sylvius (De chyli a faecibus alvinis secretione atque in lacteas venas propulsione, in intestinis profecta. Lugd. Batav. 1659.) et Graaf (l. c. Cap. V); *salsum* magis quam acidum, Brunner (l. c.); veluti *alcalinum* Magendie (*Précis élémentaire de physiologie. Paris. T.* 2. p. 367). Secundum experimenta Fordyce (*Neue Untersuchungen über das Verdauungsgeschäft. A. d. E. Leipz.* 1793. p. 53.) succus pancreaticus constat ex aqua, muco, albumine, muriate sodae et phosphoro. Analysis ejus jussu Cruveilhier facta, de multo muco, soda, cholestearina et phosphate calcis testatur. (Behrend *Allgemeines Repertorium der medicinischen Journalistik des Auslandes. Jahrgang* IV. 1833. No. 10. p. 69). Cfr. Leuret et Lassaigne *Recherches physiologiques et chimiques pour servir à la digestion. Paris.* 1825; — Tiedemann l. c. et Barruel in Müller's *Archiv* 1834. p. 110.

4) Graaf, Brunner aliique „vel aperto abdomine, duodenum incidebant, ut in ductum pancreaticum calamum intruderent, calamoque lagenulam ope ligaturae firmatam appenderent; vel plurimis bestiis, plerumque canibus, eodem tempore caesis, e pancreate ante duodenum caute separato succum pancreaticum leniter in vasa emulgebant." Siebold l. c. — Magendie (l. c.) simpliciorem, ast vix securiorem viam inivit.

succi necessario pervertere debent, et alioquin praecaveri vix potest, ne bilis ex vicino ductu choledocho, ne mucus et vapor intestinalis ei admisceantur.

Pancreatis ejusque succi usus.

3. Veteres anatomici pancreati aliud non adsignarunt officium, nisi ut vasa fulciat, ne ruptionis periculo exposita sint, et, ut ventriculo pro pulvinari inserviat, ne repletus duritie vertebrarum laedatur[5]) Succo ejus physiologi munus tribuunt ciborum massam adhuc crudam magis magisque resolvendi, bilem attenuandi, et chylum conficiendi. Nobilissimum sane hoc ultimum munus! cui succus pancreaticus praeesse haud posset; nisi ei facultas inhaereret, humoribus adsimilationi dicatis, principium vitale impertiendi. Intelligitur inde cur glandula talem pretiosum succum secernens ad maximas pertineat; cur situm habeat a violentiis externis, in quantum fieri potest, securissimum; cur cruore, digestionis praesertim tempore, abundet[6]); cur nexum arctissimum cum plexibus nervorum abdominalium, cum nervo intercostali, ipsoque cum cerebro habeat[7]); cur quoties morbus pancreatis secretioni debitae succi obstat, citius quam in omni alio simili morbo corporis humani macilentia sequatur[8]); et cur bilis concursu succi pancreatici orbata facile in cholestearinam[9]), putredinis specificae effectum[10]), convertatur.

§. LXV.

5) Sennertus Pract. Medic. Lib. III. P. III. Cap. VII. (refutans veterum opinionem).

6) Bichat *Allgemeine Anatomie. A. d. Fr. B. 2. Abtheil.* 2. p. 151.

7) Morbi pancreatis saepe somno obstant (P. II. Vol. I. Sect. I. Cap. VII. §. XXXV. 3); et in incubo obveniunt. (Ibid. Cap. X. §. XLIV. 2.)

8) Pembertoni (l. c.) istam observationem, omnino confirmatam habeo.

9) Cap. V. §. XX. 3. nota ubi citatur Bright.

10 Ibid. §. XXIV. 3.

§. LXV.

Pancreatis consideratio pathologica.

1. Ipsa natura pancreatis auctoritatem agnoscere videtur; in eo saltem rarius quam in reliquis visceribus *vitia congenita* obveniunt. Sola monstra ejus defectum[1]) eaque bicipita duplicitatem[2]) exhibent. Observatio enim de pancreate duplici binisque ductibus excretoriis instructo in homine non monstroso[3]), dubium movet, appendicem Winslowii solito majorem magisque sejunctam pro altero pancreate imposuisse[4]). Haud raro autem pancreas aliena culpâ proprio e loco movetur. Accidit id praecipue dum aut columna vertebralis a recto tramite deflectit, aut ventriculus, duodenum, hepar, lien, omentum forma et situ peccant[5]). Atque hîc occasio sese offert observandi, primis vitae intra-uterinae temporibus pancreas (in embryone, habita proportione reliqui corporis majus quam in adulto[6])), ventriculo adhaerere a quo eadem ratione recedit, qua foetus magis magisque evolvitur[7]). Visum tamen est in recens nato sexto post partum die defuncto ei adcretum[8]). Absente parte dia-

P. vitia congenita.

1) Ephemerides Acad. Natur. Curios Dec. II. Ann. V. Obs. 6. Dec. III. Ann. V. VI. Obs. 181; — Daniel *Sammlung medic. Gutachten.* p. 175.
2) Miscellanea Acad. Natur. Curios. Dec. II. Ann. III. Obs. 44; — A. A. Lachaise *De la duplicité monstrueuse. Paris* 1823. p. 32.
3) Blasius Observationes anatomicae p. 126; — Acta Eruditorum Lipsiensium. Ann. 1717. p. 39.
4) Haller l. c.; — Otto *Handbuch der pathologischen Anatomie. Kap.* 4; — Meckel *Handbuch der pathologischen Anatomie. B.* 2. *Abtheil.* 1. p. 153; — Engel l. c.
5) *London medical Journal* 1789. *Vol.* XVIII. *P.* II.
6) Soemmerring l. c. 7) Meckel l. c.
8) Aubery *Bulletin de la Faculté de médecine de Paris* 1896. *T.* 1. p. 4. (*„L'estomac bien conformé était adhérent au pancréas dans son tiers postérieur, et le canal intestinal ve-*

diaphragmatis, pancreas in thoracis cavum intrusum est[9]). Continebatur etiam cum aliis visceribus in exomphalo congenito [10])

P. anomaliae. 2. *Anomaliis* potius quam vitiis congenitis adscribimus ductus pancreatici majorem numerum [11]), inconsuetam insertionem in duodenum, in jejunum [12]), in ventriculum [13]) et anastomosin cum ductu choledocho [14]); item originem arteriae pancreaticae immediate ex aorta [15]); nec secus pancreatis volumen plus minus auctum vel imminutum, nisi inde sanitas detrimentum acceperit, quo solum in casu de hypertrophia et atrophia quaestio esse potest.

Succi pancr. vitiata secretio. 3. Secretio succi pancreatici verisimiliter eadem ratione ut illa in reliquis glandulis conglomeratis vitiari

nait, après s'être replié deux fois sur lui même dans l'épaisseur du pancréas, se perdre dans cet organe par un tube sans ouverture; les canneaux cystique et cholédoque venaient aussi aboutir en ligne directe et sans se réunir dans le pancréas. Il n'y avait point de canal pancréatique").

9) G. Claude De observatione practica anatomica mirabili ad M. Ruysch. Patav. 1661; — *Breslauer Sammlung. Supplement. IV.* p. 136; — Campbell. *Recueil périodique. T.* LXXVIII; — E. Weyland Diss. medica duos exhibens casus dislocationis viscerum nonnullorum abdominis memoratu dignos. Jen. 1831. p. 7.

10) Marrigues *ancien Journal de médecine T. II.* p. 32; — Hower *Dictionnaire de médecine. T.* 1. p. 131; — Geoffroy-Saint-Hilaire *Journal complémentaire du dictionnaire de médecine. T. XXI.* p. 236. 370.

11) De ductu pancreatico duplici legitur in Actis Havniensibus (antiquis) Vol. II. obs. 14; in R. Wagner *Zeitschrift für die organische Physik. B.* 3. *Heft* 3; — in Petschii Diss. Sylloge select. observat. praeside Alberti. Hal. 1736. §. 81; — in Halleri Commentar. in H. Boerhaave Praelectiones T. I. p. 240. ejusdemque op. c. T. VI. p. 440; — in Ph. A. Böhmeri Observation. anatom. rar. Fasc. I. in praefation. p. XIII. not. 00; — in Sandifort Observat. anatom. patholog. Lib. II. Cap. VII. p. 127; — apud Tiedemann l. c.; — Bécourt l. c. p. 11; — Mondière l. c. p. 42.

12) Haller l. c. 13) De Graaf l. c. 4) Brunner l. c.

15) Westenberg in *Sammlung auserlesener Abhandlungen für prakt. Aerzte. B.* 4. p. 305.

tiari potest. Ejusmodi autem secretionis vitia conjecturis dumtaxat adtingere possumus, quum nescii simus quantitatis succi a pancreate in sano homine determinato tempore secreti [16]), quumque secretionis vitium absque evidenti hujus glandulae laesione locum habere posse saltem per analogiam arguere liceat [17]). Suspicamur *secretionem succi pancreatici auctam:* 1° in diarrhoeis mucosis infantum, praecipue si cum virium jactura et emaciatione, in dentionis periodum incidant; 2° in fluxu alvi adultorum seroso [18]) coeliaco [19]) nec non in lienteria et cholera [20]); 3° in diarrhoea sub cura mercuriali una cum ptyalismo, aut eo suppresso, obveniente; 4° in dyspepsia cum eructatione liquidi acidi, 5° in vomitu seroso, hydropem ascitem debellante [21]); 6° in vomitu urinali [22]) et 7° in diabete.

16) De Graaf (l. c.) per octo horarum spatium dimidium, quin totam unciam hujus liquidi in lagenam ductui excretorio alligatam collegit. Florentinus Schuyl (de veteri medicina. Leidae 1670) uncias tres in trihorio se invenisse affirmat in cane.

17) „*Combien de fois, même après des salivations prolongées, n' a-t-on pas trouvé les glandes salivaires dans un état d'intégrité parfait* (*Recueil de Mémoires de médecine militaires T.* 19. p. 40. et *Journal complémentaire T.* 16. p. 370)? *Combien de fois encore n' a-t-on pas trouvé, chez les diabétiques, les reins dans leur état physiologique?*“ Mondière l. c. p. 56.

18) „*N'est-ce point encore a un flux pancréatique qu'il faut rapporter les observations de ces individus cités par* Marcellus Donatus et Poterius (*Encyclopédie méthodique. Part. médicale. T.* 2. p. 366)?“ Mondière l. c. p. 53.

19) Wedekind l. c. p. 345.

20) Dupuytren *gazette médicale* 1832 *T.* 3. p. 71.

21) Faudac in Richard de Hautesierk *observations de médecine, Paris* 1772. *T.* 2. p. 429.; — Perrier *Bulletin de la Société médicale d'Emulation.* 1809. *T.* 3. p. 217. — Quum ptyalismus ope nicotianae excitatus etiam hydropem ascitem aliquando debellaverit (Fabre *observations de chirurgie. Avign.* 1778. p. 183; — Monro *Essay sur l'hydropisie. Paris.* 1789. p. 100; — Huon-de-Maxey *Ancien. Journal de médecine. T, IX.* p. 47; — Duperon, ibid. T. LVI. p. 500 etc.), plurimi putant secretionem succi pancreatici et hic auctam esse.

bete[23]). Alimus suspicionem *de secretione succi pancreatici imminuta*, *vel suppressa* aut de illius *excretione impedita*[24]): 1° si alvus praetermodum tarda; 2° si faeces materia sebacea mixtae; 3° si nutritio deficiens; et 4° si cachexia adsit. Haec signa, aliis juncta, probabilem quoque reddunt *succi pancreatici secretionem depravatam*, alioquin in pyrosi[25]), in calculis pancreaticis aliisque nunc explicandis morbis evidentem.

CAPUT XI.

De pancreatis infarctu et calculis.

§. LXVI.

Pancreatis infarctus.

Notio. 1. Quemadmodum hepar *infarctu* laborat, ita et pancreas.

Symptomata. 2. Symptomata hunc affectum comitantia pro re nata

22) Praeceptorum P. III. Vol. I. Sect. II. Cap. XXI. §. LXXX. 5.

23) Pancreas in diabetem imperium exercere debito loco palam fiet.

24) Cap. XII. §. LXX. 4.

25) „*Un homme, grand, maigre, agé de 38 ans, éprouve depuis l'age de vingt ans, et principalement tous les matins, des vomissemens d'un liquide spumeux. âcre, et dont le rejet est accompagné d'une vive sensation de chaleur brulante depuis le cardia jusqu' à la bouche. Ces vomissemens se suspendent quelquefois spontanement et alors ils sont remplacés par une salivation abondante, surtout le matin. Le liquide salivaire sécreté est généralement âcre, caustique même; les gencives sont gonflées, mollasses, les dents vacillantes, usées dans toute leur circonférence, de manière à laisser entre elles un intervalle qui s'accroit lentement, comme si chaque jour la salive en s' écoulant dissolvait une légère couche de leur tissu.*" Mondière l. c. p. 57.

nata sunt: ciborum desiderium quandoque auctum, plerumque imminutum, deletum; gravitatio inter cartilaginem xiphoideam et umbilicum, nunc a jejunio, nunc a cibatione nuncque vicissim ab utrisque aucta; tensio indicatae regionis et aliquando ejus tumor nonnunquam circumscriptus, ovalis, versus hypochondrium dextrum extensus, attactum aegre ferens; dolor dorsi, aut lumborum; decubitus supinus et in latus sinistrum aeque ac positio pronato corpore difficiles; sputatio frequens; ructus, nausea, vomituritio, vomitusque materiae acidae, serosae, mucosae; ejus per alvum, aliàs utplurimum obstructam, evacuatio; molimina icterica; inquietudo, agrypnia, melancholia et nutritionis decrementum.

3. Praeterquam quod istiusmodi symptomata, ex malis, infarctu longe gravioribus, oriri queunt, ex inflammatione videlicet pancreatis ejusque exitibus (induratione praesertim et suppuratione) et maxime ex affectionibus carcinomaticis; ipse infarctus pancreatis diversimode locum habere potest. Variae species.

4. Sicuti glandulae salivales a dente carioso, aut a linguae morbo tument; ita pancreas a morbis partium contiguarum, ventriculi imprimis et hepatis. In cadaveribus saltem ex istis morbis defunctorum, haud raro pancreatis volumen auctum invenimus. Ejus tumoris vitae tempore plerumque non habebatur suspicio, quoniam vel nulla inde prodibant signa, vel quae prodibant, a symptomatibus morbi primarii obfuscabantur. Tali morbo sanabili et rite curato, pancreas per se ad normalem redit conditionem. Inf. ex consensu.

5. *Congestio cruenta* in pancreate expectanda: Inf. sanguineus. - 1° dum pulmones ob inflammationem aut tubercula san-

sanguinis debitam copiam non admittunt, indeque cordis ventriculus dexter et affinis auricula eo redundantes depletioni venae cavae ascendentis obstant; 2° dum ob cordis et aortae vi morbosé aucta cruoris major, quam par est, copia ad pancreas vehitur; 3° dum ob varios morbos, aut uteri gravidi pressionem, reliqua viscera abdominalia sanguinis quae illis dicata est quantitatem non admittunt; et 4° dum ob impeditum per hepar transitum, vena portae turgida, venae pancreaticae deplètioni obstaculum ponit. Ex pancreatis plethora sub certis rerum positionibus, hujus glandulae exuberantem nutritionem seu *hypertrophiam* expectabitis. Molestiae inde ortae augeri solent ab assumptis cibis et potu calefacientibus, ab alvi tarditate et flatibus. Illis mature ut indicavimus [1]) occurrendum, ne congestio in inflammationem, aut in carcinoma transeat [2]).

Pancr. atrophia. 6. Caussae infarctui pancreatis sanguineo oppositae nutritionis producunt defectum [3]) indeque *atrophiam;*

1) Cap. IV. §. XVIII. 1.
2) Baillie, *Anatomie des krankhaften Baues* p. 158; — Th. Sewal l. c.
3) „*Les observations qui concernent la diminution de volume du pancréas sont moins nombreuses dans les auteurs que celles sur son excès d'accroissement; cependant on le trouve très souvent si petit, qu'il n' a pas la moitie ou le quart de son volume naturel; et ce qu'il y a de plus fâcheux pour l'histoire des maladies qui ont opéré la destruction de ce viscère, c'est qu'elles ne sont pas bien connues On peut seulement dire que, parmi les causes qui ont pu produire le décroissement du pancréas, on a quelque fois reconnu des restes de suppuration dans cet organe ou dans les parties voisines, qui en ont détruit une portion; mais d'autres fois le pancréas n'est dépourvu d'aucune de ses parties, étant seulement comme flétri. La cause d' une telle atrophie a paru être l'effet de quelque compression de ses artères ou de ses nerfs. Or le pancréas ne recevant plus assez de sang pour se nourrir, ou n'aura pas pris son accroissement naturel, ou aura même perdu une partie de son volume primitif, au point de s'éffacer prèsque complétement.*“ Portal l. c. p. 358.

phiam; quam cadaveribus hominum e rabie canina defunctorum communem esse asserunt [4]). Propria experientia dumtaxat observationes confirmat atrophiae pancreatis sociae tumorum carcinomaticorum ventris [5]), anevrysmatum aortae abdominalis [6]), scirrhi hepatis [7]), et ventriculi [8]). Dum pancreatis exiguitas non flacciditate [9]), sed duritie [10]) jungitur, malum evidenter ad scirrhum pertinet.

7. A quo scirrho, *infarctus scrophulosus pancreatis* omnino distinguendus est. Evolvitur enim in juventute, morbis carcinomaticis aliena, et longe frequentius socios habet tumores aliarum glandularum [11]). Porro cadavera exhibent pancreatis tubercula [12]), et nequa- Inf. scrophulosus.

4) „*Le docteur* Garcy (*Recherches historiques et pratiques sur l'hydrophobie* in *mémoires de médecine et chirurgie militaire.* 1821. *T.* 10 *p* 87) *dit que* Brechtfeld *a vu le pancréas considérablement diminué et presque disparu chez des individus qui avaient succombés à la rage.*" Mondière l. c. p. 284.
5) Guérin *Essai sur quelques points de pathologie médicale. Thèse. Paris.* 1821. p. 72.
6) Berjand *mémoires de méd. et chirurg. militaire. T.* 18. p. 262.
7) Morgagni op. c. Epist. XXX. 14.
8) *Ancien Journal de médecine T. V.* p. 531. *T. LXI.* p. 582; — *Encyclopédie méthodique, partie médicale. T. II.* p. 350; — *Journal universel de médecine T. XXXVIII.* p. 32; — Sédillot *Recueil périodique T. LXXX.* p. 312.
9) Stoll Ratio medendi. Pars. VII. p. 131. — Portal l. c. p. 359. („*J'ai trouvé le pancréas très-ramolli, sans être plus rouge ni gonflé, dans deux enfans qui étaient morts des suites de la rougeole, et aussi dans un jeune homme de quinze à dix-huit ans qui avait péri le dixième jour d'une petite vérole confluente*").
10) Bécourt l. c. p. 47. observationem Lobsteinii citans.
11) „*Ceux qui sont morts de scrophules et dont les glandes du cou, des aisselles, des aines, du mésentère, étaient obstruées, avaient aussi le pancréas également affecté; mais il a été aussi trouvé altéré, sans qu'il eût des marques de scrophules dans quelques autres parties du corps. Ce vice en effet, peut ne se pas manifester que dans quelques parties, sans altérer les autres, même celles qui sont pourvues de beaucoup de glandes et de vaisseaux lymphatiques.*" Portal l. c. p. 356.
12) De tuberculis istis mihi pluries visis testantur Varnier *ancien Journal de médecine T. III.* p. 9; — Glatigny

nequaquam carcinomaticas metamorphoses [13]. Tandem carcinoma pancreatis insanabile est; e contrario ejus infarctus, indicata sub cura [14]), illâ *lactis*, praesertim *nutricis* ope, non omissâ, spem recuperandae salutis non excludit [15]). Immo hîc *mercurii* virtus major, quam in simili hepatis vitio. Infarctum, non scirrhum pancreatis sanavit *spongia usta* [16]).

§. LXVII.

Pancreatis calculi.

Notio. 1. Calculi tam in ipso pancreate [1]), quam in ejus ductu excretorio [2]), et quidem non raro [3]), inveniun-

ibid. T. VII. p. 38; — Nasse, *Leichenöffnungen zur Diagnostik der pathologischen Anatomie.* Bonn 1821. p. 194; — Carswell *Encyclopedia of practic. medec.* T. IV. p. 259; — Langstaff *medical-chirurgical Transactions.* T. IX. p. 340; — Bouillaud *Archives de médecine* T. II. p. 198; Reynaud ibid. T. XXV. p. 165.

13) Cap. III. §. LXVII. 5. 14) Cap. IV. §. XVIII. 8.

15) Certe non eo in casu ubi pancreatis infarctus scrophulosus junctus est morbis ejusdem generis pulmonum, vel mesenterii; aut ubi jam comitatur a febre hectica, diarrhoea colliquativa, crinium defluvio et pedum oedemate.

16) Horn's *Archiv für medicinische Erfahrung.* 1811. *Januar.* p. 137.

1) Panarolus Jatrologismorum Pentecost. I. obs. 41; — van der Wiel observat. rariorum Cent. I. obs. 12; — Ten Rhyne de Promontorio bonae Spei. Cap. X. p. 31; — Galeati Commentar. Acad. Scientiar. Bononiensis T. IV. Art. II. p. 34; — Matani de lapidea concretione in corpore humano reperta; — Schurig Lithologia Cap. II. p. 145. Cap. VIII. p. 459; — de Graaf op. c. Cap. VII. p. 318; — Merchlin de ingentibus calculis in mesenterio et *pancreate* repertis, in Miscellnn. Acad. natur. Curios. Dec. I. ann. VIII. obs. 50; — Sandifort observat. anat. patholog. T. III. p. 73; — Baillie, *Anatomie des krankhaften Baues* p. 159. et *Series of Engravings.* Fasc. II. Tab. VIII; — Cowley *Lond. medical Journal.* T. IX. p. 286.

2) Eller in *Mémoires de l' Académie des Sciences de Berlin* 1754. p. 21. *Collect. Acad. partie étrangère.* T. IX. p. 85; — Biumi obs. anat. in Sandifort Thes. Diss. Vol. III. p. 360; — Gendrin l. c. T. 2. p. 262.

3) Plurimos in cadaveribus hominum ex variis morbis defun-

veniuntur. Sunt leves magnitudinis pisi, quid quod nucis avellanae; superficiem exhibent irregularem, albam; solvuntur in aqua fervida, cui saporem insipidum, salivae similem impertiuntur [4]). Constare videntur ex phosphate calcis [5]). Acido muriatico traditi effervescunt.

2. Qui nobis in cadaveribus obvenerunt calculi pancreatis, vitae tempore *nullum* peculiare exhibuerant *symptoma*. Juxta aliorum observationes aegroti patiebantur dolores in regione epigastrii ac si canes eam lacerarent [6]); vomitum et alvi fluxum sanguineum [7]), nec non melancholiam [8]). Symptomata.

3. *Caussae* calculorum pancreatis cum illis glandularum salivalium [9]) conveniunt. In utrisque rhachitis et arthritis magnam sibi vindicant partem. Caussae.

4. Ubi symptomata, pancreatis morbum indicantia, in aegrotis, alioquin ad lithiasin dispositis, in conspectum veniunt, illius glandulae calculi argui possent; interdum scirrho juncti [10]). Diagnosis.

5. Ex calculis, pancreatis phlogosis exspectanda; Prognosis. nisi calculi ipsi phlogoseos jam sint effectus. Utcumque sit, nexus utraque inter phaenomena apparet ex pseudomembranis calculos pancreatis aliquando ambientibus [11]),

nec

ctorum fortuito inveni ac museo pathologico Vindobonensi tradidi.

4) PORTAL l. c. p. 356.

5) Saltem calculi quos WALLASTON e pancreate bovino accepit, e phosphate calcis constabant, teste *Handbuch der med. Klinik. B.* 5. p. 613.

6) Commercium Litterarium Norimbergense. 1742. hebdomad. XVI.

7) DE GRAAF l. c. Cfr. LIEUTAUD Histor. anatom. medic. T. I. obs. 1062.

8) GREDING, citatus a NAUMANN l. c.

9) Part. III. Vol. I. Sect. I. Cap. VII. §. XXX. 3.

10) ELLER l. c.

11) „In pancreatis praeter solitum rubentis parenchymate la-

nec non ex facili eorum cum suppuratione [12]) et hypertrophia [13]) connubio. Inconsueta aliquando ductus pancreatici distentio [14]) et dilatatio [15]), possibilitatem transitus calculorum ex pancreate in duodenum indicant [16]).

Cura 6. Ad quem transitum promovendum ac concrementa pancreatica solvenda, si quid valeat, sunt aquae minerales alibi indicatae [17]), et praecipue thermae Carolinenses.

CAPUT XII.

De pancreatis inflammatione ejusdemque exitibus.

§. LXVIII.

Doctrinae historia et auctores.

Historia. 1. Etsi Tulpius [1]), Fr. Hoffmannus [2]), van Swie-

pillos albos, tophaceos, robustis nerveis membranis inclusos, inveni.“ Commerc. Litter. Norimb. l. c.

12) Fournier. *Ancien Journal de médecine T. XLV.* p. 149.

13) Mondière l. c. p. 148.

14) Meckel *Handbuch der pathologisch. Anatomie. B.* 2. *Abtheil.* 1. p. 304.

15) Cruveilhier *anat. pathologique. T. I.* p. 286, — Engel l. c. notandum est dilatationem ductus pancreatici plerumque tunc obvenire, ubi caput pancreatis a tumore mesenterii compressum, effluxui succi pancreatici obstat. Dilatatus sic ductus adspectum hydropis saccati exhibuit. (Duponchel *Bulletin de la Société médicale d'Emulation. Mars* 1825.)

16) „*Le canal pancréatique était si dilaté qu'on eût pu y introduire une très grosse plume, ce qui m'a fait croire que le malade avait rendu par les selles plusieurs de ces concrétions pancréatiques.*“ Portal l. c.

17) Cap. IV. §. XVIII. 5.

1) Observat. med. Lib. IV. p. 33.

Swieten [3]), Morgagni [4]), Wedekind [5]), Daniel [6]) aliique haud pauci *de inflammato pancreate* locuti sint; attamen huic morbo in institutionibus medico-practicis ad S. G. Vogelium [7]) usque, nullum peculiare caput dicatum est. Jam vero id in recentioribus ejusmodi operibus, eo Mason Good excepto [8]), atque in compendiis pathologicis [9]) nullibi desideratur.

2. Porro, auctores de morbis pancreatis in genere [10]), peculiari studio hujus visceris *inflammationem* prosecuti sunt. Accessit de eodem argumento dissertatio inauguralis [11]) accesseruntque observationes auctoribus Gendrin [12]), Lawrence [13]), Crampton et Percival [14]), Eyting [15]) et Perle [16]). Auctores.

§. LXIX.

Symptomata. Necroscopia.

1. Dum pancreatitis *acute* decurrit, insigniri solet pulsuum frequentiâ, calore cutis aucto, oris siccitate, siti, agrypnia et anxietate. Emergit haec e regione epigastrica, quae saepe ardet, Symptomata.

2) Diss. citat. resp. Holdefreund.
3) Commentaria in Herm. Boerhaave Aphorismos. T. III. §. 958.
4) De sedib. et causs. morbor. Epist. XXVI. 21. Epist. XLV. 23.
5) *Aufsätze über verschiedene wichtige Gegenstände.* p. 324.
6) *Pathologie aus dem Latein.* p. 391.
7) *Handbuch der praktischen Arzneiwissenschaft. B.* 4. *Kap.* 14.
8) „*In the comprehensive and valuable Work of Dr.* Mason Good *we meet with nothing respecting the diseases of gland in question.*" Carter l. c. p. 238.
9) Sprengel *Handbuch der Pathologie. Th.* 2. §. 701. 702.
10) Cap. X. §. LXII. 3.
11) LercHe Diss. de pancreatitide. Halae 1827.
12) *Histoire anatomique des inflammations. T. I.* p. 262.
13) *Medico chirurgical Transactions. Vol. XVI. P. II.*
14) *Transactions of the King and Queen College of Physicians. Dublin Vol. II.* p. 134.
15) Hufeland's *Journal der prakt. Heilk. B.* 54. 1822. *April.* p. 1.
16) Diss. citat. p. 23.

ardet, aliquando pulsat, et semper dolet, imprimis ab attactu, subque tussi et sternutatione. Epigastrii dolor nunc dextrorsum [1]), nunc sinistrorsum, nonnunquam ad renem usque extenditur. Respondet illi alter ad dorsum. Aegrotorum decumbendi modus varius [2]). Abdomen haud raro in toto suo ambitu tensum. Alvus plerumque obstructa; aliàs serosa, cruenta. Nisi vomitus materiae limpidae tenacis, aut biliosae [3]) urgeat, saltem nausea et vomituritio quandoque cum sensu ardoris per oesophagum ascendentis, occurrunt. Nec rara sunt icteri vestigia [4]). Pancreatis tumorem, quem alii observarunt [5]), nunquam in morbo acute decurrente, nobis detegere licuit. Haud raro autem percipitur ille in *pancreatitide chronica*, febre experta, interdum salivatione comitata, caeterum iisdem quam acuta symptomatibus, lente decurrentibus stipata.

Necroscopia. 2. *Cadavera* post pancreatitidem exhibuerunt: *pancreas* nunc universum nunc partim rubrum, aliquando cruoris guttulas stillans [6]), cum materia puriformi in ejus textu celluloso [7]); aliàs aut flavescens, siccum, densum, elasticum [8]), aut rubrum et sero imbu-

1) Schmackpfeffer l. c. p. 19.
2) Eos libentius in latus dextrum decumbere affirmat Harless l. c. p. 51.
3) Isenflamm *Praktische Anmerkungen über die Eingeweide.* p. 262.
4) Percival l. c. p. 137.
5) Mondière l. c. p. 153. („*Quand l'inflammation est très-vive, on observe des douleurs aigues à l'épigastre, le plus souvent alors il y a tuméfaction du pancréas, et l'ont sent quelquefois une tumeur circonscrite presque circulaire, sensible à la pression, et que l'on peut, jusqu' à un certain point, distinguer de celle formée par un squirrhe du même organe, parcequ'on la sent céder sous une pression soutenue.*")
6) Schmackpfeffer l. c.
7) Annesley l. c.
8) Gendrin l. c.

butum [9]), cum ductu excretorio obliterato [10]). Vidimus videruntque alii pancreas pseudomembranarum ope junctum cum hepate et vena portae [11]), cum liene, duodeno et peritonaeo [12]), cum ventriculo et splene [13]), et cum diaphragmate [14]). Observatum est pseudomembranâ obductum (sub qua lympha coagulabilis et *hydatides* latebant [15])), pustulis [16]) et vesicis*) obsessum, suppuratum [17]), abscessu pure modo viridescente foetidissimo [18]), modo ex albo griseo [19]), re-

 pleto.

9) Lawrence l. c.
10) Miscell. Acad. Natur. Curiosor. Dec. II. Ann. VI. Obs. 234.
11) Paw Observationes anatomicae. Obs. XVI. p. 25.
12) Westenberg *Waarneeming van eene onbekende buik-ziekte* in *Haarlemer Verhandeling. Deel XIX.* p. 279. Et *Sammlung ausertesener Abhandlungen für prakt. Aerzte. B.* 4. p. 308.
13) Schmalz in Hufeland's *Journal der prakt. Heilk. B.* 4. p. 522.
14) Bertheau *Journal de médecine. Juin.* 1787.
15) Portal l. c. p. 352. („*On a trouvé le pancréas recouvert d'une fausse membrane d'une très-grande consistance; quelquefois sous cette enveloppe contre nature, il y a des matières purulentes, d'autres fois il y en a de stéatomateuses: J'y ai aussi trouvé des hydatides*"). Hydatides pancreatis substantiam occupantes et Chambon de Montaux detexit. (Observationes clinicae, curationes morborum periculosorum et rariorum, aut phaenomena ipsorum in cadaveribus indagata referentes. Paris 1789. Vers. german. Lips. 1791. edit. B. 1. *Beobacht.* 56. p. 165).
16) Stegmann Eph. Acad. Natur. Curios. Dec. III. Ann. V. VI. obs. 168. („Pancreas veluti semine milii conspersum").
*) Engel l. c.
17) Auberti Progymn. ad Libr. abdit. Fernelii exercitat IV; — Bonzius De pancreate suppurato. Nova Acta Acad. Natur. Curios. Vol. VIII. p. 51; — Bartholinus Hist. Anatom. Cent. II. Hist. 39. T. I. p. 333; — Blancardi Anatom. pract. ration. Cent. II. obs. 55. p. 271; — Lieutaud Hist. anat. med. T. I. p. 308. Obs. 1046. sq.; — Lanzani *Metoda dell' acqua fredda. T.* 1. p. 93; — Gautier De irritabilitatis notione. Hal. 1793. p. 309; — Moulon in *Archives de médecine. T. XVII*; — Baillie *Series of engravings. Fasc. VI. Tab. I*; — Portal op. c. p. 352; — Haygarth *Transactions of Physicians. T. III.* p. 132; — Bécourt l. c. p. 44.
18) Bartholinus l. c. obs. 1046. („Cum foetore intolerabili").
19) Portal l. c. p. 352. („*Mais ordinairement le pus est d'un gris blanc, comme celui des autres abscès*").

pleto. Aperiuntur ejusmodi abscessus pro re nata in ventriculum[20]), in hepar[21]), in mesocolon[22]), in intestina[23]), in cavum abdominis[24]). Aliàs ipsum pancreas plus minus erodunt[25]). Nec gangraena semper ab hoc viscere aliena[26]). De calculis diximus[27]).

§. LXX.

Caussae.

C. prae-disp. 1. Praeter infarctum et carcinoma, pancreas ad inflammationem disponitur ab annua aut epidemica constitutione, glandulis conglomeratis in genere infensa, nec non a crebra graviditate[1]).

2. Ex-

20) Gautier l. c. 21) Bonzius l. c.
22) F. Doebring *Altenburger allgemeine med. Annalen.* 1817. *April.*
23) Haygarth *Transactions of Physicians.* *T. III.* p. 132.
24) Bonzius l. c.
25) Lieutaud l. c. obs. 1060. p. 311.
26) J. C. Greisel Ephem. Acad. Natur. Curios. Dec. I. 1671. Obs. 45; — Lieutaud l. c. Lib. I. Sect. VIII. Obs. 1059. T. I. p. 311; — Schmidtmann in Hufeland's *Journal. B. 7. St. 4.* p. 42; — Gendrin l. c.; — Portal l. c. p. 353. („*La gangrène du pancréas est la suite fréquente de son inflammation; je l'ai bien reconnue dans divers cadavres, et particulièrement dans un marchand de la rue Saint-Denis, qui, à diverses reprises plus ou moins rapprochées et pendant plus de deux ans, avait éprouvé de vives douleurs qu'il appeloit des coliques; elles avaient leur siège au-dessus de l'ombilic et profondement; elles étaient souvent précédées de nausées ou de diarrhées. Le toucher du bas-ventre ne m'avait fait reconnoître aucun gonflement ni endurcissement; le malade n'avait point la bouche sèche, et n'éprouvait pas la sensation de la soif: il maigrit considérablement; les douleurs redoublèrent; le pouls s'anima; la chaleur de la peau devint âcre et très-forte; le plus léger contact du bas-ventre était douloureux; les urines étaient rares et rouges. Cet état dura près de vingt jours. Ce malade périt lorsqu'on ne s'y attendait nullement. J'assistai à l'ouverture du corps, qui nous apprit que le pancréas était d'un rouge violet, ramolli, faisant suinter de sa surface extérieure une humeur noirâtre, fétide; enfin il était gangréné dans presque toute son étendue.*")
27) §. LXVI.
1) Mondière l. c. p. 281. („*Souvent en effet, dans cet état il y a un surcroit d'action dans les glandes mammaires, pan-*

2. Excitatur pancreatitis a violentiis externis [2]), ab emeticis fortioribus [3]), ab hernia incarcerata [4]) (forte a vermibus [5])), a phlogosi duodeni [6]) aliisque cavitatis abdominalis morbis [7]), a mercurio [8]), a contagiis [9]), a miasmatibus [10]) et a metastasi [11]). C. excitantes.

§. LXXI,

créatiques et salivaires, et il n'est pas rare d'observer alors le ptyalisme et des vomissemens de sucs semblables à la salive.")

2) Ut *vulnera* (J. Jones *Surgical Works. Philadelphia* 1795. p. 38), *contusiones* praesertim ab officio sutorum et textorum. De *ruptura* adeo pancreatis et hepatis, culpâ violentiae a curru illatae, Travers narrat in *Lancet* XII p. 348.

3) Hic referri merentur casus relati a Wecker (l. c. p. 249) et Cavalier (*Observations sur quelques lésions du diaphragme et en particulier sur sa rupture. Paris* 1804 p. 18) lacerationis videlicet diaphragmatis ab assumto emetico, per quam pancreas, colon et epiploon in cavum pectoris penetrarunt.

4) Schmackpfeffer l. c.

5) Saltem vermes reperti sunt in pancreatis ductu excretorio, ut videre est apud Lieutaud op. c. T. I. p. 312. Lib. I. Sect. VIII. Obs. 1052; et praecipue apud Mauchart Diss. Lumbrici teretis in ductu pancreatico reperti historia. Tübing. 1738.

6) Casimir Broussais *Sur la duodénite chronique. Thèse. Paris* 1825. p. 18.

7) Ut a tumore retro-peritonaeali a scirrho testiculi excitato. Schmackpfeffer l. c. p. 29.

8) Harless l. c. p. 12; — Schmackpfeffer l. c. p. 19; — Bécourt l. c. p. 36; — Vandekeere *Observations sur des phegmasies causées par l'administration du mercure. Journal général de médecine.* 1829. *T. CVI.* p. 36.

9) Rennes (*Archives de médecine T. IX.* p. 322.) pancreas rubrum et volumine auctum invenit in febre flava; Prost (l. c. T. I. p. 14. 45. 69.) molle, vasculosum et majus in febribus adynamicis. Item Andral (*Clinique médical. T.* 1. p. 409).

10) Nisi paludum miasma directe in pancreas agit, saltem hoc viscus in febres intermittentes conspicuam exercet vim. Praeceptorum etc. Part. I. Vol. I. Sect. I. Caput II. §. XXVI. 1).

11) Mondière l. c. p. 15. („*Nous pensons aussi qu'il convient de ranger parmi les causes de la pancréatite les inflammations des parotides, et leurs métastases; car ce que l'analogie de structure et la relation sympathique font présumer à priori, est confirmé par les faits. Ainsi* Mr. Andral *a vu le pancréas fortement injecté chez un individu qui succomba a une fièvre grave, et qui avait une parotide énorme; et si des métastases ont lieu fréquemment des parotides sur les testicules chez l'homme, et sur les mamelles des femmes,*

§. LXXI.

Diagnosis.

Exprobratio. 1. Exprobramus citatis auctoribus fidentiam qua *pancreatitidem acutam* proclamant, atque extensionem quam *chronicae* concedunt. Illa enim conjectura dumtaxat adtingi potest [1]), et haec, si a variis speciebus infarctus, ab exitibus phlogoseos, et ab affectibus carcinomaticis distinguatur sat rara.

Pancr. acut. 2. Praesentia *pancreatitidis acutae* verisimilis est, dum allata ejus symptomata, praecique febris, dolor epigastrii, cum sensu ardoris per oesophagum adscendentis et anxietas, obveniunt, quin phlogosi ventriculi, duodeni, coli, hepatis, lienis et peritonaei adscribi possint; dumque indicatae praecesserunt caussae, quas inter constitutiones annuae seu epidemicae cynanchi parotideae [2]), febribus nervosis typhoque cum parotitidibus faventes, nec non abusus mercurii, eminent.

Pancr. chronic. 3. Affectus pancreatis stipatus symptomatibus indicatis [3]), absente tamen febre et praesente saepe fre-

et d'autrefois sur d'autres organes essentiels à la vie, il n'y a de raison pour que le pancréas ne soit aussi quelquefois le siège d'une sèmblable métastase: c'est que notre ami le Docteur Roboicam *a observé, il y a quelques années, sur un individu qui fut pris d'une parotide volumineuse, la quelle venant à disparaitre subitement fut remplacée par une douleur assez vive et profondement située à l'épigastre, et celle-ci disparaissant à son tour, il survint un gonflement inflammatoire du testicule, qui quelques jours après, fut lui même remplacé par une parotide. Un vésicatoire appliqué sur la glande calma les vives douleurs que le malade éprouvait, et fixa l'inflammation qui se termina par suppuration.*")

1) Non adeo morbis pancreatis in genere, quam ejus inflammationi, quadrant Carteri (l. c. p. 238.) verba: „... *reading and experience have forced us the conviction that the diseases to which the pancreas is liable, can hardly be ascertained during life.*"

2) Recordaberis doloris epigastrii cum tensione et vomitu, graviori anginae parotideae familiaris. Praeceptorum etc. Part. III. Vol. I. Sect. I. Cap. IV. §. XV. 3).

3) §. LXVII. 1.

frequenti sputatione et veluti medium tenens inter infarctum, et exitus pancreatitidis atque carcinoma, *inflammationis lentae* suspicionem movet, post febres potissimum intermittentes, fugam herpetis, evolutionem podagrae habitualis impeditam, et pressionem diuturnam epigastrii.

4. Probabilitatis viam calcando *indoles* pancreatitidis indaganda, num scilicet sit: *traumatica*, *a calculo*, *inflammatoria*, *rheumatica* seu *erysipelacea*[4]), *arthritica?* Multum praeterea nosse interesset, an inflammatio in pancreate prius sano, aut jam morbo chronico contaminato, evoluta sit? Varia pancr. indoles.

§. LXXVII.

Prognosis et Cura.

1. Praeter diagnoseos incertitudinem dubia sunt omnia pancreatitidis sanatae exempla*). Periculum pendet ab indole febris, a conditione aegroti, a morbis praegressis, a natura caussarum excitantium maximumque est ubi anxietas, nervorumque turbae urgent. Generatim.

2. *Resolutio*, ut in reliquis inflammationibus, imprimis a matura debitae methodi medendi adhibitione speratur. Haec non differt ab illa hepatitidis acutae vel chronicae, ac mehercle non in multitudine pharmacorum consistit [1]). Resolutio.

3. Pan-

4) Bécourt l. c. p. 34. („*L'inflammation du pancréas est ordinairement une subinflammation plutôt qu'une phlegmasie franche*“).

*) Ut cl. E. Kuehn (Schmidt's *Jahrbücher der In- und ausländischen gesammten Medizin. B.* 32. *Heft* 1. p. 73.) sapienter respectu ad observationem pancreatitidis chronicae a Dr. Landsberg (l. c.) traditam monet.

1) Eyting (l. c.) gloriatur se pancreatitidem chronicam successione sequentium pharmacorum sanasse: 1° acido muriatico oxygenato, mucilagine gummi arabici, aquâ cinnamomi sine vino, tinctura thebaica, et saccharo ad gratum sapo-

Adhaes. morbos. 3. Pancreatitidem *adhaesionibus morbosis* ansam porrexisse suspicari licet, si illa fugatâ, symptomata, impeditum officium viscerum pancreati contiguorum indicantia, relinquuntur. Quum vero ex inflammatione quoque istiusmodi viscerum nexus morbosus cum pancreate locum obtinere possit; ex ipso, in cadaveribus ad praeviam pancreatitidem tunc solum concludendum, dum haec glandula insuper notas praegressae aut praesentis phlogoseos prae se fert.

Angustat. ductus. 4. Quamadmodum ductus biliferi aliique canales inflammationis culpa *angustari et obliterari* queunt; ita et ductus pancreaticus. Signa alibi tradita[2]), post pancreatitidem evoluta, ejusmodi affectum verisimilem redderent.

Induratio. 5. In pancreate, sicuti in aliis visceribus, inflammatio aliquando *duritiem* relinquit, probe ab infarctu et maxime a scirrho, cum quo plurima symptomata communia habet, distinguenda. Distinctio ista longe minus ardua in cadavere[3]), quam in aegroto; nisi

rem; 2° tincturâ cinammomi cum ejusdem aqua, liquore cornu cervi succincto, balsamo vitae HOFFMANNI, tinctura thebaica, et mucilagine gummi arabici; 3° oxydo bismuthi; 4° tinctura ferri et naphtha aceti etc; et bonus HUFELANDIUS observationem tam absurdam grato animo in suum accepit diarium! et ejusmodi diaria medicis aevi nostri non paucis pro norma ad lectus aegrotorum inservire solent!!

2) Cap. X. §. LXV. 3.

3) „. . . *rarement l'état squirrheux occupe à la fois tout l'organe, tandis que l'induration s'observe dans toutes les granulations, dont la réunion constitue le pancréas, comme nous l'avons vu nous mêmes, à l'autopsie d'une homme qui succomba à une duodénite chronique.*" MONDIÈRE l. c. p. 285. — Quantum jam MORGAGNI in determinanda praesentia scirrhi pancreatis cautus fuit, ex Epistola op. cit. XXX. art. 7. elucet. „Pancreas, inquit, justa alioquin magnitudine, quantum erat, adeo candidum fuit, lobulis autem, cum dissecari jussissem distinctis adeo et exsuccis, ut, si aliquanto duriores fuissent, erant autem duriusculi, non modo ad scirrhi naturam accedere, sed in scirrhum jam prorsus conversum pancreas esse, pronunciassem."

nisi ejus aetas et adspectus, morbi praegressi et effectus remediorum lucem afferant. Cura ut in hepatis induratione [4]).

6. Pancreatitidem in *suppurationem* abivisse indicant agrypnia [5]), vomitus, dolores abdominis et lumborum [6]), nephriticis similes [7]), decubitum in dorsum impedire soliti [8]), cardialgia [9]), tumor epigastrii et icterus [10]), alvus sanguinea et purulenta [11]), febris lenta et hydrops praecipue ascites [12]). Haec autem signa saepe desunt, imprimis dum agitur de transitu pancreatitidis chronicae in suppurationem [13]), de pancreatis Suppuratio.

4) Cap. IV. §. XXXIV. 13.

5) Aubertus (l. c.) in mercatore Lugdunensi, qui nequaquam dormire potuerat, et dum dormire conaretur in lipothymiam et totius corporis sudorem frigidum incidebat, donec tandem fuerit mortuus. Corpore aperto pancreas abscessu putrefactum repertum est.

6) Lieutaud l. c. obs. 1052. 1053. 1056.

7) Lieutaud l. c. obs. 1047. 1050. Gui Patin citatus a Portal l. c. p. 352.

8) Lieutaud l. c. obs. 1047. 1049.

9) Bonzius l. c.

10) „Percival *behandelte einen an Icterus leidenden Mann, der an galligem Erbrechen litt, und Blut mit stinkendem Eiter vermengt durch den Stuhl ausleerte; in der epigastrischen Gegend war eine Geschwulst bemerkbar. Endlich starb der Patient, völlig erschöpft. Das sehr aufgetriebene Pancreas enthielt einen Abscess, durch welchen sein Ausführungsgang völlig comprimirt wurde.*" Naumann op. c. p. 594.

11) Haygarth l. c.

12) Haygarth l. c., — Percival *Transactions of the King and Queen College. T. II.* — Hesse Diss. citat. p. 11. („*Ascites*, ut videtur, impetu pancreatis tumidi in magna vasa, praesertim in venam cavam et venam portarum, affectus erat, quo circulatio sanguinis impedita, eoque modo oedemati pedum et effusioni serosae in cavum abdominis occasio data est").

13) „Abscessum et vomicam crebrius adhuc ab inflammatione chronica s. latente originem suam ducere, quam ab acuta, ego propterea coniecto, quod nonnunquam ejusmodi abscessus s. vomica post mortem se dederit in conspectum, ubi durante vita nihil tale suspicabatur, indeque dolendum est, quod ipsa haec inflammatio saepe tam difficilis fuerit agnitu, ut se aegroti et medici attentioni in totum subtrahere quiverit. Interim, si inter cartilaginem xiphoden et umbilicum

creatis abscessu morbos aliorum viscerum praecipue testiculorum [14]) comitante, deque metastasi [15]), ut post peritonitidem observatum est [16]). A legitimo abscessu distingui debet *depositio lymphae coagulabilis in textum cellulosum pancreatis*, a qua depositione visceris volumen

percipitur dolor versus vertebras dorsales, ab initio obtusus, per aliquod tempus remittens, et rediens, et quidem exasperatus, ventriculo cibis farto, et ab ingestis acribus, aromaticis, calidis et spirituosis, nec non corporis nimio aestu et motu, ab incandescentia aliisque ejus generis stimulis; si idem increscat, quando palpatur pars aegrotans, adhaec pulsatio arteriarum in loco adfecto sentiatur, et utrumque symptoma iterum decrescat, irritamentis remotis, quieteque in corpore revertente, aut utroque placato medicamentis antiphlogisticis sopientibusque, suspicari poteris, dictam phlegmasiam subesse. At vero si postero tempore animadverteris, dolorem increscere et huic se comitem addere ardorem, nec utrumque amplius remittere, nauseam et vomitum accedere, non poteris non in tua jam concepta opinione confirmari. Demum si horrores leves, crebrius intercurrentes, oboriantur, itemque febricula lenta cum suis symptomatibus accedat reliquaque sensim addantur mala, quae phthoen, et in specie hanc comitari solent, de quibus jam fuit sermo, de pyosi jam nata, nullum amplius relinquitur dubium.“ G. Ch. M. Hoffmann Diss. cit. §. XIII.

14) „*On a vu aussi plusieurs fois des maladies des testicules dont les effets se sont fait ressentir dans la région lombaire, et qui ont donné lieu à des suppurations dans le pancréas, ou du moins à des abcès qui se sont formés autour de ce viscère. J'ai trouvé, dans un homme mort après l'extirpation d'un testicule et la ligature du cordon spermatique, une grande quantité de pus dans le cordon, et un abscès considérable autour du pancréas.*“ Portal l. c. p. 353.

15) „*La suppuration du pancréas est souvent la suite immédiate de l'inflammation; je dis souvent, car on a trouvé des pancréas dans une suppuration presque complète dans des sujets qui n'avaient eu aucun symptôme de maladie inflammatoire: ou si l'inflammation avait eu lieu; elle avait été du moins tres-obscure, sans fièvre remarquable, ni douleur etc., ou bien le pus y avait été deposé par quelque métastase. J'ai trouvé le pancréas en une suppuration complète dans le corps d'un homme mort après avoir éprouvé des violens accès de goutte aux pieds: on le croyait guéri lorsqu'il eut deux ou trois vomissemens suivis de syncope, dont il périt. On l'ouvrit, et l'on trouva le pancréas plongé dans du pus.*“ Portal l. c. p. 352.

16) Tonnellé *Archives de médecine T. XXII.* p. 345. et 456. (Suspicor potius inflammationem peritonaei ad pancreas propagatam fuisse.) Cfr. Mondière l. c. p. 276.

lumen plus quam in genuina vomica increscit, compressis inde visceribus contiguis, donec disrupto sacco, materia puriformis, in eo inclusa, in cavum abdominis depleatur [17]). Puris quidem aeque ac lymphae coagulabilis nostra in glandula collectionem nomine *phthiseos pancreaticae* salutamus, reservando tamen distinctionem hujuscemodi liquorum pro raro illo casu, ubi materies puriformis in pancreate collecta sibi viam per ductum pancreaticum in intestinum jejunum parans, sanationem possibilem reddit [18]). Utcunque *cura* illi phthiseos hepaticae similis. *Elixirium acidum* Halleri nequidem remediis palliativis hîc adscribendum esse censemus, quum, pancreate abscessu laborante, ventriculus vix pharmacum tam acre tolerare poterit [19]).

7. Ad trutinam vocatis casibus *gangraenae pancreatis*, tam ab aliis quam a nobis ipsis observatis, concludimus, hunc exitum praecipue phlogosi, morbis hujus visceris chronicis supervenienti, proprium esse. Etsi Gangraena.

17) „*La matière de ces abcès est souvent renfermée, comme dans une poche* (veluti in saccum quendam. Riolan, anthropograph.); *dans une enveloppe membraneuse, formée par le tissu cellulaire qui recouvre le pancréas. Je l'ai vu contenant plus de deux livres de pus; quelquefois celui fourni par le pancréas, après avoir fusé à travers le tissu cellulaire du mésocolon transverse et corrodé l'une de ses lames, s'est épanché dans la cavité du bas-ventre.*" Portal l. c. p. 353.

18) Huc verisimiliter spectat casus a Wedekind (l. c.) enarratus pancreatitidis spatio paucorum dierum sub magna febre in abscessum (*Eitergeschwür*) conversae, et evacuatione spontanea puris per vomitum et diarrhoeam sanatae.

19) Aliter sentit Harless (op. c. p. 77.) aiens: „*Das Elixir acidum Halleri vermag hier noch am meisten zu leisten; es ist, in Verbindung mit der Quina, beinahe das einzige Mittel, was in dieser Periode noch in einigem Grade die Fortschritte der Drüsenschwindsucht aufhalten, und die übermässige Reizbarkeit nicht nur des Pancreas selbst, sondern des ganzen Abdominal-Drüsensystems, wie auch des Magens und Darmkanals mässigen kann.*"

Etsi illa aliquando signis destituatur [20]), comitatur tamen plerumque frigore interno, facie hippocraticâ, vomitu [21]), animi serenitate [22]), et lipothymiis.

CAPUT XIII.

De morbis carcinomaticis pancreatis.

---

§. LXXIII.

Definitio. Scriptores.

Definitio. 1. *Carcinomatis* nomine insignimus pancreatis morbos diuturnos, quorum praecipua symptomata sunt: dolor inter mucronatam cartilaginem et umbilicum sese ad dorsum extendens; tumor illius regionis, ardor ventriculi cum frequenti screatu, alvus tarda, haud raro icterus, frequentissime vomitus, constantissimeque tabes.

Scriptores. 2. Auctores monographiarum de morbis pancreatis [1]), hujus visceris affectiones carcinomaticas, et imprimis scirrhum proprie dictum, prae caeteris illustrarunt.

20) „*La gangrène du pancréas peut exister sans avoir été annoncée par des coliques ni par aucune espèce de douleur.*" Portal l. c. p. 354.

21) „Barbett refert de sartore, qui ante obitum suum omnia ingesta vomitu reddiderit, praeterea et pituitam crassam evomuerit: post mortem in dissecto cadavere pancreas pene corruptum et sphacelo correptum, repertum fuisse." G. Ch. M. Hoffmann Diss. cit. §. XIII.

22) Joannes Georg Reisel de repentina *suavi morte* ex pancreate sphacelato, et obiter de potentia imaginationis. Misc. Acad. natur. Curios. Dec. I. ann. III. 1672. p. 74.

1) Cap. X. §. LXII.

runt. Porro de eodem argumento multitudo exstat observationum [2]). Dissertationum inauguralium penuriam [3]) classica illa J. R. RAHN [4]) compensat.

§. LXXIV.

Symptomata.

1. Affectiones pancreatis carcinomaticae ordiuntur molestiis abdominis, praecipue alvi tarditate, quae molestiae, cum nulla certiora hujus vel illius visceris laesi signa habeant, plerumque hypochondriasi adscribi solent. Sunt tamen nec fugaces, nec pharmacis eccopro- Morbi initium.

2) AMBROS. PARAEUS Opp. Lib. XXIII. c. 36; — RIOLANUS anthropographia. Lib. II. c. 16; — FORESTUS observat. Lib. XXI obs. 1; — FABRICIUS HILDANUS Cent. I. obs. 71; — RHODIUS Cent. II. obs. 97; — BARTHOLINUS observat. Cent. I. obs. 90; — PANAROLUS Jatrolog. Pentecost. I. obs. 44; — BLANCARDUS Collect. medico-physica. Cent. VII. No. 53; — BLASIUS observat. med. rarior. p. 127; — BONET Sepulchr. Lib. II. Sect. VIII. obs. 53. 55. Lib. III. Sect. VII. obs. 6. 2. 51; — MORGAGNI de sed. et causs. morborum Epist. XXIX. 12. Ep. XXX. 11; — LIEUTAUD Hist. anatom. med. Lib. I. p. 235. 243; — SANDIFORT Museum-anatomicum Vol. I. p. 259. 289; — WINTRINGHAM Comment. de morbis quibusdam §. 186. 339; — HEBERDEN Commentar. in morbor. hist. et curat. p. 460; — BOULET in DESCAULT *Journal de chirurgie* T. II.; — CARRON in SÉDILLOT *Journal de médecine T. XXXIV.* p. 159; — PENADA *Saggio d' osservazioni e di memoire sopra alcuni casi rari.* Vol. 3; — ABERNETHY *Lectures, Lancet XII.* 66; — ABERCROMBIE *Diseases of abdomen* p. 392 — 94; — SANDWICH in *The Edinburgh medical Journal. T. XVI.* p. 380; — MARTLAND ibid. T. XXIV. p. 73. 79; — PERCIVAL *Transactions of the King and Queen College of Physicians. Dublin T. II.* p. 135; — KING in *medical-chirurgical Review T. VII.* p. 493; — SEWAL *medical physical Journal. T. XXXI.* p. 94. 96; — ANDRAL *Archives des sciences médicales. T. XXVII.* p. 117; — DUPONCHEL *medical Repositor. T. XXII* p. 162; *Lancet II.* 1828. 1829. p. 177; — VIDAL *nouvelle Bibliothèque médicale T. VI.* p. 101; — VELPAU, ANDRAL *Pathologie anatomique.* Vol. 2. p. 315; aliique mox citandi.

3) FR. L. SUCHE de pancreatis scirrho nonnulla. Berol. 1834.

4) Diagnosis scirrhorum pancreatis, observationibus anatomico-pathologicis illustrata. Goetting. 1796. Continetur in BRERA Sylloge opusculorum selectorum ad praxin praecipue medicam spectantium. Ticini. 1808. Vol. II. p. 99.

proticis et carminativis debellandae et etiamsi pro tempore remittant, mox caput iterum attollunt. Praeterea corporis decrementum non congruit cum abdominis inflatione [1]). Accedunt ocyus serius membrorum lassitudo, pectoris angustia, anxietas, agrypnia et in quibusdam singultus [2]), convulsiones [3]), hysteria [4]), melancholia [5]). In nonnullis voracitas [6]), quin immo ruminatio [7]).

Morbi incrementum.

2. Elapsis plurimis mensibus et aliquando uno alterove anno, abdominis molestiae, quae prius erant vagae, concentrantur in regione epigastrica. Evanescit tunc ciborum desiderium, comparetque nausea cum morsu ventriculi, e quo liquor nunc insipidus, nunc aci-

1) Bauer Pancreas et hepar corruptum in homine pingui. Acta Acad. natur. Curios. Vol. II. p. 19.

2) In aegro Wilnensi observavi ann. 1815. mense Majo.

3) In femina, quae annos retro pluries convulsionibus, epilepsia et passione hysterica laborabat, et tandem post dolores et cruciatus exquisitos e vita decessit, pancreas male affectum et exulceratum inveniebatur. Highmorus disquisit. anatom. Lib. I. p. 47.

4) „Frequentissime in malo hysterico chronico, neque minus in passione illa virorum flatulenta, quae morbus hypochondriacus audit, vitio et obstructione pancreas laborat." Holdefreund l. c. p. 19. Cfr. Lilienhein in Hufeland's *Journal der prakt. Heilkunde. B.* 61. *Suppl.* p. 78.

5) Glaser in J. C. Peyers Anatom. et medic. 1681. p. 182; — Blancard Anatomia practica rationalis. Amstelod. 1688. Cent. II. obs. 9. opp. omn. Lugd. Batav. 1701. T. II.; — Trew Diss. de chylosi foetus in utero, in Haller Disput. anatom. select. T. V. p. 471. („bilem, inquit, atque succum pancreaticum, quum ob obstructionem ductuum debita copia excerni non potuerat, caussam disponentem fuisse melancholiae") ; — Heister Dissectio duorum cadaverum melancholicorum quae aquae submersione sibi ipsis mortem intulerunt, in Ephem. Acad. natur. Curios. Cent V. et VI. p. 242; — Gehding in adversariis medicis Lipsiens. Vol. II. P. 1. II. Vol. III. P. 1. IV.; — Harless op. c. p. 68; — B. Bardenheyer Diss. De insania cum morbis pancreatis conjuncta. Bonae 1829.

6) Rahn l. c. observ. I.

7) Praeceptor. etc. Part. III. Vol. I. Sect. II. Cap. XX. §. LXXIV. 2.

acidus per oesophagum ad gulam cum ardore adscendit, magnam, praeter consuetudinem, salivae copiam elicens[8]), et quandoque, sine siti, ad potum impellens. Nauseae tandem in vomituritiones transeunt, quibus vigentibus alimenta indigesta, una cum materia pituitosa, aliquando subalba, crassa, ductili, sub globi forma[9]), rejiciuntur. Jam vero dolor, plerumque gravativus, nonnunquam acutus[10]), et, paucissimis concessis exceptionibus, post pastum exacerbatus[11]), e regione epigastrica (inter mucronatam cartilaginem et umbilicum) se extendit ad pectus[12]), ad alterutrum hypochondrium et dorsum. Hic profunde ad vertebras fixus, continuam lumbaginem simulat, subinde cum sensu ponderis ad stomachum dum aeger stat erectus vel ambulat[13]). Aliàs impossibilis est situs in dorso, aut soli dorso incumbere cogitur aeger[14]).

3. Cum ad hoc stadium pervenerit morbus, plerumque tactus ope percipi solet tumor, magis minusve mo- Morbi acme.

8) In homine ex scirrhoso pancreate hectico, libras salivae decem et ultra indies fluxisse, teste Besse (*Lettres critiques* p. 282) affirmat Rahn l. c. §. XIII.

9) Morgagni l. c. Epist. XXX. 7. („ . . . et licet alimenti genera mutarentur vomitus semper recurrebat ad eundem modum").

10) Riverius Observat. Cent. I. obs. 90.; — Morgagni Epist. Anatomic. medic. XXX. 10; — Rahn l. c. §. VII.

11) Salmuth Observat. Cent. I. observ. 6; — Carol. Piso Observationes de morbis ex serosa colluvie p. 487; — Bonz. Nov. Acta acad. natur. curios. T. VI. p. 151; — Bang Select. Diarii T. I. p. 32. T. II. p. 409; — Lieutaud l. c. observ. 1012. 1019.

12) Andral l. c.

13) Vir, cujus historiam refert Riolanus (l. c.), conquerebatur de dolore circa regionem stomachalem, dum staret erectus et ambularet; at incurvus sedens, vel in lecto recumbens, cruribus leviter sublatis, nullum vel exiguum dolorem, percipiebat. Conveniunt observationes Augusti de Thou, Sewal, Abernethy et Bigsby.

14) Rahn l. c. §. IX.

mobilis [15]), durus, ad magnitudinem pugni accedens, vel etiam eam excedens, supra umbilicum positus, mox ad epigastrium, mox ad alterutrum hypochondrium tendens, si taugas saepe dolorificus, *interdum* pulsans [16]). Macies de dic in diem augmentum capit, compareute haud raro ictero [17]). Vomitus [18]) habitualis et diuturnus [19]), aliquando cruentus [20]), non quidem

15) Rahn l. c. §. X.

16) Exegerat cl. Sundelin (Behrends *Vorlesungen der praktischen Arzneiwissenschaft. B.* 3. p. 334) asserens; „*Fast niemats fehlet eine Pulsation in der Magengegend.*“ Cfr. *Observation d'une phlegmasie chronique* (?) *du pancréas chez une dame sujette à des hémorrhagies utérines, caractérisée pendant la viè par la douleur dans l'espace épigastrique, par une tumeur qui, poussée par l'aorte a déterminé des battemens entre l'ombilic et les fausses côtes gauches, par des vomissemens* etc., in Broussais *Annales de médecine physiologique. Paris* 1825—26; *et Bulletin des sciences médicales.* 1827. *Février* p. 150; — Hohnbaum l. c.; — Rahn l. c. §. X. „Cum autem, inquit, cum magnitudine tumoris insigne pondus simul sit conjunctum, mirum non est, *in quibusdam casibus* ipsum arteriae aortae descendentis truncum ab eo plus minus pressum, et inde sensum tumoris pulsantis excitatum fuisse, uti videre est ex observatione nostra I. et IV. et apud Stoerk Ann. med. T. II. p. 247.“ Ast non solum pulsatio regionis epigastricae hoc in casu ab aorta pendet, sed etiam ab arteria splenica quatenus aliquando tumori pancreatis degenerati inclusa est. (*The Edinburgh Medical Journal. T. XXVI.* p. 38).

17) Cap. IX. §. LX. 3; — Rahn l. c. §. XXII. („Non raro cum illo vomitu, qui ex scirrho pancreatis duodenum comprimente oritur *Icterus* simul complicatur. Facile enim fieri potest, ut cum simul ductus choledochus comprimatur, vel arctetur, vel omnino claudatur, sicque bilis exitus in duodenum impediatur, quae tunc ad hepar regurgitat et ictero ansam praebet; tum in vesicula fellea accumulatur, et diu ibidem incarcerata sensim sensimque inspissatur, et in concrementa calculosa abit. Icterus autem dictus promovebitur, si, quod plerumque fit, dolores spastici vehementiores a paucreate producti, ductum choledochum, reliquumque vasorum biliferorum systema in consensum trahunt“). De hoc ultimo argumento vide Galeatii observ. in Comment. Acad. Bononiens. T. IV. p. 26. — Landsberg (l. c.) genuinum icterum in pancreatis morbis non vidisse, casui adscribendum, vidi enim saepe saepius et nuper in egregio universitatis quae Pisae floret, medicinae forensis professore Baczeelotti.

18) Praeceptorum etc. P. III. Vol. I. Sect. I. cap. XXI.

19) Morgagni (Epist. XXX. 7) exemplum narrat ubi vomi-

dem omnium ejusmodi aegrotorum [21]), sed maximo illorum numero, praecipuum sistit cruciatum. Accedit is praesertim, elapso a pastu bihorio bis interdum etiam brevi post ciborum assumptionem [22]). Puella Wilnensis, scirrho pancreatis laborans, curru vehendo atque sub risu vomebat. Nec rarus vomitus spontaneus. Generatim quae per emesin rejiciuntur sunt, praeter ciborum indigestorum vel semidigestorum cruditates, materiae pituitosae tenaces [23]), acidae [24]), bi-

tus per viginti quatuor annos perseverabat; aegra „ab ortu usque saepe adeo lac rejiciebat, ut nutrix victuram desperaret."

20) Praeceptorum etc. P. III. Vol. I. Sect. I. cap. XXII. §. LXXXIV. 4.

21) „Subinde tamen pancreatis scirrhi sine omni vomitu adfuerunt, cujus quidem varietatis plures esse possunt causae; 1° Scirrhosa tunicarum ipsius ventriculi durities, contractionem antiperistalticam vix admittens; 2° Si ventriculus inter pancreas et hepar pariter scirrhosum adeo premitur, ut evacuare sese nullo modo possit; 3° Si continuata per scirrhum pancreatis pylori et duodeni angustia, retentis et collectis in ventriculi cavo cruditatibus, hinc inde adeo distendatur, et ex situ suo distorqueatur, ut nimia extensione ad summum relaxatis muscularibus fibris, motum vel peristalticum vel antiperistalticum excitare non amplius queant" Rahn l. c. §. XX. — Juxta Bürger (l. c.) inter 60 casus morborum pancreatis, vomitus dumtaxat in 32 observatus est.

22) „Sunt enim quibus cibi vel quaecunque ingesta, citius ore redduntur, quam a ventriculo fuerunt excepta; iis nempe in quibus quod quidem non raro evenit, cardia vel oesophagus scirrhosis indurationibus simul sunt infectae, quae nimirum descensum ingestorum in ventriculi cavum denegent vel quoque ubi scirrhi pancreatici moles orificium ventriculi superius ita comprimit, ut ingesta transire non possint." Rahn l. c. §. XXI.

23) Barbette Prax medic. Lib. IV. cap. 2; — De Haen Praelectiones in II Boerhaave Institution. T. IV. p. 224; — Rahn l. c. §. XVII.

24) Trümpy in Hufeland's *Journal der prakt. Heilkunde. B.* 71. 1830. *Decbr.* p. 55 (Vomitus omni hora aut bihorio locum obtinuit; pondus materiarum rejectarum a libra ad libras duas ascendebat, ac tanta fuit earum *aciditas*, ut vas ex aurichalco brevi inde aerugine obduceretur).

25) Morgagni l. c. Epist. XXX. 10; — Isenflamm l. c. p. 162; — Rahn l. c.

biliosae [25]) vel fucsae; atrae [26]), cruentae [27]) faeculentae [28]). Alvi obstructio pertinacissima evadit, nullis remediis superanda [29]).

M. finis. 4. Sub finem autem morbi haec alvi obstructio facile in diarrhoeas commutatur, tenacem pituitam educentes [30]), vel biliosas [31]) sanguinolentas [32]), nigras [33]), cum materia sebacea [34]) *(stearrhoea)* et colliquativas [35]). Dictis tunc symptomatibus sese adsociare solent febris hectica [36]), aphthae [37]), enteritis [38]), ma-

26) Lieutaud l. c. observ. 159; — Morgagni l. c. Epist. XXX. 9. („Primum accepi a Jacob. Sandaio, praeceptore meo, plures sibi adnotatas esse dissectiones eorum, qui vomitionibus obnoxii fuerant, humoris praesertim colore tabacum referentis, in iis autem omnibus male se pancreas habuisse").

27) Rahn l. c. observ. I. — Portal *Observation sur la nature et le traitement du melaena*, in *Mémoires de la société médicale d'émulation. T. II.* p. 107; — Latour *Histoire philosophique des hémorrhagies. Orléans.* 1828 *Vol.* 2; — Force in *Journal de* Corvisart *T. XXX.* p. 344; — A. Schirlitz *Melaena in Folge einer Verhärtung des Pancreas*, in Rust *Magazin für die gesammte Heilkunde. B.* 28. p. 545. Adstipulor itaque omnino cl. Mondière quatenus ait (l. c. p. 141): „*Si l'on portait une sage critique dans l'examen des maladies que les auteurs anciens ont décrites sous le nom de Maladie noire, on verrait que beaucoup devraient être rapportées au pancréas.*" Cfr. Part. III. Vol. I Sect. II. Cap. XXII. §. LXXXIV. 4.

28) Kerkring Observat. anatom. Lib. II.; — Casper *Sanitätsbericht der Provinz Brandenburg.* 1830 et Froriep *Notizen aus dem Gebiete der Natur- und Heilkunde. B.* 37. No. 12. p. 192. (Haec autem observatio potius suspicionem pancreatitidis acutae in gangraenam terminatae movet),

29) Riverius Observat. Cent. I. obs. 90; — Tissot de morbo nigro. obs. 3; — Rahn l. c. obs. I. III. V.

30) Greisel Miscell. Acad. Natur. Curios. Dec. I. Ann. IV. V. observ. 87. p. 78.

31) Storck Annus medicus Part. II. p. 247.

32) Lieutaud l. c. obs. 928; — Schirlitz l. c.

33) Bonet Anat. pract. Lib. III. Sect. XII. obs. 15.

34) Cap. V. §. XX. 3.

35) Rahn l. c. obs. IX. X. XIV.

36) Zwinger de hectica ex scirrhositate pylori et *pancreatis* proveniente lethali. Ephem. Acad. Natur. Curiosor. Cent. VII. VIII. p. 207.

37) Trümpy l. c. p. 35.

38) F. W. Cappel Decas Observationum obs. 6. Mesenterii

marasmus[39]) et hydrops. Vidimus qui sub animi deliquiis et motibus convulsivis perierunt; videruntque alii mortuos sub fluxu sanguinis per os et nares[40]) et apoplexià[41]); aut praevia paralysi et extremitatum inferiorum gangraena[42]). Quae rerum diversitss per anatomen explicari potest[43]).

§. LXXV.

Necroscopia.

1. *Cadavera* exhibuerunt corpus valde emaciatum, saepe oedemate insignitum; atque *pancreas* imminutum Generatim.

tum

et *pancreatis* obstructio *cum inflammatione coli.* Nova Acta Acad. Natur. Curios. Vol. VII. Append. p. 166.

39) Salomo Reisel a pancreatis excrescentia marasmus. Miscell. Acad. Natur. Curios. Dec. I. Ann. VIII. 1677. p. 56.

40) J. G. Hasenoehrl Hist. med. morbi epidemici. p. 60. Cfr. Tulpius Observat. Medic. Libr. IV. obs 32. 33; — A. J. van Doeveren Observat. patholog. anatom. p. 34. 199; — Mabille *Recherches sur certaines lésions organiques de l'estomac. Thèse Paris* 1822. p. 20.

41) Lieutaud op. c. Lib. II. obs. 413. 664; — J. Ph. Burggravius Acta Acad. Natur. Curios. Vol. X. p. 140; — Rahn l. c. Obs. I. IV.; Portal *cours d'anatomie médicale. Vol. V.* p. 356.

42) Riolanus l. c.; — Fabr. Hildanus Cent. I. obs. 71.

43) „Ponamus enim scirrhoso tumore venas abdominis praecipuas, et lymphaticorum vasorum nisi ipsum truncum, saltem majores ramos comprimi, in hoc praecipue caussa quaerenda erit, si hydrops ascites, oedema extremitatum inferiorum morbo tandem sese adjungit. Ponamus ipsum hunc scirrhum vel aortae vel venae cavae truncis ipsis insidere, eosque ita premere, ut sanguinis progressui vel reditui insuperabilis obexponatur, ipsis his vasis, vel et ipsis cordis ventriculis et sinibus anevrysmatice exinde dilatatis et distentis caussa erit, cur in quibusdam palpitationes cordis, pectoris angustiae, haemoptyses, animi deliquia, hydropis pectoris et pericardii symptomata mortem praegressa fuerunt, cur quidam inter vehementem corporis nisum inopinato exanimes conciderint, alios, impedito nimirum sanguinis ex capite refluxu, subita et lethalis apoplexia prehenderit; adhuc alii, ex eadem caussa impedito sanguinis ad extremitates affluxu, vel ex iis refluxu, accedente simul nervorum compressione, paralyticae, gangraenosae, sphacelosae inferiorum vel superiorum extremitatum debilitati et corruptioni occubuerint. Alii tandem aliis.“ Rahn l. c. §. XXVI.

tum [1]), auctum (ut hepatis volumen aequaret [2]), et pondere suo e situ consueto recederet [3])), ventriculo [4]) et venae portae adcretum [5]), tuberibus [6]), excrescentiis cartilagineis [7]), saepeque vasis varicosis obsessum, verbo, totum aut ex parte adspectu suo normali orbatum.

Speciatim. 2. Eo propius examinato, apparet, pro re nata in massam duram, uniformem, albam, a membranulis tenacibus, retis instar, decussatam [8]), conversum [9]); du-

1) Pancreatis atrophiam praecipue ejus scirrho addictam esse, ex capitis XI. §. LXVI. 8 elucet.
2) Riolanus l. c. — Lieutaud l. c. observ. 10. 11.
3) *Pathologische und semiotische Betrachtungen von* Kühn. *Leipz.* 1795. *B.* 2. *Kap.* 20.
4) Hohnbaum l. c. Engel l. c.
5) Paw observationes anatomicae. Observ. XVI. p. 28; — Maurit. Hoffmann l. c. p. 37.
6) Stoll Ratio medendi T. VII. p. 109. („Pancreati nectebantur tria corpora, quorum maximum aequabat nucem juglandem, quae dissecta extus et intus exhibuerunt substantiam aspectu, tactu omnino simillimam substantiae lienis dissecti").
7) Morgagni op. c. Epist. XXX. 10. Epist. XXVIII. 28; — *Medical chirurgical Transactions. Vol IX. P. II.* p 342.
8) Annesley l. c p. 211. („*Von knorplichen Bändern durchkreutzt, von netzförmiger Structur, deren Zwischenräume eine eyweisstoffige Flüssigkeit anfüllte*"). Engel l. c.
9) Morgagni op c. Epistolis IV. 6, XVI. 36. XXII. 22, XXVII. 2, XXVIII. 28; — Lieutaud l. c. Lib. I. Sect. VIII. observ. 1011—1043. T. I. p. 296; — Haller l. c. p. 431; — Haen Opuscula patho'ogica P. I. p. 217 („Pancreas totum quantum in multiplices degeneraverat scirrhos majores minoresque, qui veluti totidem conglobatae glandulae intermedia membranacea substantia cohaerebant"); — Baillie *über den krankhaften Bau* etc. p. 159. („*Nimmt das Pancreas in einem Theile die scirrhöse Structur an, so verliert dieser Theil sein natürliches Ansehen gänzlich, und wird in eine harte eiförmige weisse Masse verwandelt, die in etwas von einer Haut durchzogen wird, wie ein Scirrhus in andern Theilen*"); — Suchs Diss. cit. p. 30 („Insecta scirrhosa haec materies, foliatam quodammodo et squamatam habuit structuram, et crepitationem, cultro adhibito, edidit; tenues ejus lamellae pellucidae erant. Secretum, quod effluxit, tenue et ex flav-viride, una cum ceteris phaenomenis carcinoma affuisse ocultum demonstrare videbatur. Canales, qui multis locis percurrebant, dilatatae venae esse apparuerunt").

durum[10]), siccum[11]), cartilagineum[12]), lapideum[13]); lardaceum[14]); instar fungi medullaris[15]), vel melanoseos[16]); cystide[17]) cruore congrumato plena[18]), in-

10) Penada l. c. — Schirlitz l. c. („*dass kaum das Messer in die entartete Drüse eindringen konnte*").

11) Miscell. Acad. Natur. Curiosor. Dec. I. Anno VIII. obs. 31.

12) Morgagni Epist. XXIX. 10; — Hoppengærtner in Hufeland's *Journal. B.* 6. p. 514; — Sebire *Journal de médecine. T. LX.* p. 548; — Carter l. c. p. 238; — Andry *Encyclopédie méthodique T. II.* p. 348. — Lilienhain apud Hufeland op. c. B. 61. *Supplement* p. 78.

13) Graaf l. c. p. 318; — Urban apud Hufeland op. c. B. 71. 1830. *Novemb.* p. 87. („*Die Textur desselben (Pancreas) fast steinhart: es zu durchschneiden forderte viele Gewalt und verursachte ein schreiendes Geräusch*"). Plura hujuscemodi exempla observavi. Accedit observatio Morgagnii de arteria pancreatica in osseam duritiem degenerata.

14) Bartholinus Cent. II. Histor. LIV. T. I. p. 270; — Morgagni l. c. Epist. LXVIII. 12; — Lieutaud l. c. Lib. I. Sect. VIII. observ. 1014; — Cattieri observat. medic. p. 41; — Westenberg *Waarneeming onbekende buikziekte. Verhandl. Van het Maatsch. te Haarlem. Deel. XIX.* p. 279 et *Sammlung auserlesener Abhandlungen für praktische Aerzte. B.* 4. p. 307; — Schaeffer *Volkskrankheiten* 1807. p 66; — Portal op. c. p. 355 („*On trouve quelquefois le pancréas plein de concrétions véritablement stéatomateuses, dures ou ramollies, blanches comme le suif, ou jaunâtre comme du miel; le pancréas en est quelquefois gonflé dans toute sa substance ou dans quelques une de ses parties seulement*"); — Cohn in Casper *Wochenschrift für die gesammte Heilkunde* 1834 *No. XL* (Tumor pancreatis lardaceus et durus curvaturam magnam ventriculi sursum pellebat. pylorum et duodenum amplectebatur, ac cum hepate cohaerebat); — Lobstein *Anatomie pathologique T. I* p. 347. — Dupuytren in *Bibliothèque médicale. T. XIII.* p 20; — Cruveilhier *Anatomie pathologique T. I.* p. 193 (monens steatomata pancreatis, morbum rarum, confundendum non esse cum pinguedine in textum cellulosum hujus glandulae depositâ); — Bécourt l. c. p. 50.

15) A. Carswell (l. c.) *cephatoma pancreatis* nuncupatur J Engel *Nachtrag zu den Krankheiten des Pancreas und seines Ausführungsganges. Oesterr. med. Jahrbücher. B.* 21. *St.* 2.

16) Gohier *Mémoires et observations sur la chirurgie et médecine vétérinaire. Lyon* 1813. *T. I* p. 331; — Mackenzie's *Practical Treatise on the diseases of the eye. London* 1830 Cfr. *Archives de médecine T. XXV. p.* 73.

17) Magnitudinis capitis infantilis cum parietibus fibrosis, albis, ex pancreatis corpore et cauda evoluta. Bécourt l. c. p. 56.

instructum; — in ulcus cancrosum transformatum[19]). A tali ulcere plerumque simul exeduntur ventriculus[20]) et intestina[21]); diaphragma et columna vertebralis[22]); renes[23]). Visceribus istis aeque ac omen-

18) Stœrk Annus medicus p. 248. (Pondus pancreatis erat tresdecim librarum et sanguis congrumatus frustulis membranaceis mixtus). — „*Hier war also vielmehr eine wahre Blutgeschwulst, vermuthlich aus einem unächten Anevrysma der Arteria coeliaca. oder auch der mesenterica superior, mit einem allmälig gebildeten Zellsack entstanden, und in diesem war vermuthlich das Pancreas aufgenommen und nach und nach aufgelöst worden.*" Harless op. c. p. 33.

19) Blancard l. c. Cent. I. Observ. IX. p. 18; — Morgagni l. c. Epist. XV. 11; — Totenfeld Miscell. Acad. Natur. Curios. Dec. I. Ann. I. 1670. p. 230; — Van Bergen Act. Societat. medicae Hafniensis 1774. Vol. I. p. 255; — Carron l. c.; — Portal l. c. p. 355; — A. W. Otto *Handbuch der pathologischen Anatomie.* p. 300.

20) J. A. van Doeveren Diss. Observat. anatomico-patholog. T. I. 1789. Obs. 3. Tab. II; — De Matthaeis Ratio Instituti clinici Romani. Romae 1816. p. 28. Observ. 15; — Ant. Zuber *Med. Jahrb. des Oesterr. Staates. B.* 22. 1837. *No.* 13; — Mühry l. c.

21) Trümpi l. c. („*Gleich unter dem Magen, zwischen demselben und der Leber kam ein, einem grossen Kindeskopf gleicher, unebener, ganz harter, abnormer Körper zum Vorschein, welcher an einem Theile des Dünndarms, auf dem Zwölffingerdarm und am Magen festgewachsen war. Derselbe war von dunkelbrauner Farbe, unebener höckrigter Oberfläche, und hatte alle Gedärme der rechten Seite aus ihrer normalen Lage gedrängt. Aus demselben ergoss sich durch ein durchgefressenes Loch eine aashaft riechende Jauche in die Bauchhöhle. Bei seiner Eröffnung war derselbe inwendig ganz in eitrige Jauche aufgelöst, und verbreitete einen pestilentialischen Gestank. Derselbe stand durch ein eingefressenes Loch mit dem Darmkanal in Verbindung, und hatte ganz das Ansehen eines ausgeschälten Krebsgeschwürs. Dasselbe war mit allen ihn umgebenden Eingeweiden in adhaesiver Verbindung. Da sich bei fernerer Untersuchung das Pancreas nicht vorfand, so lässt sich schon aus dessen Lage und seiner ganzen übrigen Beschaffenheit mit grösster Wahrschein lichkeit, ja ich möchte sagen, mit gänzlicher Bestimmtheit dieses krebsartige Gewächs für einen* Cancer pancreatis *erklären.*")

22) Graaf l. c.; — Bonetus de vomitu obs. 55; — Totenfeld l. c. („Pancreas non solum sanie sua ulcerosa diaphragma perforavit, sed et spinam dorsi ita erosit, ut ulcus cancro simile pugnum capere et levi ictu tota spina dorsi frangi facile potuerit.")

23) Totenfeld l. c. („Cancer hic pancreatis ulterius serpendo, ambos quoque renes corrupit, eosdem nigerrimos et

omento[24]), hepati[25]), lieni[26]) et aortae[27]), etiam pancreas, volumine simpliciter auctum, vim inferre posse, retinendum.

§. LXXVI.

Caussae.

1. *Caussae* quae reliquas glandulas secernentes ad scirrhum *praedisponunt*, eundem effectum in pancreate exercent. En cur morbus rarius solitario contingat, sed plerumque cum aliis aliarum glandularum et viscerum morbis ab eadem caussa originem ducentibus sit complicatus; ita ut exempla occurrant, ubi eadem scirrhosa labe vix una glandula sive externa sive interna immunis fuerit[1]). Inter illas caussas eminent vitium haereditarium[2]), scrophula atque arthritis. C. praedisponentes.

putridos effecit, nec in illis ullae arenulae aut calculus, quemadmodum opinio erat, inventus est.")

24) Riverius Observat. med Cent. I. observ. 90, (a pancreate scirrhoso comprimebatur et occludebatur pylorus et initium duodeni); — Blancard l.. c. Observ. LXXII. p. 140; — Boulet in Dessault *Journal de chirurgie.* T. II.

25) *Salzburger medic. chirurg. Zeitung* 1791. *Stück* 6. p. 101.

26) Voigtel *Handbuch der pathologischen Anatomie. B.* 1. p. 517.

27) Modo angustior reddita a scirrho pancreatis (Rahn l. c. Observ. I. et Portal l. c. p. 356); modo compressa (Portal *Traité de l'Apoplexie* p. 390) modoque ex eadem caussa aneyrysmate correpta (Salmade *Recueil périodique. T. III.* p. 434).

1) Observationes V.—XII. et XV. Rahnii (l. c. §. XXX.) offerunt exempla scirrhorum ovarii, renum, pylori, hepatis, lienis, mesenterii, pulmonum, glandularum salivalium, inguinalium cum scirrhis pancreatis complicatorum. Cheston (*Pathological inquiries and observations* v. Richter's *chirurg. Bibliothek. B.* 5. p. 674.) tradit exemplum sarcoceles cum scirrho pancreatis complicati; item Sandifort (Museum anatomicum p. 268.) cum scirrhis glandularum subcutanearum fere omnium.

2) Fleischmann *Leichenöffnungen. Erlangen* 1815. *Beobacht.* 39; — Mondière l. c. p. 151.

tis [3]). Accedunt constitutio corporis sic dicta atrabiliaris, temperamentum melancholicum, periodus vitae inter quadragesimum et sexagesimum annum [4]) et imprimis tempus cessationis menstruorum [5]). Sunt qui mares magis quam feminas huic morbo obnoxios esse asserant [6]); contrarium autem docent observationes Rahnii [7]), et nostrae.

C. excitantes.

2. Labem ex qua carcinomata evolvuntur, praecipue ad pancreas determinant: victus durus, tenax, viscidus [8]); potus aceti [9]), vini acerbi et maxime liquorum fermentatorum [10]); abusus fumi et masticationis

3) Vorwalterus. — Miscell. Acad. Natur. Curios. Dec. III. Ann. VII. Observ. 143.

4) In junioribus scirrhum pancreatis tunc solum observare contigit, ubi evidentissima constitutio scrophulosa aderat.

5) Feminae, de quibus Bigsby (l. c.), omnes annum quinquagesimum superabant.

6) Bigsby l. c. (Inter viginti octo casus quos apud auctores collegit, sexdecim in maribus obvenerunt, quorum quatuordecim vitae annum quadragesimum et quod excurrit attigerunt).

7) Op. c. (Inter sexdecim casus, duo dumtaxat mares).

8) Rustici Lombardi, generatim pessime enutriti, saepius scirrhi pancreatis et ventriculi symptomata exhibent.

9) Puella Vilnensis, de qua supra, scopo obesitati occurrendi, acetum epotaverat. Legitur apud J. A. Goeritium (Ephemer. Acad. Natur. Curiosor Cent. VIII. p. 282, de aegra, quae in scirrhum pancreatis incidit abusu malorum citrorum, quorum esu ita delectata fuerat, ut saepius uno die sex aut septem comederit.

10) Salmuth Observat. Cent. I. Observ. 6. („Monspelii studiorum gratia duo commilitones mei, qui singulis diebus vino muscatellino inebriebantur, unde mane viscera incensa refrigerare cupientes, singulis rursus diebus frigidam satis copiosam ingurgitabant, ita ut nec per hyemem quidem ab aqua congelata abstinerent. Horum alter paulo post obiit, alter vero Patavium venit, ubi sane paulo post, cruciatibus et doloribus ventris intensissimis, vexari per intervalla coepit, ut etiam protinus humi se prosterneret, museum perreptaret, unguibus terram scalperet et sanguinem digitis eliceret. Curatur a medicis praestantissimis neque frustra. Victu vero dolorum acerbitate deleto, mortuus cum esset et apertus, venis mesenterii, pancreatis steatomata adunata reperta fuerunt, et quidem innumera, ita ut trium exiguorum ramorum tubercula viginti numerarim, quae omnia sebo simile quid continebant.“) Ex abusu po-

onis foliorum nicotianae tabaci [11]), et animi affectus tristes [12]). Nec silentio praeteriri debent haemorrhoides, anomaliae fluxus menstrui, onania [13]), coitus post pastum celebrari solitus [14]), plumbum [15]), mercurius [16]), febres intermittentes protractae [17]), medicamenta adstringentia [18]), impetigines male curatae [19]), vis externa epigastrio illata [20]), ejusque compressio diuturna, uti apud sutores, textores et omnes qui diu mensae incurvato corpore adsident: porro gestatio graviorum

one-

tus alcohol scirrhus pancreatis haud rarus inter plebem Lithuanam.

11) Leo in Hufeland's *Journal. B.* 63. 1826. *Septembr.* p. 16; — Naumann l. c. p. 620. Cfr. Pointe *Observations sur les maladies auxquelles sont sujèts les ouvriers employés à la manufacture royale de tabacs de Lyon. Lyon* 1823.

12) Rahn l. c. observ. VIII. et quotidiana experientia.

13) Starke *Handbuch der Kenntniss und Heilung innerer Krankheiten des menschlichen Körpers. Th.* 1. p. 202.

14) Sic ex duabus concludo observationibus.

15) Lieutaud (l. c. observ. 76.) de scirrho pancreatis in pictore post colicam saturninam orto narrat. Simile et ego exemplum vidi Viennae 1798.

16) Cap. XII. §. LXVIII. 2.

17) Carolus Piso op. l. c. p. 487; — Bonetus Sepulchr. Lib. IV. Sect IV. observ. 26; — Senac De febr. intermittent. Libr. II. C. X. Scirrhus pancreatis mihi nunquam frequentius obvenit, quam post epidemias febrium intermittentium, quod speciatim Wilnae Ann. 1814—15 expertus sum.

18) Holdefreund Diss. cit. p. 23.

19) Lieutaud l. c. obs. 254; — Delius Acta Acad. Natur. Curios. Vol. VIII. obs. 109; — *Ancien Journal de Médec. T. XXVI.* p. 144.

20) Ejusmodi exemplum van Swieten (Commentar. in H. Boerhaave Aphor. T. I. §. 328.) memoriae prodidit de strenuo belli Duce, qui a valido adlisu nodi ephippii in regionem ventriculi ab equo feroci, vulneratione prostrato et repente iterum subsiliente, inducto, in pessimum incidit malum, quod ipsi demum neglectione letiferum factum est; repertis post mortem parte hepatis et toto pancreate cancrosis.

onerum dorso impositorum [21]), et pressura abdominis a vestibus, thoracibus [22]) et fasciis [23]).

C. proxima. 3. Qui indurationem benignam, ex praevia phlogosi, a scirrho, ut requiritur, distinguunt; uno ore fatentur, affectus carcinomaticos pancreatis *non* ex inflammatione chronica, sed ex opeculiari dyscrasia et cachexia esse repetendos [24]). Hic standum. Qui enim ultra progrediuntur et scirrhum explicant per stagnationem humorum viscidorum in vasis pancreatis minimis, vel per eorum effusionem in telam cellulosam omnes et singulos ejus acinos circumdantem [25]); aut per amissam vim vitalem, unde visceris contextus plane mutatus, minores arteriae et vasa lymphatica evanescunt, et majores tantum venae, saepe varicosae, oculis se praébent [26]); jam de recta regione deflectunt.

§ LXXVII.

Diagnosis.

Generatim 1. Dicamus cum de HAEN: „Exacte locum determinare indurati tumoris, sive ipso in ventriculo hae-

21) RAHN l. c. obs. 1.
22) P. J. HARTMANN Acta Acad. Natur. Curios. T. III. p. 554.
23) HASENEST ibidem. T. IV.
24) RAHN l. c. §. XXXII. not. („Ego saltem in istis omnibus observationibus scirrhorum pancreatis, quamvis numerosissimis, ne unquam inveni, ubi cum certitudine statui posset, scirrhum ex inflammatione hujus visceris praegressa originem duxisse“); — BEHRENDS *Vorlesungen der prakt. Arzneywissenschaft. B.* 3. p. 332. („*Die Entzündung ist in eben demselben Grade selten, als die Verhärtung dieses Organes (des Pancreas) häufig vorkömmt. Zwar schliessen viele Schriftsteller aus der Verhärtung auf eine vorhergegangene Entzündung, doch ist diess ein falscher Schluss*“); — ANNESLEY l. c. q. 110., qui caeterum questionem dijudicare non audet.
25) RAHN l. c. §. XXIX.
26) SUCHE Diss. cit. p. 8.

haerentis, sive ejus qui in vicinia natus ventriculum premit, facile nonnunquam datur, aliquando difficulter, saepe vero neutiquam. Tot hinc in consultationibus litigia. Versati utcunque in anatomicis medici, qui semel iterumque pancreas scirrhosum invenere; idem posthac perpetuo accusant: legerunt alii, videruntque ex ipso mesenterio enatum tumorem, qui sursum vergens ventriculo in functionibus suis impedimento fuerit; nihil in posterum, nisi mesenterium clamant. Sic icterum, alii aliud. At vero ingenue fateamur certa signa rarissime dari, quae ex innumeris caussis veram determinent, quae locum quo tumor haereat, quae viscus quod occupat, quae modum impedimenti, naturamque examussim explicet. Cadavera passim nos erroneae convincunt sententiae" [1]).

2. Cum *morbo hepatis* confundi potest tumor pancreatis carcinomaticus aut qualiscunque demum alius, dum is ductum choledochum comprimit et effluxum bilis in duodenum impedit aut delet [2]). Quando a dicto tumore pylorus gravatur [3]), indeque stomachi in duodenum depletio fieri nequit, periculum illum pro *morbo ventriculi* habendi urget [*]). Et tumor pancreatis *herniae lineae albae* adscriptus est [4]). Aliàs lumborum — **Facilis error.**

1) Ratio medendi. Part. VI. p. 12.
2) Morgagni, Martland, Percival, King ll. cc.
3) Sewal, Percival ll. cc.
*) Landsberg (l. c.) signa quibus scirrhi ventriculi et pancreatis inter se distingui possunt, tradidit, ast arbitrario.
4) M. A. Petit *Discours sur les maladies observées à l' l'Hotel-Dieu à Lyon, inséré dans médecine du coeur. Lyon* 1806. p. 307; et Mondière l. c. p. 139. („*Un homme se presenta portant à l'épigastre une tumeur qui avait le volume, la forme et tous les caractères extérieurs d'une hernie; elle avait succédée à des violens efforts; elle était molle, compressible, facilement reductible, et était accompagnée de hoquet et de vomissemens.* Petit *crut reconnaitre une hernie par étranglement de l'estomac et du colon. En présence de tous ses*

borum vehemens dolor scirrhi pancreatis socius, efficit ut morbus pro *calculo renali*[5]) aut pro *nephritide*[6]) haberetur. *Phthisin pulmonalem* sociam morbi pancreatis ipsi vidimus; confusionem autem inter utraque mala[7]), vix possibilem existimamus. Quoad *morbos*, qui *pancreatis affectus simulant*, adduci merentur *tumores mesenterii*, ita assurgentes ut illius glandulae, quandoque compressae et in minimum volumen reductae, locum occupent[8]). „Et *intestinum colon* infarctis variis plenum et in tumores durissimos nec minus renitentes elatum, fallit et pancreatis scirrhosi metum incutit, quem tamen remediorum aperientium visceralium et fortius evacuantium effectus tandem feliciter tollit"[9]).

Exploratio 3. *Exploratio* quidem abdominis lege artis[10]) peracta, praesertim ducendo manus a lateribus ad lineam mediam, et comprimendo dein simul dorsum et epigastrium (ex quo, affecto pancreate, dolor) ad diagno-

collègues, il opère et trouve en effet l'estomac au centre de la tumeur, mais il n' était point renfermé dans un sac herniaire; le pancréas engorgé l'avait poussé en avant, et le tenait comprimé entre la surface interne et les parois abdominales; il éprouvait là une espèce d'étranglement qui occasionnait tous les accidens trompeurs de la hernie: il adhérait fortement au pancréas.")

5) Ribes *Diss. sur la nephrite. Thèse. Paris* 1834. p. 23.

6) *Revue médicale. T. III.* 1830. p. 235. (Nullus aderat vomitus, nullusque tumor abdominis, sed dolor ad regionem renis, cum urina pauca, rubra, sedimento instructa. Cl. Recamier itaque nephritidem suspicatus est. Secto autem cadavere pancreatis volumen duplex detegebatur. Ejus cauda, „*a contracté des adhérences avec la partie inférieure de la scissure du rein, et comprimé l'origine de l'urètre; l'extrémité droite du pancréas est saine; la portion malade est grisâtre, dure et consistante; la section fit crier le scalpel et présenta un état lardacé.*")

7) Laennec *Traité de l'Auscultation. T. I.* p. 695.

8) R. Bright l. c. Casus. VII.

9) Rahn l. c. §. XI.

10) P. III. Vol. I. Cap. XII. §. XXXVIII.

gnosin adjuvant: ast, quot non dantur obstacula quae manibus tangentibus sese interponant, et pancreatis tumorem tactui subducant[11])! Hujusmodi sunt panniculus adiposus crassior integumentis abdominis suppositus et omentum adipe plenum vel scirrhosum[12]); intestinum colon faecibus et flatibus distentum[13]); hepar tumefactum et induratum[14]), atque uterus hoc tempore gravidus[15]).

4. Quae cum ita sint, nihil restat, quam praecipuorum symptomatum consociationi fidem dare. Spectant huc, ne amplius dicamus de vomitu[16]), 1° *emaciatio corporis*, quae, etsi affectibus carcinomaticis in genere addicta sit, nullibi tamen ita praecox et rapida observatur, quam in illis pancreatis; 2°. *dolor dors* utpote vix unquam a morbo nostro sejunctus, et aliquando admodum saevus[17]); et 3° *salivatio*, probe a vomitionibus et eructationibus copiosi laticis aquosi vel insipidi vel acidi, quae etiam in aliis morbis e stomacho et gula ascendere solet[18]), distinguenda. Certiora signa.

5. Symptomata ejusmodi nisi indicent carcinoma, caeteris exceptis, in pancreate latere; docent tamen hoc viscus una cum aliis contaminatum esse. Morbi Complicationes.

qui

11) Permagnum subinde adesse pancreatis scirrhum, quin etsi exquisitissime explorantes ejus vestigium inveniant, jam summus docuit MORGAGNI (l. c. Epist. XXX. 19).
12) DE HAEN l. c.
13) DE HAEN l. c.; — RAHN Observ. I.
14) RIOLAN. apud LIEUTAUD. Obs. 1016.
15) HELMERSHAUSEN Nov. Acta Acad. Natur. Curiosr. T. VI. p. 151.
16) §. LXII. 3.
17) ANDRAL in *Lancette francaise. T. V. No.* 18; — CHOPART *maladies des voies urinaires. Paris* 1821. *T. I.* p. 113. et 118.
18) Genuinae salivationis in scirrho pancreatis exemplum, socia diarrhoea ejusdem indolis refert BOBE-MOREAU. *Bulletin de la Société médicale mulation.* 1823. p. 396.

qui facillime cum pancreatis labe carcinomatica aut alia complicantur, sunt illi mesenterii, ventriculi [19]), duodeni, hepatis [20]), lienis et renum [21]). *Complicationes* istae symptomata infinitè intricant.

Monitum. 6. Diximus affectus carcinomaticos pancreatis ab initio saepe sub larva hyochondriasis et hysteriae obvenire [22]): cavendum itaque ne istiusmodi morborum symptomata ibi ex intemperie systematis nervosi universi vel uterini derivemus, ubi irritationi, quam pancreatis tumor plexibus nervorum abdominalium infert, adscribi debent; a quo caeterum errore, medici aevi nostri, quatenus ubique vitia organica arguunt [23]), toto coelo

19) Invenerunt in ejusmodi casibus membranam mucosam ventriculi erythemàte detentam (Sandwich); — omnes ejus membranas crassiores et stomachum, aeque ac duodenum et arcusculos pancreatis scirrhi participes (Abercrombie l. c); — ventriculum et tubum intestinalem contractum (Skwal); pylorum angustum (A. Schupmann, *Pförtner und Pancreas-Krebs*, in Hufeland's *Journal*. 1840. *St*. 7).

20) Cadavera carcinomate pancreatis contaminata exhibuerunt hepar mole auctum, et cruore orbatum (Harder et Abercrombie), coloris viridescentis (King), ejusque membranam externam inflammatam et cum partibus contiguis morbose junctam. (Martland).

21) Praeterquam quod vitia pancreatis, ut dictum est, a diabete non sunt aliena, observationes Totenfeld (l c.) et Schmidtmanni (Hufeland's *Journal B*. 7. *St*. 4. p. 42.) de connubio testantur suppurationis lethalis renis et vesicae urinariae cum pancreate inflammato, duro et partim emollito. Ego ipse nuper ancillam curavi, quae anno aetatis duodecimo febrem intermittentem per decem et ultra menses durantem perpessa est, relicta inde peculiari ad vomitum proclivitate, qui vomitus, praeviis ira et moerore, modo habitualis redditus est, sociis alvi tarditate, dolore epigastrii, dorsi et lumborum, urinà paucà, rubrà cum sedimento puriformi roseo. Nephritidem chronicam suspicatus sum, ac revera congruis auxiliis, urinae secretio et excretio mox restauratae fuere. Perseverabant autem reliqua symptomata, evidenter infarctum pancreatis indicantia. Minimae dinque continuatae calomelani doses levamen attulerunt.

22) §. LXXII. 1.

23) Haud dudum femina evidenti hysteria excruciata consilium meum expetiit, cui medicus ordinarius adjudicaverat: encephalitidem, hydrocephalum, cerebri mollitiem et fungum

coelo distant. Nec probatum est, carcinoma quod in hypochondriacorum et hystericarum pancreate quandoque evolvitur, jam ab initio istorum morborum exstitisse: posset enim affectum serotinum vitii carcinomatici, antea systemati nervorum universo infensi, ac dein solum, veluti per metastasin, ad pancreas depositi, sistere [24]).

7. Sicuti in hepate ita in pancreate carcinoma *varias* exhibet *formas*, scirrhi videlicet proprie dicti, cancri, tuberculorum, fungi medullaris, steatomatis et melanoseos [25]). Qui has formas non solum in cadaveribus, sed etiam in aegrotis distinguere vellet *), improbum susciperet laborem. Jam gratulamur medico de morbi in pancreate detectâ sede et de facta distinctione carcinomatis hujus glandulae a reliquis ejus morbis, praecipue ab infarctu, a phlogosi et duritie inde relicta, ad quam distinctionem consideratio aetatis et constitutionis aegroti ac morborum praegressorum maxime adjuvant. Variae formae.

§. LXXVIII.

Prognosis. Cura.

1. Si aegrotus de pancreatis affectu carcinomatico suspectus, nec annum aetatis quadragesimem adtigerit Prognosis.

medullarem, quando cephalaeâ sub clavi forma laborabat; — (stethoscopii ope) hypertrophiam cordis cum anevrysmate arcus aortae, quando cordis palpitationem experiebatur; — tetanum, epilepsiam, ex columnae vertebralis vitio quando a convulsionibus rigebat aut agitabatur; scirrhumque ventriculi et pancreatis, quando cardialgia et vomitus in conspectum veniebant!

24) Ad memoriam revocare juvabit, quae de imperio diatheseos carcinomaticae in systema nervorum protuli (P. II. Sect. I. Cap. I. §. IV. 20. editionis alterae. Lipsiae 1832).

25) §. LXXIII. *) H. Claessen l. citando p. 274 sq.

tigerit, necque febre lenta aut hydrope laboraverit, propter facilem in diagnosi errorem, non erit desperandum. Genuinum autem pancreatis carcinoma irrevocabiliter terminabitur morte nunc lentâ [1]), nunc improvisâ. Haec accidit vel ubi sanies cancrosa aliquod conspicuum vas sanguiferum erodit, et haemorrhagiam internam subitam excitat [2]); vel ubi ab eadem sanie ventriculus [3]), aut duodenum [4]) perforantur, ita ut nunc omnia in illis contenta in abdominis cavum effluant et visceribus corruptionem cito inducant; vel ubi plexus nervorum abdominales vim patiuntur [5]); vel ubi aorta simul anevrysmate laborat [6]).

Cura. 2. *Cura* adversus affectus carcinomaticos hepatis tradita [7]), et hic scopo cruciatus leniendi vitamque protrahendi, in usum ducenda. Incipiente morbo potus *thermarum Carolinensium* tentari posset [8]). Laudarunt *sal ammoniacum* [9]) et *carbonem animalem* [10]); pro-

1) „*Of twenty-seven cases, which I find mentioned by various writers, six were fatal with gradual wasting and obscure dyspeptic symptoms without any urgent symptoms; in eight there was frequent vomiting with more or less pain in the epigastric region; and thirteen were fatal with long-continued pain without vomiting . . . In several there were dropsical symptoms, and in three or four there was jaundice from the tumor compressing the biliary ducts.*“ CARTER l. c.

2) RAHN l. c. § XXVII

3) BONZ l. c.

4) VIDAL l. c.

5) Aeger quidem ANDRALII scirrho pancreatis laborans, maximos inter regionis epigastricae cruciatus obiit. Post mortem detecta est aorta *cum finitimis plexibus nervorum* a tumore pancreatis compressa.

6) PORTAL l. c.

7) Caput VIII. §. XLVIII.

8) LEO, *Bemerkungen über Carlsbad* in HUFELAND's *Journal. B.* 63. *St.* 3.

9) HARLESS *Ueber die Wirksamkeit des Salmiaks bei Verhärtungen der Eingeweide. Neue Jahrbücher der Teutschen Medicin und Chirurgie.* 1826 *B.* 11. *St.* 1. p. 103.

10) F. J. SIEBENHAAR, *Nutzen des* Carbo animalis *in einem Falle von Verhärtung des Pancreas*; in HUFELAND's *Journal* 1834. *April.* p. 92. (A grano uno ad grana tria cum saccharo lactis.)

procul dubio ubi non agebatur de genuino carcinomate. Hoc in morbo etiam a mercurio abstinendum [11]) nisi forte a calomel scopo alvum movendi. Tutior tamen foret usus *electuarii lenitivi*, *infusi foliorum sennae*, aut *radicis jalappae* [12]). Ne miseros hos aegrotos vesicatoriis [13]), fonticulis, aut moxa [14]), excrucietis! Eorum gratiam vobis, dumtaxat prudenti *opii* usu, conciliabitis. Pro alimento *lac* [15]), nisi stomacho adversetur *).

11) Annesley l. c. p. 218.
12) Methodus Casperi scirrhum pancreatis ope remediorum drasticorum aliorumque fortiorum curandi (*Wochenschrift* 1838. No. 20.), omni jure vituperatur a Krüger-Hansen (*medicinischer Argos. B.* 2. Leipzig 1840 p. 628.)
13) Percival, Sewal. 14) Mondière l. c. p. 161.
15) Pemberton op. c.
*) Ex opusculo: H. Claessen *die Krankh. der Bauchspeicheldrüse. Köln* 1842, nunc, tractatu meo typis exscripto, mihi misso, fructum capere non potui.

Typis Fr. Rückmann.